SPECVLI
CLARISSIMI VIRI GVlielmi Durandi pars Secunda, vnà cum Io. Andreæ, ac Baldi Doctorum in vtraque Iurium facultate longè præſtantiſsimorum theorematibus, fauſtiſsimo impreſsa ſidere relucet.



LVGDVNI
1547

Rubricarum Sectionis Secundæ Syllabus.

DE

FINIS.

Speculi Pars Secunda authore Gulielmo, Et annotatoribus Ioanne And. ac Baldo, vtroq; sanè V. I. lumine & ornamento.

SVMMARIVM.

1 Substantialia iudicij quæ sint.
2 Litis contestatio est iudicij fundamentum, & initium.
3 Substantialia missæ sunt tantum illa verba, quibus species in corpus & sanguinem Christi transsubstantiantur.
Fundamento deficiente, nullum potest ædificium superesse.

SAncti Spiritus gratia suffragante de personis in iudicio interuenientibus in libro præcedenti prælibauimus. Et quoniam omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est:[a] vt j.q.ij. quâ pio. idcirco nunc eiusdem suffulti præsidio, nos ad secreta iudiciorum transferentes, hanc secundam partem in tres particulas subdiuidere properemus. ¶ In quarũ prima de his, quæ præcedunt litis contestationem sedulò disseremus. ¶ In secunda de litis contestatione. & his quæ ipsam vsque ad finẽ sequuntur, calculum annectemus. ¶ Ternò verò de sententiis, & de his, quę post eam accidunt, subiungemus. Ante omnia ergo illud præmittendum est, quòd iudiciarij ordinis ciuilis, vel criminalis ordinarij, vel extraordinarij membra sunt hæc.

PRIMÆ particulæ capitula sunt hæc. Iudicij præparatio. Actiõis seu petitionis propositio. Actionis cessio. Competentis iudicis aditio. Rescripti apostolici impetratio, & eius exhibitio, & impugnatio. Citatio. Cõtumaciæ punitio. Primi & secundi decreti interpositio. Comparatio. Libelli oblatio. Dilatio. Feriarum petitio. Recusatio. Exceptio. Satisdatio. Interrogatio. Reconuentio. Incidens quæstio, & cognitionum ordo. Possessorij & petitorij spoliationisq; cognitio.

SECVNDÆ particulæ capitula sunt hæc: Litis contestatio. Iuramenti præstatio. Positio. Confessio. Probatio. Articulorum exhibitio. Testium productio. Instrumentorum editio. Præsumptio. Iuramenti delatio. Disputatio. Conclusio, & renunciatio. Consilij requisitio. Sententiæ petitio. Relatio. Remissio.

TERTIÆ, particulæ capitula sunt hæc. Sententiæ prolatio. Sententiæ executio. Appellatio. In integrum restitutio. Supplicatio, expensarum petitio. Fructuum & interesse restitutio. Temere litigantium punitio. Et si qua alia in lite occurrant: sed hæc communiter, & vt plurimum contingere solent: vt probatur extra, de proba. quoniam. De his ergo seriatim aliqua in hac secunda parte Deo duce prævidimus pertractanda.

1 ¶ † Et no. q non omnia præcedentia sunt iudicij substantialia: sed quędam ex his, videlicet citatio: vt extra, de causa pos. & proprie. c. j. ff. quæ sen. sine ap. resci. l. j. §. exeo. C. quomodo & quando iu. ea, quę. extra, de consti. ecclesia. in fin. extra, de maio. & obe. inter quatuor. ij. q. j. nos in quenq;. Itẽ libelli oblatio. quod dic vt j. de libel. conce. §. vtrum libellus. Item lit. conte. vt extra, de elec. dudum. ij. & de lit. conte. c. vnico. extra, de iudi. exhibi-

2 ta. † Nam cum ipsa sit iudicij fundamentum & initium: vt extra, de offi. de lega. super quæstionum. §. j. versi. quod si. extra, de verbo. signi. ex parte. ij. vbi ipsa non est fundamentum, nullius boni operis superest ædificium. j. q. j. cum Paulus. xxiiij. q. j. vbi sana. Item iuramentum de calumnia vel de

b veritate. C. de iur. cal. l. ij. §. sed quia veremur[b]. Et sententia. extra, de simo. licet Hels. & probatur in præ. decre. quoniam. De hoc j. de off. om. iudi. §. postremo. versi. ij. Quod si aliquid ex his omittatur, vel præposteretur, nõ tenet sententia, ipso iure. C. de senten. & interlo. om. iud. prolatam. & ij. q. vj. §. diffinitiua. in principio. de hoc dic vt j. de sententia. §. iuxta. & in Summa domini mei de sen. & re iudi. §. qualiter. sub §. is est ordo. Cætera autẽ

3 præmissa, non sunt ita substantialia. ¶ † Sicut aliàs est simile in missæ celebratione: in qua solùm illa verba, quibus species in corpus & sanguinem transsubstantiantur, scilicet hoc est corpus meum &c. sunt substantialia cætera verò sunt de solennitate. de cõse. di. ij. panis est in altari. in princi. & c. vtrum. in fi. Sed & præmissa omnia secundùm suprà positum ordinẽ sunt seruanda: quia sic solitum est seruari. extra, de rescript. cautam, quæ. Si verò alius ordo à principe iniungitur, is etiam est seruandus: alioquin non valet quod agitur. extra, de rescri. cũ dilecta. extra, de iudi. exhibita. ¶ Ordo aũt iudicialis propriè dicitur consistere in his, quæ aguntur intra litis contestationem & sententiam: cùm litis contestatio sit litis exordium, vt præmisi. Ad principale ergo propositum celeriter properemus.

SVMMARIVM.

1 Præparatoria iudiciorũ quæ dicantur, & in quibus consideranda sint.
2 Induciæ præparatoriæ quare non dentur actori.
3 Litis euentus semper est dubius.
Iniquitas omnia præcipitat.
4 Circa partes in iudicio conuentas, quomodo sit distinguendum.
5 Agere volens ciuiliter pro fundo, vel pecunia, vel seruitute, debet id ter exigere, antequam iudicium inuocet.
6 Vbi criminaliter agitur, debet iudex personam accusatoris examinare, & in quibus.
7 Accusatio præsumitur fieri malo zelo: quia est genus illaudabilis intentionis.
Crimina vndecunq; claruerint, sunt punienda.
8 Iudex videns esse ius clarum, & q debet pro altera parte pronunciare, an illum inducere possit ad componendum.
9 Euangelium non recepit litigium: & nemini expedit promptum esse ad litigandum.
Litigiosos prohibet Apostolus ordinari: quia seruos Dei non oportet litigare.
10 Iurans q ad pacem cum proximo nõ veniet, non tenetur tali sacramento.

Incipit Prima particula.

Et primò

c *De præparatorijs iudiciorum.*[c] *Rubri.*

BEne Est, vt prius quã ad actus iudiciales accedamus, aliqua de iudiciorum præparatorijs præmittamus. nam & ad huiusmodi præparatoria à iure induciæ conceduntur, quę præparatoriæ nũcupantur: vt in. q. iij. de inducijs. v. q. ij. si primates. & j. de dil. §. j. versi. præparatoriæ ¶ † Circa qđ

1 notandum est, q hæc præparatoria considerantur tam circa partes, q circa iudicem. ¶ Circa partes: vt videlicet is, qui agere vel accusare intendit, consulat amicos, & deliberet, & tractet, an expediat sibi agere, vel accusare, vel litem mouere. iij. q. iij. de inducijs. l. di. ponderet. responso j. Et peritos. C. de inge. & ma. si autem. & de acqui. pos. l. ij. j. de accusatio. §. j. ver. qualiter autem. & videat suas probationes, an scilicet possit probare quod intendit. ij. q. viij. sciri. ff. de probatio. ei qui dicit. vj. q. vltima. actor. Præparet etiam testes, & aduocatos: vt in prædicto c. de inducijs. & caueat ne decipiatur testium vel aduocatorum promissione: vt ij. q. iij. Paulum. extra, de elec. statuimus. in fi. lib. vj. ideoq; cum peritioribus debet suum tractatum habere: vt in præ. l. si auiam. alioquin si cùm minus peritis, peribit vt Iudas. s. de pœ. dist. vj. c. j. versic. Iudas enim.

2 & versicu. iussit. Et hæc est causa, † quare actori

d non dantur induciæ præparatorię[d]. nam se ad hoc prius debuit præparare. in. q. iij. induciæ. §. spatiũ. versicu. ei autem. C. de tempo. in inte. restit. petendæ. licet alij prædictum versicu. intelligant de liberatorijs. ¶ De meo ergo consilio diligenter quis præuideat, an agere, vel accusare sibi expediat: &

3 ad præmissa se præparet: † quia litis euentus dubius est. ff. de pecul. l. quod debetur. Velox enim iniquitas, ad nocendum occasionem suggerit: lenta autem virtus & cunctatrix, antè iudicat, quàm incipiat quid decorum, quid honestum sit. iniquitas quoq; omnia præcipitat. de pœn. dist. iij. inter hæc hircum. j. extra, de voto. magnæ. & melius est ante tempus occurrere, quàm post causam vulnerato remedium quærere. C. in qui. cau. in inte. restit. non est ne. l. fin. nam & ex quo aduersarium conuenerit, oportet eum litem prosequi. C. quomodo

4 & quando iu. authen. qui semel. ¶ † Item circa partes distingue: quia aut vult quis accusare, aut de-

e nunciare, aut agere:[e] si vult accusare aliquem de aliquo crimine: si eum admoneat prius charitatiuè & familiariter, vt se emendet de crimine quod com-

a ¶ Sancti spũs. Est. la. j. c. circa mediũ.

b ¶ Veremur. De hoc dic, vt de iura. cal. c. j. §. j. lib. vj.

c ¶ Iudiciorũ. Hanc rubricã habuit author à Io. de Deo de libro iudicũ primo, in prin. ab alijs ex practicis, quos in proœmio nominauit rubricam. de hoc non inueni. de his tñ in nigro multi loquũtur. vñ Azo, & demum oẽs Summistæ rubricã de iudicijs cõtinuãt ad expedita circa præparatoria iudiciorũ. Et tñ l prin. secũdæ partis sui libel. dicit se in ea parte tractaturum de pparatorijs iudiciorũ, quæ præcedũt cõtestationem. Ros. etiã in sua rub. xj. quæ est, qualiter incipiatur iudiciũ: dicit se in x. rubricis præcedẽtib9 de præparatorijs iudiciorum tractasse.
¶ Dicebat ergo Gul. Angli. in prin. sui operis, q quicqd præcedit lit. contestã iõgẽ dicit præparatoriũ iudicij. pro quo facit vers. fi. s. proxi. Sed patet ex nigro, q isto modo hãc rubricã non intellexit author. Itẽ quicqd suprà parte prima actũ est circa personas iudicũ & arbitrorũ, & aliorũ, suo vel alieno nomine in iudicio interuenientiũ vel defendentiũ, & quicqd sequit hoc in parte j. totũ ptinet ad talia pparatoria: nec etiã intellexit de præparatorijs, de quibus tractat j. ver. pręparatorię. hęc in prin. alleg. sed ipse in nigro hoc prosequit de quadã inuestigatiõe et pmeditatiõe matura, per quã se mẽte & corpore pparẽt partes & iudices ad iudiciũ subintrandũ, vel non.

d ¶ Præparatoriæ. Recipiendo eas, vt dicit in ver. præparatorię. in prin. aliàs bene dantur actori. vtibi.

e ¶ Agere. Ingredit mentem verborũ. Ioan. de Deo, qui

secundo libro iudicum prima rubrica tractat de admonitione præmittenda reo per actorem. & in tertio libro etiam prima rubrica tractat de admonitione præmittenda actori per reum. & hoc innuit in versic. is quoque cui.

b ¶ Distingue. secundum Ioannem de Deo, cuius fuit iste versi. vbi s. in rubrica. non tamen ponit textum illius c. si qui. sed dixi. xiij. articulos instelligandos, qui ibi habentur.

c ¶ Primates. Ibi de hoc, & xc. dist. c. j. & c. studendum. per quæ videbis, quòd potissimè in actione iniuriarum procedit compositio.

d ¶ Fi. Omnino vide quod ibi dixi super verbo, casibus.

e ¶ Disputandum. Facilis est solutio: quia oportet iudicari id licitum, vel non, ex circunstantijs: quibus cessantibus abstineat: & maximè quando abstiueret contraria parte vincente. Est etiam aduertendum, quòd cæteris paribus magis procedit compositio actore vincente, quàm reo. Prima enim sententia requirit executionem, secunda non: nisi forsan in expensis, & quandoque nec in illis propter iustam causam litigandi. Quia ergo executio posset impediri de facto, vel multum tardari per binas appellationes: posset vincenti expedire compositio. Cæteris paribus, dic xi: quia si actor succumbens, litigiosus & pecuniosus est, & per appellationes fatigaturus est reum absolutum, & maximè cum pro [illegible] faciat qua æquitas: puta fama, vel semiplena probatio, vel plena, in qua succumbit ex defectu solennitatis: vt quia apparet instrumentum, sed non positum in suo æstimo vel in registro communi, quæ omissa instrumentum annullant in iste moueretur iudex ad componendum.

AUDE, quando iudex debeat inducere partes ad componendum, Fabri in l. congruit. in vltimis verbis. ff. de offi præ. Bal. in l. transigere. C. de transact. & in l. cum affirmas. C. de libe. causa. & in l. ex stipula. C. de sent. & interlocu. omni. iudic. & in l. ex cōsensu C. de episcopali audi. Abb. in c. fi. de transac. & in c. at si clerici. §. de adulterijs. extra, de iudi. Ange. in auc. vt litigant. iurent. §. fi. Bal. in l. quidam exi

misit: bene est secundùm Hugo. ij. q. vij. accusatio. extra, de accu. c. ij. vbi de hoc. xij. q. ij. indigne. non tamen ad hoc de necessitate tenetur. extra, de acc. c. ij. alias extra de simo. licet Heli. vbi de hoc. & c. per tuas. nisi dicas speciale esse in ecclesia, contra quàm querela intentatur: vt not. in præ. c. accusatio. imò fatuè ageret, si promoueret: quia tunc non agitur ad correctionem, sed ad pœnam: vt extra, eo. super his. & c. qualiter ij. & in præ. c. licet. De hac monitione no. s. de in inte. resti. §. ij. versicu. iudicialis. ¶ Si autem vult denunciare, vt fratrem suum corrigat à peccato: tunc præcedere debet charitatiua monitio: vt in præ. c. super his. & c. qualiter. & eo. titu. c. ij. & de simo. licet. Quòd si se monitus non corrigit: tunc demum iudici denunciet eum: vt ibi, & xj. q. iij. præcipuè. in fine. ¶ † Porrò si velit agere ciuiliter pro fundo, vel pecunia, vel seruitute: tunc prius quàm illum in causam vocet, ab eo id ter exigat. quòd si non satisfacit, tunc per iudicem cōpellatur. ij. q. vij. si quis erga. & c. si quis ab episcopo. C. de pigno. debitores. xvj. q. vij. omnes decimæ. ¶ Sed & si quis peccat in me, vel in meos, specialiter debeo illum præmonere, & corripere secundùm formam Euangelicæ regulæ. ij. q. j. si peccauerit. extra, de iudi. nouit. in princi. extra, de test. in omni. & in præ. c. præcipue. Is quoque qui peccat in me, debet ad me festinare per se, vel amicum communem, & mihi satisfactionem congruā offerre. iij. q. vij. in grauibus. & c. iudicet. xlviij. dis. §. j. & j. quæstio. j. Christi sacerdotes. extra, de re iudi. ad apostolicæ. circa prin. lib. vj. Quod si eum audiuero, bonum est: alioquin sibi nō imputatur. xj. dist. si quis constitutus. & c. dissidentes. xiij. quæstio. v. si res. ij. q. iij. si peccauerit. Et si prius à me fuerit monitus: obediat, ne in quæstionem incidat: vt in præ. c. nouit. & ij. quæstio. vij. si quis erga. & hoc est consilium salutare: quia dubius est litis euentus, vt dixi. Tene ergo certum, & dimitte incertum. de pœ. distin. vij. c. ij. extra, de sponsa. iuuenis. ¶ † Circa iudicem etiam distingue. nam aut agitur criminaliter, aut ciuiliter. Si criminaliter: tunc iudex debet examinare personam accusatoris, scilicet cuius æstimationis, vel opinionis. & qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quo vè merito: si pro Deo, aut pro vana gloria, aut pro inimicitia, vel odio, aut pro cupiditate accusat. ij. quæstio. vij. si qui sunt. debet etiam examinare cuius conuersationis & fidei sit: quia hi, qui non rectæ fidei ac conuersationis sunt, & quorum vita accusabilis est: quorum fides & vita & libertas nescitur: & viles personæ non admittuntur accusantes. ea. quæstione. quærendum. & sic de his & similibus debet examinare. ¶ † Nam accusatio præsumitur fieri malo zelo: quia est genus illaudabilis intentionis. ij. quæstio. vij. si quis episcopus. Quòd si agatur actione iniuriarum, semper debet iudex laborare, vt partes componant, si potest, etiam si criminaliter agitur. v. q. ij. si primates. [c] verumtamen si talis laborat infamia: iudex ex officio suo procedat. extra, de collu. c. j. & ij. quæstio. iij. si quem ¶ Cæterum si agatur ciuiliter, iudex eodem modo studeat componere. extra, de transac. c. fi. [d] cum suis concor. lxxxiij. dist. §. j. xj. q. iij. iniustum. ff. de offi. psi. cōgruit. ff. de vsufru. æquissimū. C. de iudi. auc. si verò. arg. extra, de collu. crimina. ij. quæstio. vij. qua propter. Solu. decre. crimina. locū habet cū iam de crimine constat: quia crimina vndecunque clauerunt, punienda sunt. xxiij. q. iij. ecce. Itē c. quapropter. loquitur in causa denunciationis, vbi penitus renuit pœnitere. patet ergo ex pmissis quod ab initio cū libi ignota sunt iura partiū, laborare debet pro cōpositione. ¶ † Sed quid si iā est in causa conclusum & iudex videt esse ius clarū, & quod pronunciare debet pro altera parte: nunquid illū inducet ad cōponendū? Hoc curiosis relinquimus disputandū. [e] Vbi autē agit de crimine alicuius clerici: eps iūgat sibi alios epos: qd dic vt s. in tit. de accu. §. qualiter. ver. hoc etiā no. ¶ † In summa nota quod nemini expedit, quod sit minus promptus ad litigandū. Scriptum est enim [f], si quis voluerit tunicā tuam tollere, & in iudicio tecū cōtendere. dimitte ei & palliū: vt xiiij. q. j. c. j. §. & Apostolus inquit [g]: Iudicia secularia, si habueritis, omnino peccatū est in vobis: & vos cōtemptibiles facietis: vt ibi. & xj. q. j. c. clericū. §. ex his. & viles: vt lxxviij. dist. perlatū. maximè autem hoc nō expedit clericis. xiij. q. j. c. j. quia nemo Deo militans implicat se negotijs secularibus [h]. vt xj. q. iij. c. j. extra ne cleri. vel mo. c. j. in fi. cū hæc vix sine nota peccati valeant explicari: vt s. de pœn. dist. v. qualitas. Hinc est quod litigiosos prohibet Apostolus ordinari, vt [i] xlvj. dist. per totum. & multominus religiosos: vt xvj. q. j. monachi. quia seruum Dei non oportet litigare: vt. ij. q. vij. sicut. extra de syndico. c. visco. & præterea litium euētus dubius est: vt supra. Cuilibet ergo consulimus bona fide, quòd promptior sit ad cōponendum, quam ad contendendum: vt xc. distin. per totum. extra de transac. c. fi. v. q. ij. si primates. Nam † & litigans, qui iurat ad pacem cum proximo non venire, non tenetur tali sacramento: vt xxij. q. iij. qui sacramento.

f ¶ I. nota. Matthæi. ver. liu.
g ¶ Inquit. j. ad Corinth. ver. j. a.
h ¶ Secularibus. secundæ ad Thi. ij.
i Vt. j. ad Timo. iij. b.

k *De actione seu petitione*[k] *Rubrica.*

Quoniam De iudiciorū preparatorijs dixi, decens est vt de actionibus & petitionibus, quæ in eis intentantur aliqua disputemus. ¶ Primò igitur dicemus, an actio sit specialiter proponenda. ¶ Secundò dicemus legaliter de actionibus seu petitionibus, qualiter & qua cautela proponi seu fieri debeant in diuersis casibus. ¶ Tertiò qualiter reus in his habere se debeat, supponemus. ¶ Quartò verò de actionibus seu petitionibus canonicè annectemus. ¶ Quintò de nominibus actionum: & vbi infrà tertio tractatu libel. super his libelli concepti inueniantur, breuiter perstringemus.

SVMMARIVM.

1. Actio an sit speciali nomine intentanda.
   Vbi ex vno facto vna tantū resultat actio, tūc sufficit causam, siue factum simpliciter proponi: secus vbi plures rationes ex eodem facto resultant.
2. Duobus actionib[us], effectus cōtrarios habētibus, ex vno facto surgentibus: eligi debet altera.
3. Edere actionē non tenetur quis in causa spirituali.
   Exprimi an debeat nomen actionis in iudicio.
   Leues actiones tenetur quis edere: subtiles verò & obscuras non.
   Actio an debeat exprimi in libello.
4. Veritas in iudicijs est curāda: & ideo sufficit factū simpliciter proponere.
5. Verbum actio, in canonibus inuentum: quomodo debeat exponi.
6. Statutū alicuius ciuitatis, de nō proponēdis actionibus: an sit in accusationibus criminalibus obseruandum: aut tunc, an debeat accusator exprimere genus criminis.

¶ De substantia iudicij est citatio, libelli oblatio, litis contestatio, iuramentum calumniæ, & sequentia c. de ordine est ordinabilium situs, quòd hoc prius, illud posterius. Vnus ordo est inter act[us] G. Aliud est substantia, & aliud solennitas. Vnde in missa verbum, hoc est corpus meum, est de substantia. Alia sunt de solennitate. G. Ordo iudicialis propriè cōsistit inter litis contestationem et sententiam, non ante nec post. versi. ordo autem. G. vnde dicit Barto. quòd præposteratio circa præparatoria iudiciorum ante litis contestationem non vitiat. ff. de testib. l. si quæratur. per Bar. Bal.

¶ De præparatorijs iudi.

¶ Induciæ deliberatoriæ & præparatoriæ non dantur actori. ver. prij. paret. G. de denunciatione an debeat præcedere petitionem. ver. item circa. & versi. sequen. G. & qualiter practicetur materia denunciationis Euangelicæ. Et vide Barto. in constitutione Henrici in gloss. Barto. vbi plenè de materia ista per Bar. & vide not. extra de purg. ca. nos inter. B. Vide in no. de restitu. spoliatorum ad sedem.

¶ De actione seu peti. rubri.

¶ Sciendum, quòd nullus ex practicis authoribus vel alijs posuit hanc rubricam generalem: sed rubricæ materiam dixerunt sub tractatu libellorū, sub quo dicebant inter alia petitionem & eius causam debere exprimi libello. Tractatores autem huius materiæ, ponunt super rubri. de libel. concep. & ibi vide. De hac autem noua rubrica, & eius situatione tripliciter authorem excuso. Primò, quia sine hac rubrica congruè prosequi non poterat inferiora. & ex eadem cōgruitate posuit infrà rubrica viij. paruum

An actio

morsellū de oblatione libel. secūdò theoricā petitionū vel libellorū a practica voluit segregare. namque enim prolixitatem induxissent vnitæ. Tertiò quia rubrica de libel. quę totā quartam partem respicit, subtrahi oon debuit illi parti.

a ¶ Peritos. Totū ponit Ross. vsque ad ver. porro. in rubr. xviij.

ADDE, secundū Abb. in d. c. dilecti. quod communis opinio est Legistarum et Canonistarum quod actio in libello nō est exprimenda: quia ex propositione facti potest elici, quæ actio sit intentata. & hoc dicit tenere gl. viij. dist. quo iure & Accur. in authen. de exhibē. & intro. reis. in princ. in verbo, libellum. vbi dicit de consuetudine seruari. vt nō exprimatur actio: quod & lege etiam potest probari. nā cū reus possit esse certus per rē & causam, satis est: vt l. j. ij. responso. ff. de eden. & facit, cùm opi. sint de iure ciuili, & decisum sit de iure canonico, stari debet decisioni iuris canonici: vt no. in c. per venerabilem. qui fil. sint legi.

b ¶ Sciret. sup. & sic opi. hæc aduocatis non placet. Simile quod dixi j. de accusatore. prope fi. ver. item quod nō rectè. addebat Ros. quod secundū id superfluò faciebat lib. libellans.

❧ An actio sit specialiter proponenda.

Vtrum actio sit speciali nomine intentāda vetus est querela, quam nūc planius explicemus. Dicendum est igitur, quod aut loqueris secundùm leges, aut secundum canones. Si secundum leges super hoc est diuersitas inter peritos.[a] Domini Pla. & H. dicunt, quod non est proponēda. nam sufficit causam proponi, ex qua actio resultat: vt peto rē, quā emi: vel decem, quæ mutuaui: vt Instit. de actio. § j. in fi. & extra, de iudi. dilecti. & secundū hoc nunquam actio incompetēs poterit proponi: imò quilibet rusticus libellum componere rectè sciret.[b] Io. and. & Azo. contra, quod scilicet speciale nomen actionis in libello proponi debet. arg. ff. de eden. l. j. in prin. C. e. edita. quia nemo sine actione experitur. ff. de neg. gest. si pupil. § si. alias enim quare diceret lex quod ineptā actionē ,pponēs, debet succūbere: vt ff. si mel. sal. mo. dix. l. j. in j. C. de formu. & impe. eorū. l. j. & ij. extra, de iudi. examinata. Itē quare diceret lex quod debet quis ab initio eligere actionē. & ff. de tribu. quod in hęredem. § eligere. & ff. de lega. j. cùm filius § varijs. Si enim sufficit causam proponi, sufficeret dicere: peto fundū mihi in tali testamento legatū vel peto decē: quia cū seruo tuo cōtraxi. quod dicere est absurdum, secundū eos. Iu. dic. vt j. 10 tit. de libel. concep. § iuxta. ver. item nō valet, si non continet. ¶ † Iac. Bu. & Lau. & Gof.[c] dicūt quod si ex vno facto vna tantū resultet actio, vt in vēditione, in commodato, in deposito, & similibus: tūc sufficit causam siue factum simpliciter proponi: vt in primis concor. Si verò plures oriant ex eodem facto actiōes: vt si quis in fundo meo arbores incidat, ex quo facto oritur interdictū, quod vi aut clam, & etiā actio legis Aqui. & etiā arborū furtim cæsarū: vt ff. ar. fur. cæ. si colonus. & in l. pe. ff. quod vi aut clā. si immaturā. vel si in societate furtū cōmittatur: quia ex hoc, & pro socio & furti actiones oriuntur: vt ff. pro socio. l. rei cōmissoriæ. His quidē casibus & similibus exprimere debet, quia inualit experiri: vt reus certificetur: vt in si cūdis cōcor. de hoc j. § proxi. ver. notādum etiā. ¶ † Rogerius dixit, quod si ex facto duæ actiones surgunt cōtrarios habentes effectus, eligi debet altera: vt si emi fundū de tua pecunia, mādāte seruo tuo; tibi enim duæ actiōes cōpetunt: vna criminalis, s. furti: alia bonæ fidei, scilicet mandati. C. de fur. l. j. C. si seruus exte. se emi mā. l. j. ff. fami er. & puto. § fi. Aliàs autem eligere non tenetur. ff. de eden. l. j. in prin sed hoc non valet: quia siue sint cōtrariæ, siue diuersæ & nō contrariæ, debet actio exprimi. ff. de tribu. quod in hæredē. § eligere. de hoc j. de actore. ver. itē proponens. & seq. ¶ Odof. Azo, & Rof.[d] dicūt quod qn factum clarū est, & bene proponitur: vt si dicit, peto decem quia vendidi equum: tūc exprimere non tenetur: aliàs sic. Instit. de actio. circa prin. ¶ † Porrò, si loquaris secundū canones adhuc est diuersitas. Io. Valen. dixit: quod in causis specialibus non tenetur quis edere actionē, quod quidē verū est. nec est cōtra, extra de iudi. examinata. In alijs aūt dixit, quod tenet: quo quidē nihil falsius est: vt extra, eo. dilecti. Gandul. & Io. Theutonicus dicunt quod leues actiones, vt est rei vendicatio, locati, depositi, & similes: & tenetur quis edere: subtiles verò & obscuras non Dixit etiam ipse Io. quod in ecclesiasticis nō tenetur: in ciuilib[9] sic, etiā in foro ecclesiastico: vt viij. dist. quo iure.[e] extra, de iur. calū. literas. de dolo & cōtu. c. j. & sic nō intēdit ad opinionem Io. Valē. quod non puto, vt dixi. ¶ Tertij dicunt, quod in libello non debet exprimi actio, sed in processu sic. arg. extra, de app. constitutas. et de restitu. abbate sane. lib. vj. ¶ Lau. verò dicit,[f] quod nemo cogit in foro ecclesiastico, nec in libello, nec in processu exprimere actionem: vt in præ. c. dilecti. Sed si sponte velit, admittet: vt in præ. c. examinata. & tunc si ineptā proponit succūbet, & poterit aptā proponere: vt ibi, & de restit. spo. cū ad sedem. in fi. & vsus hanc opinionem approbat. ¶ † Sufficit enim factū simpliciter proponere: quo mā de sola veritate curādū est, nō de apicibus iuris ciuilis disputādū: vt in præ. c. dilecti. & de dolo & contu. c. j. ff. manda. si fideiussor. § quędā. Nam & ex pluribus causis aliquid peti potest, vt patet extra, de consue. cum dilectus. de fi. instru. inter dilectos. circa prin. de con. præ. post electionē. de præscri. cùm olim. de insti. cùm venissent. de testa. Raynutius. § j. de causa pos. & propne. cùm super. de capel. mo. c. ij. de ver. sig. abbate. & in eodē libello. agit de vi turbatiua, seu inquietatiua, quis sint diuersæ. extra, de proba. licet. § fi. sed ibi eadē actio cōpetit: licet ex diuersis causis. ff. vti pos. si duo. § ij. ¶ † Et secūdùm Lau. vbi inuenies in canonibus actio, expone, i. petitio. Ius autem opinionē Gan. cōfirmat.[g] Itē secūdùm canones intētat, seu ,ppōnit cōdictio ex canone, vel officiū iudicis; vt in. q. j. redintegrāda. & ij. q. ij. c. j. ¶ † Quid si sit statutū in aliqua ciuitate, ne actiones ,pponant: nūquid qui accusat criminaliter, tenet exprimere criminis genus? R. nō sic. nā ex eodē facto plura crimina oriunt: vt C. de accu. qui de crimine. ff. de priua. delict. nōnunquam. ¶ Quid aūt iuris sit, cùm inepta ,ppōitur actio, vide j. de offi iud. § de serui. ver. in sentētiæ.

SVMMARIVM.

1 ☞ Agens seu petens, an debeat in libello res petitas, vel propter quas agit, exprimere.
Vniuersaliter agens, satisfacit in genere petendo: nec habet res hæreditarias specificare.
2 Agens generaliter, satisfacit in libello actionē cōplectendo, & in genere rem ab initio exprimēdo.
3 Distinguēdum est in actione singulari seu speciali de re petita exprimenda.
4 Agens condictione sine causa, an debeat causam, quare ligat, exprimere in libello?
5 Actiones reales & personales quæ dicantur.
Actio realis potest etiam dici personalis.
6 Proponēs actionē nimis generalē, seu ambiguam aut cōfusam, causæ certitudinē non continentem, aut incōpetentem in iudicio: non est admittēdus.
7 Actionum plurium occurrētium ex vno negotio melior est eligenda.
8 Aduocat[9] nolēs, vbi ex vno negotio plures occurrunt actiones, vnā eligere, cōpellēdus est p iudicē.
9 Sententia etiam contra ius litigatoris lata tenet.
10 Duabus actionibus ex vno negotio propositis, si actor non eligat: & contra eum, vel reum feratur sententia, an si appellent possint eligere.
Causa appellationis, an sit eadem cum principali.
11 Eligere an quis dicat in iudicio p litis cōtestationē, vbi plures actiones ex vno negotio concurrunt.
12 Duabus actionibus ex vno casu nascentibus, an vnius electione tollatur, vel extinguatur altera.
13 Origo obligationis, non oculus actionis, in casu mandati suscepti est attendendus.
14 Dominus faciens pactum de non agendo contra mandatum suscipientem actione furti, an poterit agere mandati.
Actio furti per pactum ipso iure tollitur.
15 Is, cui de iure communi in eodem casu competūt duæ actiones: an vna intētata possit postmodum aliam intentare.
16 Duabus actionibus ex diuersis casibus occurrentibus, potest quælibet intentari.
17 Agēti stipulatione, quo casu tutius sit ad pœnā, quam ad rem, aut econuerso agere.
19 Pœna quælibet est odiosa: & omne debitū fauorabile: ideo potius est agendū ad debitū, quam ad pœnā.
19 Pœnalis stipulatio quando committatur.
20 Petita pœna & sorte in iudicio, an sufficiat super pœna tantùm pronunciari.
21 Actor quo casu duas actiones intentare possit.
22 Agēs super vna causa diuersa actione, debet alteram eligere.
23 Agens rei vendicatione si succumbat, an redire poterit ad Publicianam.
24 Dominium multis modis occupatur.
Volens se ex contractu emptionis dominum dicere: quatuor necesse est interuenire.
25 In omni contractu oportet duo interuenire.
26 Possidens tantū ciuiliter, an rei vēdicatione possit

c ¶ Gof. in rub. de li obla. in apparatu, in decre. dilecti. de iudicijs.

d ¶ Ross. in l. j. ff. de eden. vbi s.

e ¶ Iure. Vbi de hoc, & ij. q. vj. decreto.

f ¶ Dicit. in suo libel. de actione reali.

g ¶ Confirmat. Tene & adde tu, an actio exprimēda sit de iure canonico, do. Abb. Sicul. in c. tua. el. ij. in ij. col. extra, de deci. Breuiter dixi post Hostien. in decre. pre. dilecti. super fi. secundæ glos.

conueniri occasione talis possessionis.

27 Conuentus rei vendicatione vel aut. in rem, vel no xali, & e. si conuincatur, seu variet, quid iuris.

28 Intentari non potest in eodem libello actio ad exhibendum, & rei vendicatione.

29 Forma libelli, in quo duæ intentantur actiones.

30 Petitio sub hac forma: peto à te rem talem, quá dico meam fuisse, an valeat.

31 Argumentum de præterito ad præsens, nõ semper tenet: vt, possedit. non sequitur, ergo possidet. maxime in re mobili.

32 Agens contra aliquem rei vendicatione ad rẽ, quã dicit apud aliquem deposuisse, ille verò negans dicit eam commodato cepisse, quid iuris.

33 Rei vendicatio tantũ domino competit. fallit tamẽ quandoq́.

34 Petere volenti legatum sibi relictum, tres actiones propositæ sunt.

35 Stipulari rem suam dari, & restitui, non est idem.

36 Legatũ relictum põt peti condictione ex canone.

37 Legato vsufructu alicuius rei, an proprietas eiusdẽ sit obligata.

38 Hæres quondã existens creditor defuncti, si rogatus restituit hæreditatem, quã actionem habeat.

39 Fideicommissario quãdo competat actio, vbi hæres quondam debitor defuncti rogatus est restituere hæreditatem.

40 Intentare volens Publicianam, pensare debet, si causam habeat, ex qua ei competat.

41 Publiciana ad hoc vt competat, quinq́ sunt necessaria.

42 Verba transposita idem significant.
Personalis actio, ex quibus nasci possit.

43 Actionẽ certã habens de delicto, illã debet proponere: incerta á sit habens, agere debet de dolo.

44 Vniuersales actiones sunt quatuor.

45 Iudiciorum aliud est vniuersale, aliud generale: & in quibus differant?

46 Vniuersales & generales actiones, quæ sint, & in quibus differunt.

47 Interest multum inter dictum speciale & generale.

48 Agere volens interdicto, attendere debet, an directo vel vtili.

49 Actio in factum triplex est, & in quibus quælibet locum habeat.

50 Obligatiõe inducta lege ciuili, vel imperiali & imposita necessitate alicui priuato: nec dicitur quo iure debeat explicari: tũc cõdictiõe ex lege põt agi.

51 Vsuræ per condictionem simpliciter potest repeti, cùm iure canonico sit indebita.

52 Negotiũ quod proponitur, si tale est, q ex eo non detur actio, sed quali: quomodo sit agendum.

53 Petitio vtilis loco directæ proposita, vel econtra, an sit valida.

54 Proponens in iudicio, an teneatur exprimere, si directam vel vtilem proponat actionem.

55 Actio vtilis proprio nomine, directa autem nomine cedentis proponitur.
Vtilis actio intẽtatur sine cessiõe: directa verò nõ.

56 Petitio, quæ proponitur apta causa sed inepta actio, an sit valida.

Qualiter, & qua cautela actiones proponi debent.

SEquitur videre legaliter de actionibus seu petitionibus, qualiter, & qua cautela proponi, seu fieri in diuersis casibus debet. Ante omnia igitur sciendum est † q agens, seu petens debet in libello exprimere [a] rem petitam: vt extra, de libel. ob. ca. ij.[a] ff. de rei vendi. si rem. §. fi. vel quantitatem declarare, quam petit: vt ff. deposit. l. j. § si quis argentum. Distingue [b] tamen:[b] quia aut actio est vniuersalis, vt petitio hæreditatis: vt ff. de rei vend. l. j. & ff. de petitio. hæredi. sed & si. §. fina. & tunc sufficit in genere petere, vt dicat, peto hæreditatem: vt patet j. de iudic. §. j. nec habet res hæreditarias specificare. Debet tamen dicere, an totam, vel quotam partem hæreditatis petat: vt ff. de pe. hered. l. iiij. & l. si quo tempore. & C. eo. l. j. & hoc cũ cõtract[a] est de certa parte. dic vt ff. de rei ven. pater. & ff. si pars here. pe antiqua. & l. j. vel cũ petit ecclesiã cũ suis pertinentiis extra de excep. cũ venerabilis. extra de celebr. spo. cũ ad sedẽ. de proba. licet. extra de fide instru. inter dilectos. vel præbenda cũ plenitudine iuris canonici. extra de concess. præben. proposuit. vel aliquis locus cũ finibus suis. extra de re iudic. abbate sane. in prin. lib. vj. In is enim non est necesse aliquid in libello, vel in sententia specificari. De hoc j. de relig. do. & j. versi. sed & si vis ac. & seq. ¶ † Aut est generalis, vt pro socio, tutelæ, negotiorũ gestorũ: quo casu sufficit in libello actionẽ cõplecti, & in genere rem ab initio exprimi: vt conuenio te actione neg. gesto. vel tutelæ, vel pro socio: tunc nõ venit oĩa, quæ possunt intelligi sub natura propositæ actionis: vt ff. de tu. & rati. dis. extra de causa pos. & proprie. cũ ecclesia. vbi de hoc tt. de iudiciis solem[a]. ff. pro socio. l. arbitri. Ex post facto autem in iudicio possunt singula capitula exprimi. C. de iudic. l. ij. de hoc. j. ver. & nota q. ¶ † Aut singularis seu spalis: & tunc si est realis, necesse est rem exprimi[c]. quod dic vt j. de libel concep. § iuxta. versi. item non valet in actione reali. & seq. Causam tamen tunc non tenetur exprimere. quod dic vt in eo. §. sed nũquid debet. ¶ Si verò est personalis, necesse est causam adiici, siue petatur species, siue qualitas siue factũ. ff. de rei vend. si in rem. C. de epis. & cler. authẽ. generaliter. ff. de furt. in actione. in prin. C. de edic. diui Adria. tol. l. fin. vt peto rem, quia emi: vel, quia mihi dedisti, vel promisisti, actiõe ex stipulatu. j. §. proximo. als sufficeret certi cõdictio, si proponeretur. dum tamen certũ quid proponeretur. ff. si cer. pet. certi condictio. extra de libel. obla. c. fin. & Institu. [f] qui. mo. re cõtra. ob. Si eñ causa nõ exprimeretur, & reus absolueretur, nihilò minus adhuc poterit cõueniri. ff. de excep. rei iud. l. & an eadem. §. actiones[c]. ¶ Quid si qs generaliter egit causa vel actione non expressa? De hoc in præ. § iuxta. versi. item nota hanc distinctionem actionum. plenius prosequere infra in tractatu libel. in titu. de iudi. §. j. ij. iij. & iiij. ¶ Item de realibus & personalibus, vide j. de causa pos. & proprie. §. notandum igitur. ¶ † Quid de eo qui agit condictione sine causa: nunquid debet causam, quare agit, exprimere in libello? Et videtur quòd non: cum sine causa agat. contra: quia sic posset dicere totum patrimoniũ suum sine causa penes eum esse. Vnde dicit Vbert. quòd debet exprimere causam: cum sit hæc actio personalis, in qua causa est exprimenda: vt dixi. argu. ff. de condi. sine causa. l. qui sine causa. & arg. C. eo. l. ij. & iunge quod not. in præ. §. iuxta. versi. item non valet, si non continet. & seq. ¶ † Sed quam vocas actionẽ personalem, & quã realem? Respondeo, realis dicta est à re, quæ petitur: puta quãdo quis nullo iure mihi obligat[a] est, sed volo sibi quæstionẽ super aliqua re mouere. Personalis dicitur, quãdo persona obligata est: puta, cũ ago contra eũ, qui mihi ex aliquo contractu, vel maleficio, vel quasi obligatus est, Institu. de actio. circa prin. ri. § nanq́. & § appellam[a]. vt j. versi. verum. ¶ Sed certe secundũ hoc videtur quælibet actio realis & personalis, oã si peto rẽ per consequens dico te obligatũ ad rem ipsam tradendam seu restituendã, & sic habet locũ realis & personalis. Itẽ si peto à te decẽ, ex causa mutui, dirigo actionẽ mei in ipsa decẽ: & sic habet locũ personalis & realis. ¶ Ad hoc respõ. consyderandũ esse, ex quo fonte prima procedit actio: & secundùm initium & originem facti censenda est personalis, vel [d] realis[d]. Nã in cõtractu vel quasi, maleficio vel quasi persona principaliter obligatur: & ideo tantùm actio personalis locũ habet. Cùm verò agit ad rem, res principaliter im petitur: & ideo realis tantò locum habet, secundùm Roffr. in quo autem differat, dic secundũ eum in suo libello in tit. de actione [e] speciali[e]. Et scias quòd in nulla reali actione debet quis dicere, peto mihi rem restitui: sed tan- [f] tùm, peto rem ipsam, vel hæreditatem[f]. Item vbicunque iudicis officium imploratur loco principalis actionis

[a] ¶ Secũdo. Et ibi de materia huius principij, in prima parte j. glo.

[b] ¶ Tamen. Secũdũ Rof. rub. xx. & tribus seq. Adde q cõ omniter ita tenent doct. q non sit necesse res specificare in l. j. ff. de eden. & ibi dicunt q tali iudicio intelligunt comprehendi, etiã quæ post libellum productum cœpta sunt possideri per eum. & de hac materia vide etiam in l. j. ff. sol. ma. & in l. fi. C. de sententiis, quæ sine certa quãtita. vbi ponit, an procedat libellus: peto restitui dotẽ absq́ alia specificatione.

[c] ¶ Actiões. Vbi de hoc & not. quia in reali hoc non procederet. de quo in ver. sed nunqd. alle gato j. proxi. in fi.
ADDE, an causa sit exprimẽda in libello vlra ea, quæ ponunt in l. j. ff. de edẽ. & in l. edita. C. eo. Alexan. consil. cxxi. j. libr. & Ange. consil. ccixix. & quomodo procedat libellus generalissimus, vide per eum dẽ cõsi. xxv. & per Inn. c. certificari. de sepul. & in c. dilectus. de ordin. cog. & in c. conquerente. de offi. ord. & in c. cũ ad sedẽ. de restit. spol. Adde tu in libello & præsertim in actione personali ... & quãdo sit exprimenda causa: & an causa proxima, an remota: vide Lanfran. in repe. c. quoniam contra. in §. petitiones. in j. col. extra, de probatio. Itẽ do. Abb. Sicu. in c. j. extra, de libel. oblatio.
¶ Item adde quid si quis porrexerit libellum in actione personali nõ inserta causa remota, dicendo hoc modo: domine iudex, talis debet mihi dotem: quare peto ipsum condemnari. an iste libellus procedat? Dicas q sic, nisi opponat. Lafrã. in repet. c. qm cõtra. in §. petitiones. extra, de pba. & ibi vide remissiones.

ADDITIO.
¶ Etiam & quando sit exprimẽda causa in libello, vide Card. zaba. c. ij. de libel. ob. Bal. consi. cxvij. incip. pręmittẽdũ. iij. vol. And. Sicu. consi. viij. col. ij. ver. & maxime. in ij. vol. & adde, q agens de nullitate, debet causam in libello exprimere: vt per do. de Rota. decisio. xv. in antiquis. Henr. Ferran.

[d] ¶ Realis. Vnde dicit G. Angli. vbi s. q differũt sicut differt res a persona. vna eñ est rei, alia personæ. alleg. qd no. ff. pro socio. l. iij. Et si vis de materia latiari, vide Cy. in l. j. C. de alie. iudi. mu. cau. fac. in v. quęst.

[e] ¶ Speciali. quæ est xxiij. vbi plenè de hoc in vlti. col.

[f] ¶ Hæreditatẽ. Dicunt enim supplices, q per verbũ restitui, intentatur possessoriũ ad qd pertinet verbũ restituendi. ff. de vi & vi ar. l. j. in prin. quod Rof. improbat in. de rei ven. ppe si. per l. qui restituere. ff. de rei ven. & per l. videam[a]. § ij. ff. de vsur. per quas leges patet verbũ restitutionis, etiã ad petitorium pertinere. Aliud est ergo restitutio possessionis. ff. vti possidetis. duo. §. fin. Alia ratio, per quã improbatur hæc petitio, no. in ver. hoc autẽ. statim allegato: cui licet iuridico, resistit vsus, vt ibi.

sit actionis, non debet quis dicere, ago cōtra te: sed debet iudicis officium intentare. Quæ dic vt j. in ti. de lib. concep. §. fi. ver. hoc autē. & quicquid ibi dicitur, hic intellige repetitum. ¶ †Illud quoq; [a] nō 6 est omittendum, q̄ proponens actionem nimium generalem seu ambiguam, & confusam, & causæ certitudinem non continentem, vel incompetentem, repellēdus est: vt si proponat actionem sinē regula pro centū vel certi condictionem quantitate non expressa in libello, vel si per actionem furti velit rem vendicare, & huiusmodi: vt ff. de eden. l. j. ff. de iur. fisc. ita fidei. C. de anna. except. l. fi. ff. de iudi. si quis intentiōe. ff. si mens. fal. mo. di. l. j. respō. j. in fi. ff. de exec. minor. §. si seruus. in aut. de litig. §. ad excludenda. ff. de politi. l. j. §. si quis argentum. 7 ff. de fur. in aut. extra, de spōsali. de muliere. ¶ †Notandum etiam est q̄ si sit tale negotiū, ex quo plures oriantur actiones, & certum sit de qualibet, vt i. §. j. Tu aduocate actoris, elige meliorem & pleniorem: ne habeas necesse sæpius litigare: vt ff. loca si merces. §. culpæ. ff. vi bo. rapt. l. j. ff. ar. fur. ex l. j. [b] Hinc est, q̄ si de mandato serui tui quis sciēs te id nolle, de pecunia tua prædium emerit: eligere debes an velis agere contra illum actiōe furti ad pœnam, an condictione furtiua ad pecuniam, an actione mandati ad prædium emptum: vt C. de furt. l. j. & l. fi. §. tales. vtraq; enim actio ex hoc casu nascit̄ sed altera alterius electione tollitur. Si autem nondū eligeret, fieret condemnatio secundū illam, quæ minorem pœnam infligit: vt j. de libel. concep. §. 8 iam nunc. versi. sed cū ex his. ¶ †Quid si nolit eligere, sed dicit, procedatis domine iudex? dic eum cogendum iudicis officio eligere. ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. vnica. Vel dic q̄ nō cogitur: sed dicat ei: Amice, elige quam vis: & si non eligit, dicat ei: recede ergo. argu. C. de colla. filia. ¶ Sed quando debet eligere? Dicunt quidam, q̄ vsq; ad diffinitiuam, & non post. 9 ¶ †Sententia enim contra ius litigatoris lata tenet, & ius dicit, cū inique decernit: vt ff. de iust. & iure. ius. extra, de re iudi. cū inter. ad fi. Sed videtur q̄ ante litis contestationem debet eligere: cū talis exceptio sit dilatoria: ergo ante litis contestationem procedenda. C. de proba. exceptionem. iij. quæstio. vj. c. si quis. §. exceptio. extra, de re iudic. inter monasterium. Dic q̄ cū quis plures actiones ad eandē rem intentat: aut eas proponit copulatiuè, dicens: propono hanc actionem et illam: aut alternatiuè, dicens: propono hanc aut illam. Si copulatiuè: cogendus est eligere. ff. de leg. ij. cū filius §. variis. & de le. j. huiusmodi. §. fi. & l. seruus §. cū hac. Et est ratio: quia qui coniunctim proponit, vnam assērit. Is autem, qui alternatiue proponit: aut est certus de facto: & tūc certus est, quæ actio sibi competat: & ideo eligere debet, maximè ante iuramentum calumniæ, præsertim vbi requisitus est, q̄ eligat. Si verò incertus est de facto: non cogitur eligere: vt ff. quorum le. l. j. §. quod autē. ff. de tribut. qd in hærede. §. eligere. & j. dicā. ¶ Quidam aūt dicunt, q̄ si quis non eligat vsq; ad tēpus, quo mutari vel emendari potest: vt C. de eden. edi 10 ta. cadit a iure suo: qd non placet. ¶ †Quid si quis vtraq; proposita, non eligit? Fertur sententia contra eum, vel etiam contra reū. Sed si in causa appellationis ipse vult eligere: nunquid potest? Et potest, allegari pro & contra illud: an causa appellationis sit eadem cum principali, vel nō [c] Item videtur q̄ potest eligere. ar. ff. de bo. lib. qui cum maior. §. accusasse. in fine. ff. ad Turpil. l. j. argu. contra: quia videtur primò propositam elegisse. ff. de cōdi. inde. l. indebitū. ff. de fideius. si seruus alienus. C. ad Mace. si filius. Contra: q̄ videtur secundā elegisse: quia proponendo hanc vel illam, videtur à prima recedere. ¶ Sed dic, videtur vtranq; proponere, nec se ab aliqua illarum excludit. arg. ff. de liber. & posthu. Gallus. in fi. ff. de op. lega. l. legata. vnde bene faceret iudex, si in tali varietate reum absolueret: & 11 vides. de actione. ver. qd ergo si deiectus. ¶ †Sed nūquid videtur eligere per litis contestationem vel per solam libelli oblationem? Et videtur q̄ per litis contestationem. vt ff. rem ratam. amplius. & ff. de tribu. quod in hærede. §. eligere. Quod dic vt C. de eden. edita. Vna autem electa, non potest amplius d variare: vt ff. de leg. ij. l. si is. §. fi. [d] Sed in contractibus quantum ad stipulationem distingue, vt ff. de verbo. obli. si quis stipulatus. & l. eum, qui certarum. in fine. 12 ¶ †Quid si in casu prædicte leg. ij. C. de fur. dominus intentauit actionem mandati contra mandatum suscipientem: demum succumbit: nunc vult intentare contra illum actionem furti: ille verò excipit de re iudicata? Et videtur q̄ non possit repelli. argu. ff. de excep. rei iudi. cum quæritur. & l. seq. & l. an eadem. §. acquirimus. ff. de reg. iur. non ex pluribus. non enim videtur sibi contrarium: quia e conuentio in alia re, vel cum alia persona, &c. [e] ff. de pact. si vnus §. ante omnia. Argu. contra, q̄ sibi obstet exceptio rei iudicatæ: quia inter easdem personas, licet alio genere iudicij agatur: & eiusdem originis est hæc actio. ff. de excep. rei iudi. l. si a te. §. Iulianus. et l. si quis cūm totum. §. & generaliter. ff. de noxa. in delictis. §. si detracta. & agendo furti per eandem pecuniam, quam seruus mandauit tradi in 13 emptionem prædij: licet ad pœnam agatur. †Origo enim obligationis, non titulus actionis inspicitur. C. ad Macedonianum. l. iij. ff. de donatio. qui id quod. Propter quod dicunt quidam, repellendum per exceptionem rei iudicatæ: quia est contra ius f sibi ipsi. [f] ¶ Quid si ille soluisset domino in partem nec dixit ex qua actione soluebat: dominus verò nūc conuenit eum actione furti ad residuū, vel cōdictione furtiua: ille verò dicit, q̄ soluit ex causa mandati? Et videtur excipiens audiendus. argu. ff. de solu. si quid ex famosa. Vbi videtur ex causa famosa solutum: si ex duabus causis debeatur, & altera non sit famosa, altera sic. Item hic neutrum elegit dominus: sed solutionem accepit. & præd. l. facit etiam in contrarium [g]: sed ibi quando ex diuersis causis: secus si ex vna [h]. ¶ †Quid si dominus pa- 14 ctus est contra eum non agere furti: nunquid poterit adhuc agere mandati? Videtur q̄ sic. arg. extra, de præsum. nonne. xxv. dis. qualis. Iniquum enim est id pacto perimi, de quo, &c. ff. de transact. cum Aquiliana. & l. qui cū tutoribus. arg. cōtra, quia si potest adhoc intentare actionem mandati: secundum hoc nil operabitur pactum: quod esse non debet. ff. de leg. j. si quādo. ff. ad municipa. l. j. Actio enim furti per pactum ipso iure tollitur. ff. de pact. si tibi. §. j. Vt ergo pactū aliquid operetur, videtur vtranq; remisisse. & pactum habet in se quandam liberationem. ff. de transact. l. j. sed si agat mandati, non poterit reus opponere exceptionem pacti: sed in actione furti sic. & hoc quidam tenēt: quod i non multum placet. [i] ¶ †Nec est omittendum q̄ 15 si alicui competunt iure communi duæ actiones: vna intentata, potest postmodum aliam intentare. ff. pro socio. l. rei. Secus tamen est si vna competit de iure communi, & altera de beneficio prætoris. De hoc, & quid iuris sit, siue pœnales, siue rei persecutoriæ, no. secundūm papam extra de collu. k dete. c. fina. in fin. [k] ¶ †Quod autem dixi alteram t eligendam: verū est, si omnes ex vno negotio oriātur. Si autem ex diuersis quælibet intētari potest. ff. de priua. deli. nonnunquā. Si verò dubium est an duæ oriantur vel non: & equè dubium. sicut sæpe in stipulationibus dubitatur, an sit agendum ex stipulatione, vel certi condictiōe: vt probatur & no. ff. si cer. pet. certi. & ff. de verb. obli. vbi tunc vtere verbis, quæ se habeant ad vtranq; actionem, dicens: peto ex stipulatu, vel ex promissione, quam ex tali causa fecisti. sicut patet ex stipulationis diffinil tione. ¶ Arg. tamen [l] q̄ tunc possit vtraq; proponi. extra, de in integ. resti. constitutus. vbi petitur sententia nulla pronunciari: vel si esset aliqua, penitus in integrū restitutio. Quæ dic vt no. j. de sententia. §. iuxta. ver. item possum petere iure dominij vel quasi: vt infra de caosa pos. & proprie. §. notandū igitur. ver. aliæ sunt. Præmissa tamen, vt quidam dicunt, protestatione, q̄ alteram velim prosequi: vt ff. quorum le. l. j. §. quia autem. ibi quēadmodum, &c. Si autem non est æquè dubium de vtraq; sed de vna certum, & de altera dubium: propono

a ¶ Quoq; iste versi. ad literam fuit Vber. de Bobi. excepta vlti. concor. in ver. generalia. allega super rub.

b ¶ L. j. Hucusq; ver. iste Vber. fuit: cui continuatur versi. quod autem dixi. qui sequit̄, est sub §. cū breuiter. mihi charta v. ver. si negotium est tale.

c ¶ Non. De quo ī. de sal. ri. §. sequitur. versi. sed nunquid.

d ¶ Fi. de electi. vt qs duas. de postul. c. vno libro vj.

e ¶ Et cætera. In alia re, vel alteri personæ non nocet.

f ¶ Sibi ipsi. Rationē Ia. de Ra. qui tenebat contrariū, vide per Cyn. in præ. l. j. in viij. q. vbi etiam tractatur an illæ cōtrariæ actiones simul nascantur, & resideant in eadem persona: & an per electionem vnius tollatur altera ipso iure, an ope exceptionis: & an vna electa possit ad aliā redire illa pendente vel finita. Adde vt per oot. in l. edita. C. de edendo. & p Bar. & Dy. in l. j. §. non quæritur. ff. de pub. & adde secundùm Bal. in l. si prędium. C. de ædi. ac. q̄ si eligat̄ vna actio cui sit præscriptū, q̄ non impedit̄ redire ad aliā, cui non sit præscriptum.

g ¶ Contrarium. vt scilicet potius in causam famosam furti soluisse videatur.

h ¶ Vna. Ex qua insurgunt diuersæ et contrariæ actiones: vt in hoc casu. vltra id intētio legis fuit id in eam causam solutum, quæ plus expedit soluenti. e. titu. l. j.

i ¶ Placet. Puto q̄ ii Gub. ponderat q̄ cū ex vno facto cō petat vtraque re-

missio actionis tolat ipsius originem, qua sublata nec restabit sup quo fundetur actio mandati, vt pactū id operetur q̄ res iudicata super altero, vt modo dictum fuit in ver. quid si in casu. Adde q̄ Bart. in d. §. j. tenet q̄ actio famosa descendēs ex delicto, tollatur ipso iure. Secus si descendat ex contractu vel quasi: quia tūc solum pactum non est sufficiēs ad tollendam actionē nisi interueniente Aquiliana stipulatione & acceptilatione: quia non reperitur id esse cautum q̄ ipso iure tollantur similes actiones.

k ¶ Fi. Sed illud scripsi de religi. do. cū dilectus. super fin. vlt. glo. tunc continuat verba Vber. de Bobi. vt ī. dixi.

l ¶ Tamen. Interpositio ad verba Vberti vsq; ibi: si aūt.

illam, de qua conueniunt sapientes, vt in exemplo pacti incontinenti appositi in contractu stricti iuris, omnes conueniunt, quod tunc detur actio præscriptis verbis. de veteri verò informata variant: ergo intentat præs. verbis: vt C. de pact. in bonæ fidei.[a] ff. si cer. pet. lecta est. xx. dist. de quibus. extra, de offi. iudi. dele. prudentiã. prope prin. ¶ 17 †Quid si pœnalis stipulatio subsecuta est: dubiũ pôt esse, an prima obligatio trãslata sit in stipulationẽ pœnalẽ: ergo tuncm videtur agendũ ad primã stipulationẽ, q̃ ad pœnalẽ: vt ff. de act. & obl. l. 10 ff. de verb. obli. ita stipulatus. ff. pro socio. duo. Alia tñ ratione tutius est primò ad pœnam agi, q̃ ad simplũ, s. quia plus est in pœna, q̃ in re: sed & si plus esset in re, habita pœna, securius petes postea illud plus. ff. si quis cau. l. ij. in prin. ff. de arbi. Celsus. in princ. & ff. de eo quod cer. lo. l. si. ff. pro socio. si quis a socio. et l. seq. ff. de act. emp. & ven. prædia. ff. de excep. do. apud. §. Labeo. nisi esset actũ, quod vtrunq; deberetur posset exigi cum effectu: tunc enim videtur cessare timor ille: vt ff. de transac. qui fidẽ. C. eo. cũ proponas. Caue tamen ibi qualiter actum est. nam si actum sit, q vtrunq; cũ effectu, vel simul petatur, non recedatur a forma. extra, de rescriptis. cũ dilecta. Si aũt non sit actum, q vtrunq; cũ effectu, vel simul peti possit. ¶ 18 †Cum pœna sit odiosa & debitum fauorabile, prius agetur ad debitum, seu ad primã obligationẽ, q̃ ad pœnã. nam pœna de facili repellitur a iudice: maximè à iure canonũ. extra, de pœnis. suam. xij. quæst. ij. fraternitas. ¶ Sed si fuit iureiurando pactũ vallatũ, videtur vtrũq; posse peti, & si actũ non sit. C. de transact. si quis maior. xxij. q. j. omne quod. extra, de iureiu. debitores quod alibi forte nõ admittit, secundũ Vber.[b] Itẽ etiã pôt & in alio exẽplo dici, scilicet quando quis obligat nomẽ sui debitoris creditori suo: tũc ei datur vtilis actio. Nescimus tamẽ bene vtrũ vtilis hypothecaria, vel vtilis, quæ cõpetebat obliganti directa: vt C. de hære. vel act. vend. postq̃. C. quę res pig. ob. pos. nomẽ. ff. de pig. si is. Proponat ergo factũ se ad vtramq; habens, & si cogat eligere, videt esse melius eligere vtilẽ personalẽ, quæ cõpetebat obliganti: hoc saluo, qa si obligans nomen sui debitoris habeat hypothecariã in bõis illius, videt obligasse illam: vnde cõpetet hypothecaria vtilis, secundũ Vber. ¶ 19 †Quando aũt pœnalis stipulatio committatur, & si promitto me aliquid facturũ, vel daturum: & si non do vel facio, promitto pœnã: qd sit tunc in obligatione: et si pro parte do vel facio, an pœna in solidũ cõmittat. Itẽ si promitto aliqd, & sub pœna: an possit peti vtrunq; & quãdo possit præcisè peti factũ vel interesse, vel vtrunq;. Itẽ quid si plura sunt capitula & in vno cõtrauenia. dic vt in libello Ros. an ti. de act. ex stipulatu. quæ competit ad incertũ promissum. & s. de arbi. §. fi. ver. quid si plura. ¶ 20 †Sed si quis petit pœnam & sortem, iudex verò pronunciat super pœna tantũ numquid valet sentẽtia? Videtur q sic. ff. de excep. rei iudi. l. iij. ff. de arbi. quid tamen. ff. de minor. etiã. C. si cer. pe. eo q. ff. de verb. obli. scire. arg. cõtra. ff. de arbi. qualẽ. C. de appel. eos. C. ad Sylla. l. fi. prius dictũ verius est: vt patet extra, de testa. Raynutius. & C. si aduersus rẽ iud. l. j. vbi de hoc.[c] Duæ enim sunt petitiones: vna sortis, & altera pœnæ. ff. de appel. cùm in vna. secundũ Vber. & iunge hic quod habes circa contrarias actiones eligendas. s. de actore. ver. itẽ proponens. ¶ 21 †Itẽ pon. q si actor habet rẽ ab aliquo ex iusta causa dominium transferendi: nescit tamẽ an ille fuerit dominus necne: tũc illius rei possessiõe amissa secundũ quosdã, in dubio duas intẽtat actiões, s. si ille dñs fuit, intẽtet rei vendicationẽ. ff. de rei vendi. in rem. ff. de acqui. re. do. traditio. Si verò nõ fuit dominus, intẽtet Publicianã. ff. de publi. l. j. ¶ 22 †Sed cũ istæ actiones diuersæ sint, & contrariæ, videtur q sit altera eligenda: quia si proponeres contrarias, repelleris, vt s. dixi. & in præ. ver. itẽ proponens. Respondeo, hoc videtur q possit vtranq; proponere propter iustam ignorantiam: cùm factum alienum ignoret. ff. pro suo. l. fi. ff. de acquir. hære. l. cùm falsum. ff. quorum

leg. l. j. §. j. sed vbi reus nõ certifirabat actorem, de quo debebat, quare actor vtitur eodem iure. Dico ergo q non est iusta sui actoris ignorãtia: quia eadem persona cũ illo censetur: vnde debet suam cõditionẽ scire. ff. de le. ij. cum filius. §. varus. ff. de reg. iur. qui cum alio. licet sit arg. contra. ff. de exercito. act. l. j. in prin. & ideo eligere debet, nisi son[d] consuetudo obstet. ¶ Sed quam eliget? Respõdeo, rei vẽdicationẽ directam primo: & si succubat, postea Publicianã. ff. de euic. minor. §. j. vel agat primò Publiciana, in qua requiruntur leuiores probatiões secũdum Vber. Alij verò aliter dicunt. quæ dic vt infrà in tractatu libellorũ de causa pos. & proprie. §. nunc dicendum. & iunge hic quod est infrà, versi. quod si velis. ¶ Io. de Deo dixit[e] propter ambiguitatẽ tutius esse agi cõdictione ex lege vel canone, iij. q. j. redintegrãda. extra, de restitutiõe spo. sæpe. de hoc Insti. de actio. ¶ 23 †Quid si primò egit rei vẽdicatione, & succubuit: numquid poterit redire ad Publicianã? Rñdeo sic, vt in præ. l. minor. §. si seruus[f]. extra, de iudi. examinata. Alij cõtra. arg. ff. de excep. rei iud. si mater. §. eandẽ. in fi. & l. & an eadẽ. §. actiones. Nec obst. ff. de euic. si cùm vẽditor. in prin. quia ibi subauditur maximè. ¶ 24 †Si autẽ velis actionẽ in rẽ intentare, si intẽtaueris rei vendicationẽ directã: caue tibi, q possis probare te dominũ iure ciuili, vel gentium, quia licet multis modis dominium acquiratur, vt Insti. de rerum diui. §. singulorũ. & ff. de acqui. re. do. adeo. & per totũ: puta a lege vel a principe. C. de quadriẽ. præs. bñ. & inj. di. quo iure. vel cùm insula occupatur. Insti. de rerum diui. §. insulam. Vel cùm quid capitur in iusto bello ab hostibus. xxiij. q. v. dicat aliquis. & j. de iure militare. & ff. eo. si ab hostibus. & in similibus: tñ eius probatio multùm est difficilis. C. de proba. cũ res.[g] & ideo vtere cõsilio legis. ff. de rei ven. is qui. ¶ Si enim[h] ex contractu emptionis, velis te dicere dominũ, quatuor oportet in illo interuenire. Primũ, cõtractus, qui debet præcedere: alioquin traditio nuda dñium non trãsfert. ff. de acqui. re. do. nũquã nuda. & ar. ff. de dona. nuda. Secũdũ, quod pretiũ numeret, vel fides habeatur: vel aliàs satisfaciat venditori. alias dñium non transfertur. ff. de tribu. procuratoris. §. sed & si dedi. & ff. de contrahẽ. emptio. quod vendidi. Tertium, q res tradatur. aliàs enim dominium non transit: vt extra, de fide instr. cùm Ioã. prope finẽ. C. de pactis. traditionibus. C. de hære. vel act. ven. qui tibi hæreditatem. ff. de rei vendi. si ager. nisi in quibusdã casibus specialibus, in quibus dominiũ sine possessione, vel traditione quæritur.[i] Quartũ, q vẽditor fuerit dominus: alioquin dñium, quod nõ habet, trãsferre non potest. ff. de acqui. re. do. non est nouum. ff. de offi. procõsul. obseruare. §. fi. j. q. vij. Daybertum. extra, de dona. inter vi. & vxo. nuper. Hæc quatuor probãtur C. de proba. cùm res. ff. de pig. si superatus. & l. & quæ nondũ §. quod dicit. & j. de loca. §. nunc aliquis. ver. l. vj. ¶ Alios autem omnes contractus, ex quibus dominiũ transfertur, vt dotis, permutationis, & donationis, traditione interueniẽte, longum esset prosequi: vnde aduocatus sit cautus, vt inspiciat contractum, ex quo vult dicere clientulum dominum esse: & illũ prosequatur. ¶ 25 †Et in omni cõtractu oportet hæc duo saltẽ interuenire, videlicet q contractus præcedat, & traditio subsequat. Itẽ etiam prosequi omnes causas, ex quibus iure gentium sine contractu dominiũ acquiruntur, longum esset, licet & ille ad rei vẽdicationẽ pertineant. vnde & tunc aduocatus sit cautus, vt cõsyderet causam, ex qua vult dicere clientulũ dominũ, & an iure specificationis,[k] vel inuentionis, vel alio: & causam illam specialiter prosequat. Causas illas inuenies ff. de acqui. re. do. & Insti. de rerũ diui. vt prędixi. ¶ Itẽ etiam cõsydera, an res sit corporalis an incorporalis: cum possideri non possit: ergo nec vẽdicari: & an res illa sit singularis vel vniuersalis. quod dic vt j. de causa pos. & proprie. §. notandum. in positionibus.[l] Item vide vtrũ reus possideat id quod petitur, vel dolo desierit possidere. Super quo vide ff. de rei vẽ. is, q petitorio. In fi. ff. de inter.

---

a ¶ Bonæ fidei. Et ibi plene vide per Cy. quomodo veterẽ informare, est nouam formã, vel nouam qualitatẽ inducere. Et an informet actionẽ tantũ, an etiã obligationem. Et an semper informet actionẽ: & an sicut informat veterem obligationem sic informet liberationem.

b ¶ Vbert. vbi s. & adhuc durant eius verba.

c ¶ Hoc. Et vide qđ plenè dixi de re iu. di. cũ inter. ad fi.

d ¶ Fori vel loci. Vbert.

e ¶ Dixit. Castilla. li. iij. pe. col.

f ¶ Seruus. Ibi satis plene de hoc.

g ¶ Res. Hucusque h Vber.

h ¶ Enim. Ingredit verba Ros. de rei vẽdi. post princi.

i ¶ Quęritur. De quibus no. de consue. ca. ij. & C. de acqui. rer. pos. l. j.

ADDE q sit probandum in rei vendicatione, Lu. Roma. cons. cccxxiij. Adde ad id quod remittit hæc additio in principio, & in quibus casibus trãseat dominium sine possessio. Addedico Bald. in l. in suis. ff. de liber. & posthu. item Abb. Sicu. & Fel. in c. cũ aliquibus. extra, de re iudi.

k ¶ Specificationis. quæ est, cũ fit species de materia aliena. De hoc Insti. de rerum diui. §. cum ex aliena. ff. de acq. re. do. adeo. §. cum quis. cuius casum vide in rubri. de vi. & ho. cle. De inuentione habetur Instit. de rerum diui. §. thesauros. & §. item lapilli. sed ille §. non congruit, vt ibi not. sed facit ff. de acqui. re. do. nũquã. § thesaurus.

l ¶ Positionibus. super ver. cęterũ. vbi prosequitur verba Ros.

de inter. act. qui seruum. §. in iure. C. de ali. iu. mu. causa fac. l. vnica. ff. de rei ven. officiũ. & l. si autem. ff. de nox. electio. & j. versic. ꝙ si velis. ¶Qualiter autem agatur, procedatur & pronuncietur contra illum, qui cadit à possessione: vide infra de interro- 26 ga. §. si. ver. verum. & seq. ¶†Sed nunquid[a] is, qui tantum ciuiliter possidet, puta solo animo, potest conueniri rei vendicatione occasione talis possessionis? & videtur ꝙ sic. ff. de rei ven. officium. in fi. vbi indistinctè dicitur, quòd contra quemlibet habentem potestatem restituendæ rei potest intendi: & indefinita locutio æquipollet vniuersali[b]. xix. dist. in. si Romanorum ff. de serui. vrb. prædi. si seruitus. Talis enim bene habet facultatem restituendæ rei, puta propter amissionem. arg. ff. de acqui. pos. §. in amittenda nec est hoc præiudiciale ei qui naturaliter possidet, si nõ patiatur simpliciter illam causam agere: sed saluo iure suo. argu. ff. de re iudi. sæpe. extra, eo. quamuis. ff. qui. mo. pigno. vel 27 hypo. solu. si debitur. ¶†Quid autem iuris si conuentus rei vendicatione seu actione in rem: vel noxali, vel possessor pignoris, vel accusatus, negans se possidere, conuenitur, seu vanet vel debitum soluere sit paratus: vel ante litis contestationem exhiberet rei petitæ possessorem: vel ostendit seruum noxosum, vel cinmoosum. vide i. de actore. versicu. item eluditur. & seq. ¶Item si quis se vltro rei petitæ defensioni offerat: vide infra de in- 28 terroga. §. si. versi. hi quoque. & seq. ¶†Item quid iuris, cum species, vel quantitas, vel æstimatio petitur: nota infra de solu. §. pe. versi. ad huius. & seq.[c] Et nota quòd videtur dicere lex, ꝙ non potest in eodem libello intentari actio ad exhibendum, & rei vendicatio: vt C. de noxa. act. l. j. in prin. Nam actio ad exhibendum ordinaria est, & ideo in ea debet dari libellus. iij. q. ij. c. induciæ. §. offeratur. et causa, ex qua agatur, exprimi: vt C. ad exhiben. l. j. & lis contestari, iurari, & sententia ferri, et in litem iurari: vt ff. eodem, Iulianus. §. qui iurant. & de in lit. iur. in actionibus. in princip. Qualiter autem in ea libellus concipitur, vide infrà in tractatu libellorum in titul. de iudi. §. vlt. Verum consuetudo iudiciorum admittit, vt vtrunque in eodem libello intentetur: vt si dicatur.

29 FORMA. †Peto rẽ exhiberi. & debet dicere signa eius aboquin ei iuranti succurritur: vt ff. eodem. l. ij. & eam exhibitam vendico rei vendicatione. Vel sic.

FORMA Coram vobis &c. conqueror de Pe. qui iniuste detinet talem equum ad me iure dominij, vel quasi pertinentem. equus est pili nigri, coctus, vel signatus tali signo in tali parte: quare peto dictam equum mihi restitui: & cùm mea intersit dictum equũ mihi exhiberi, peto ipsum per dictum Pet. in iudicio exhiberi. Nec obstat præ. l. C. de noxa. quia debet ibi exponi vel pro &c.[d] Et forma positiones super hoc libello: vt infrà de causa poss. & propri. §. notandum igitur. versicu. aliæ. & de hoc vide in præ. §. vlt. de in. ¶Sed nunquid debet fieri exhibitio ante litis contestationem vel post coram testibus ipsius actoris? Dic vt nota. ll. eo. l. ij. secundũ Vbert. ¶Sed nunquid possunt simul in eodem libello peti restitutio & rescissoria, vel res metu perdita, & quadruplum. De hoc infrà in tractatu libellorum, de in integ. restitu. versicu. sed nunquid. & de his, quæ vi me. ve causa fiũt 30 prope princi. ¶†Quid si ago contra te rei vendicatione, & formo sic libellum?

FORMA. Peto à te talem rem, quam dico meam fuisse: nunquid valet talis petitio: & an hoc probato, præsumetur mea esse nunc, nisi contrarium probetur a te, qui eã tenes, & in me transfertur possessio?[e] Et videtur quòd debeam probare meam esse nunc: vt C. de probatio. ex persona. & no. ff. de lib. agno. l. antepenul. & de proba. l. iiij. & extra, de causa poss. & proprie. cum ecclesia §. partibus. ibi: vltimò & immediate, &c. Sed dic contra per l. C. de proba. siue possidetis.[e] & facit eodem titu. non epistolis & l. non nudis. & C. de testi. authen. si dicatur. & ff. finium regun. in finalibus. Secus in minore, qui non præsumitur modò minor, licet olim fuerit minor. Item secus in possessione, cùm & multæ aliæ sint differentiæ: vt ff. de acquiren. posses. si quis. §. differentia. secundùm 31 Alber. Papien. Vbert. verò de Bobio† dixit quòd si res est mobilis, non præsumitur modo possidere, licet quandoque possederit: quia vilis est & neglecta possessio. ff. de acquiren. posses. si rem. secus in immobili. Sed hec sententia non est vsquequaque vera. nam & si habeo fundum, & steti per xx. annos quòd non iui ad ipsum, nec habui iustam causam non eundi: videor possessionem ob meam negligentiam perdidisse: vt ff. de vsu. furto. §. no. & ff. de acquiren. pos. licet. tamen si tunc fructus percepi, non ideo possessionem videor perdidisse. Et hæc omnia vera sunt, cùm tractatur de mea vtilitate: si verò de incommodo, tunc præsumor modò possidere,[f] secundùm quod traditur C. ad exhiben. l. iij. nisi probetur me possidere desiisse sine dolo malo: quod fit eo ipso, quòd contrarium nõ probetur, secundùm quosdam. ff. de exce. rei iudi. si rem. ff. rem ra. hab. e. procurator. in princi. Alij dicunt quòd si possessio mea peruenit ad aliquem ex contractu, vel ex delicto: præsumitur hodie possidere, nisi probet se desiisse possidere sine dolo malo: vt C. de pigno. act. l. iij. Si verò aliter peruenit, tunc præsumitur possidere: sed absoluetur, si voluerit iurare se sine dolo desiisse possidere: argu. ff. de nox. quoties. § ait prætor.[g] ¶†Hoc quoque 32 non est prætereundum: quia si ago contra te rei vendicatione ad rem, quam dico me apud te deposuisse: tu verò negas, dicens me eam tibi commodasse: teneris ad restitutionem propter bonam fidem, et debeo vincere, nec refert qua actione agatur: vt ff. de pacti. cred. l. iij. nec mihi hoc casu incumbit probandi necessitas de depos. to. ff. de fideius. tutor. secundùm Azo. Iac. Bal.[h] ¶†Item scias ꝙ rei vendi- 33 catio tantùm domino competit: vt ff. de rei vendi. l. in rem actio. in princi. & C. eo. doce. Fallit tamen quandoque: vt C. de iure do. in rebus. & ff. eodem si sponsalibus. §. j. vbi mulier agit rei vendicatione pro rebus dotalibus: cum tamen eas viro traden-

a ¶Nunquid. Ros. est ver. quæri solet. vltra medium tituli.

b ¶Vniuersali. Impropriè fit hæc allegatio, cum suprà posuerit cõtra quelibet: & lex in fi. dicat ab omnibus, qui tenẽt &c. nec hanc allegationem fecit Ross. ꝙ dicit Azo. in Summa idẽ tenere. & sic est, vt ibi patet post prin. & idem tenet Accur. ff. eo. super rubri. & ponit exemplum in illo, qui dedit in feudum. Sed Ross. ad contrariũ allegat quòd habere facultatem restituendæ rei videtur respicere traditionem, quam iste facere non potest. Respondet quòd faciet quam potest illam dimittendo, & animo perdendo, vt sequitur. ¶ADDE quod Barto. in l. Pomponius. §. si is, qui precario. tenet indistincte, quòd siue habeat facultatem rei restituendę siue nõ possit cõueniri rei vendicatione, & hoc sequuntur ibi communiter doct. & Vincẽ. imò quãdo apparet conuentum rei vendicatione non habere facultatem rei restituendæ, valet iudicium intẽtatum cõtra eum. & finis huius iudicij est quòd si actor probet se dominum, & declaretur dominus, nocet victo, si vnquã possessio ad eum peruenerit. Et hoc probat text. secundùm Bar. quem dicit scribendum literis aureis in l. si à te. §. j. ff. de excep. rei iudic.

c ¶Et seq. §. repetitur ibi: vtrum.

d ¶Et. Ibi dicit vendicare, vel ad exhibendum agere nõ prohiberis.

e ¶Possidetis. Ibi in fin. Cy. recitat quęstionem de deponentibus in curia contra electum ꝙ electores semel fuerant excommunicati, an procederet positio.

f ¶Possidere. Ioan. de Bla. contra, secũ uerso, s. ꝙ in sui pręiudicium, qui possedit, non intelligatur possidere: in sui fauorem sic. hoc no. an tractatu de rei vendi. in fine.

g ¶Prætor. Ad materiã vide quod no. j. de per. & pos. §. j. ver. quid si peto.

h ¶Iac. Bal. vide infra de sen. pro la. §. qualiter. ver. quid si lis. & vide in quo differt hæc quæstio ab illa: quia hic vendicabat rem, quam se deposuisse dicebat penes reum: ibi simpliciter agebat depositi: sed probauit commodatum. Item hic reus confitetur commodatum: ibi actor id probat. & vide per hoc ꝙ isti duo ver. sed iste. plus facit pro Innocen. quod not. de iud. examinata. vt ibi scripsi in gl. dixit Inn. Petebat enim ille rem, quam dicebat ad se spectare iure dominij, & dominium probauit, licet actionem locari expressisset. cõtra eum facit infra ver. pe. & §. de teste. §. j. char pe. ver. sed pone ex. & vide quod ibi dixi. Verè in istis terminis summam æquitatem habet hæc solutio, scilicet cũ reus à princi. confitetur se debere quod petitur, sed ex alia causa: nec aliud proponit quo obstet actori. Hoc dico, quia si dicat, non deposuisti, sed commodasti: ante vsum completum repetere non potes. extra, de commod. c. vno. ff. eodem in commodato. §. sicut. tunc cessaret æquitas prædicta. & procedit dictum rei, quòd non procederet in deposito. extra, de deposi. bona fides. §. j. ff. eodem. l. j. §. est autem. & responsio illa recta esset, negans narrata, & dicens petita fieri non debere. ADDE ꝙ prædicta Ioan. An. sequitur Pau. de Castro in l. is, ad quẽ. ff. de acquirẽ. hæredit. & Alex. consilio cxx. j. libr. & Pau. de Cast. consi. ccvij. ¶Et quia titulo huic conuenit hæc materia, cuius satis trita est quæstio: retentis terminis agens depositi ad quãtitatẽ vel speciem lite contestata per negationẽ producit testes: ꝙ probant commodatũ quod sequi debeat condemnatio, videtur primò ex æquitate, quæ vult rem meam, quæ ad te peruenit mihi restitui. ff. si cert. petat. si & me. si suffragandum est cuique, vt consequatur quod suum est. ff. quod cum eo. l. j. & nota. ff. de eo quod cert. lo. l. j. in vltim. glo. Item sicut error causæ non impedit translationem dominij. ff. de acquiren. rerum domi. cùm in corpus. Sic error actionis non impedit sententiã, quin condẽnetur reus conuictus per probationes: cùm & iudex per sententiam dominium transfert: vt nota. Institut. quibus aliena. non licet. §. primo. nam & iudex contra naturam actionis fert sententiam. ff. de ædil. edict. bouem. §. aliquãdo. Hoc tamen solue vt scripsi de simonia. licet Heli. super finem glo. sic. s. Item constat illum esse debitorem ex numeratione, & traditione probans. & sic contracta fuit obligatio, ex qua mihi competit certi condictio. ex qua licet actio proposita fuerit inutilis, iniquum esset, condemnationem non sequi: cùm sæpe id, quod non valet vt agitur, valeat vt valere potest. extra, de desponsatione impuberum c. vno. libro sexto. ff. de pactis. si vnus. §. penul. nec refert quo genere actionis agatur. ff. de euictioni. si mancipium §. j.

¶Ad contrarium inducitur, quod suprà dixi, & ff. si pars hæred. pe. l. non possumus. & ff. iudi. sol. cùm quærebatur. vbi cautio in vna actione præstita non committitur, si alia actione agatur. Ad idem iura allegata in j. præ. ver. quid si lis. ff. de in ciur. si duo patroni. §. Iulianus. & prædic. decre. licet

Heli.& de re iudi.abbate.li.vj.per quæ iura multi tenent contra:qa deficit obligationis initiũ quo ad causam propositã. Allegant ff.de ac.& ob.l.quęcunq;.ff.de neg.gest.Pomponius.ij.& l.fideiuss.ff.de instito.l.habebat.& si mens.fal.mo.di.l.j.§.j.& volẽtes saluare dictũ Inn.dictũ illud procedere, qñ ab initio non fuit opposita ineptitudo libelli. quod intellige cũ patebat ex eius forma.

Cessat enim id, qñ ineptitudo apparet ex probationibus tantum. a

¶ Mihi placet dictum Inno.qui loquitur de petente rem iure dominij, & probat se dñm: qui licet submiserit actionẽ locati,obtinere debet ex causa sufficienti intentata & probata pone.in fi.melius.Qñ verò simpliciter petit rem per actionẽ depositi, & demũ probat cõmodatũ, vel locatũ: hic procedit opinio cõtraria,& iura ad illam partẽ inducta: nũc in defensiõe primi dicti oportet insistere. Assumo igitur illud cõtrariũ, quod h est vtilis in materia, & plenius specificat, scilicet decret. Abbate.per quam patet à ver.cæterũ. vsq; ad finẽ, q̃ vendicãs rem, vel illam petens iure dñij,nõ habet necesse exprimere causam.& concordã. ibi vide in glos.talis. Potest tamẽ exprimere,si vult·tunc habet necesse probare illam causam esse & fuisse verã tẽpore litis contestationis. & vt tibi scripsi super glo.pe. diuerso respectu, quandoq; vtilius est exprimere causam:quãdoq; vtilius non exprimere:ex primo autem patet, q̃ libellus Innoc. de quo §.perfectus erat sine adiunctione actionis.nam illa adiunctio, nec fuit, nec potuit esse causa dominij, vel illius petitionis, nec acquirendo nec in vtendo. Primum patet:quia non est de titulis enumeratis post titulum de acqui.re.do.ff.Secundum etiam patet:quia locatio fit à non domino. vnde conductor locat.ff.loca.l.nemo.Concluditur ergo q̃ adiectio fuit impertinens & inutilis.Sed nos habemus regulam in vj.quam inter regulas Legistæ non habent, Vtile per inutile vitiari. Item sumus in materia separabili:cum præcedens oratio libelli in se perfecta foret, vt dixi.Concluditur ergo dictum Inno.in suis terminis procedere.Fortificatur hoc per not. de consec.dist. iiij.si non sanctificatur.in princi.& recitatur de baptismo.c.j.vbi etiam in baptismo,si forma verborum congruatiam prolata,addantur aliqua verba,nihilò minus verum est baptisma.sic hoc in baptismo,fortius in libello.Facit ad prædicta cle.de præbend.c.j.primo responso.in fine.

do,in eum transtulit dominium:vt C.de pactis.traditiõib[a].De hoc tñ no.secũdũ quosdã in præd. l.in rebus.[a] ¶ Itẽ no.q̃ si misi pastorẽ meũ ad mõtana cũ ouibus meis & aliquis ei vnam vel plures, vel etiã oẽs auferat:possum ego eas vẽdicare. arg. C.de sacrosan.ecc.sancimus.j.prope prin.ibi:sacrorũ vasorũ custodes,&c.C.si per vim vel alio modo l.j.& ff.de dã.infec.cũ emptor.in fi.j.rñ. & xvj.q.j.in canonibus.prope fi.ibi:custodes chartarũ. Itẽ no.q̃ pastor tenet̃ de custodia:vt extra,de reg.iur. quãtus.ff.loca.qui mercedẽ.& vide infrà de loc.§. postq̃.ver.quid si locaui. ¶ Vtrũ simul peti possint res vel æstimatio,& qualiter ęstimatio peti potest.no.infrà de solu.§.sequit̃.ver.ad huius. & seq. ¶ Vtrum aũt petens ecclesiam, vel præpositurã, vel archidiaconatum, vel episcopatum, vel aliã dignitatem,etiam secularem, vel ius patronatus vel ciuitatem,vel castrum,aget rei vendicatione. vide 34 infrà de relig.do. ¶ †Illud verò no.dignũ est, q̃ si vis petere legatum tibi relictum,tres habes actiones,s.personalem actionem ex testamento,de qua infrà de testa.§.j.vers.& no.& rei vendicationẽ,& hypothecariam:de qua infrà de pig.§.j.vers. cæterum.& C.cõia de le.l.j.ver.rectius.& infra, de primo & secundo decre.§.vidẽdum.ver. sed nũquid. ¶ Sed quando hæc tibi cõpetunt? Rñ.rei vendicatio datur demum ab adita hæreditate, si species[b] fuit legata purè:vt ff.de pec.sed si dominum. §.sed & creditor.& ff.de leg.ij.legatum.& ff.de fur.à Titio. Item personalis demum ab adita hæreditate: quia hæres non est prius obligatus.Instit.de obli. quæ ex quasi contra.nas.§.hæres.& ff.ex qui.cau. in pos.ea.apud Iulianum.§.fi.& l.seq. Item etiam hypothecariam habes ab adita hæreditate, cum sit accessoria:vt ff.de pign.contra.& l.res. Nec potes vti simul personali & reali:vt ff. de lega.ij.cum filius.§.varus.sed personali & hypothecaria sic:vt argu.in authen.de fideius.§.sed neque.in fin. sinautem legatum fuit in genere:tunc non habes rei vendicationem,nisi demum facta optione:vt ff.ad exhiben.l.iij.§ sciendum. ¶ Et hoc verum est, quod habes personalem actionem, cum legatum est in 35 genere. ¶ †Quid si in specie? Non videtur q̃ tunc habeas personalem.ar.ff.vsufru.quemad.ca.l.fi.Sed potest dici cõtra.Nam sicut odio furum datur personalis actio contra eos,vt Instit.de act.§.sic itaq;. sic etiam in fauorem legatariorum pro recuperatiõe eorum,quę legata sunt in specie. Vel dic aliud esse stipulari rem suam dari sibi, & aliud restitui: & sic aliud est petere rem suam :et aliud petere sibi restitui:vt argumen.ff.de verbo. obliga.nemo. Vel dic quòd habes personalem actionem ratione possessionis:vt ff.de condi.inde.l.indebiti. §.j. vnde vtraq; locum habet,scilicet personalis & hypothecaria:sed non vbicunq; locum habet rei ven36 dicatio & hypothecaria locum habet. ¶ †Sed quãuis præmissis tribus modis peti possit legatum: potest etiam peti secundùm canones condictione ex canone,& officio episcopi.xvj.quæstio.j.commonere.xiij.quæstio.ij.vltimo.extra,de testa. nos quidem & c.si hæredes.& c.tua. ¶ Sed quid si quis legauit plures species alicui,& postea rem alij in genere:nunquid videntur res illæ obligatæ? Fortè non:quia per generale legatũ nõ derahit̃ speciali. 37 ff.de leg.iij.vxorẽ.§.felicissimo. ¶ †Sed quid si legauit nihi vsumfructũ cuiusdã rei:nũquid proprietas eiusdẽ rei erit obligata? Rñ.absurditas est, si sit mihi obligata:cũ nõ sit permista causa vsusfructus & proprietatis:vt ff.de acqui. pos.l.pe.secundum Vber. ¶ Qualiter aũt cõcipiet̃ libellus super cautiõibus hæreditarijs à legatario præstandis,vel ecõtra:dic vt infrà in trac.libel.in tit.de pig.§.sequit̃. ¶ Item quo iure,& qualiter, & qñ,& à quibus executores testamẽtorũ exigẽt legata,dicã j.de instru. editione.§.nunc verò aliqua.versi. sed quo iure & c seq.& præce. ¶ Quæ[c] aũt actio detur fideicõmissario ad petendũ hæreditatem sibi restitui, notat A38 zo in Summa,in titu.ad Trebel. ¶ †Quid si hæres erat creditor defuncti,& rogatus restituere hæreditatẽ eã restituit:quæritur quã actionẽ habet? Et dicunt quidã,q̃ habet vtiles,quas primò habebat directas:vt ff.ad Trebel.l.debitori.C.de iure delib. sancimus.§.in computatiõe.Sed H.dicit aditione hæreditatis eas extinctas.C.de pact debitor.C.de sol.Stichũ.& ideo dicit eas nõ restituẽdas: vt ff.de solu.qui res. §.areã.sed dat hæredi condictionem indebiti,quasi plus soluerit.ff.de hære.vel act. vendi.l.ij.§.pe.& ff.de condictio.inde.si is,qui. & ff.e. cũ hęres.& C.ad l.fal.in imponenda. Si verò hæres institutus erat debitor defuncti, & rogatus restituere hæreditatẽ,eam restituit,fideicommissarius aget contra eum actione ex testamento,quasi non d plenè restituerit. De hoc ff.ad Treb.[d] ita. & l.ita tae men.§.extra.[e] & facit ff.eo.debitor. ¶ †Sed quan39 do competunt actiones fideicommissario? Rñ.facta restitutione,non ante: vt ff.ad Treb.facta.& in præ.§.ex Treb.& l.si hæres.§.j.nisi in casibus, vt no.ff eo.Marcellus.§.res.C.communia de le. l.fin. §.fi. ¶ Quid si hæres rogatus est restituere hæreditatem primo, & primus secundo : hæres restituit primo,& primus secundo:nunquid vtiles actiões remanent penes fideicommissarium sicut directæ remanent penes hæredem, adeò vt si quis soluat primo fideicom.sit liberatus? De hoc C.ad Treb.l. f pe.& [f] ff.eo.ex asse.in fi. ¶ Vtrũ autem restitutiõe facta in vna reintelligatur in omnibus facta? Rñ. g sic.vt no.ff.eo.restituta.[g] ¶ Item an procuratori fideicommissarij possit fieri restitutio:no.ff. eo.qui 40 ita.§.j. ¶ †Quid si velis intentare Publicianam[h]? vih de si habes causam,ex qua competat. Super quo vide ff.de pub.l.j.& l quæcunq;. & per totum. & j.in tractatu libellorum in titu. de causa possess.& proprie.§.nunc dicendum.& s.ver.item not.q̃ si. & seq. Consydera etiam an is,qui conuenit̃, possideat,sicut dixi s.ver. si autem velis.& j.§. proxi.ff. eo.eum qui.§.Publiciana q̃ si possideat, vide si sit directè dominus, vel emphyteuta, vel vasallus,vel superficiarius: vide etiam ius tuum & aduersarij.super quo vide ff.eodem suum.§.ij.& l.ij.& l.in rem. & ff.si ager vec.vel emphy.pe.& ff.de superfi.per totũ.& ff. de dam.infecto.l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de rei vendicatione in speciali.& l.sequen. 41 ¶ †Et no.[i] quinq; esse necessaria ad hoc, vt compei tat Publiciana. Primum, quod habeat iustum titulum

ADDE q̃ Abbas in c.examinata.dicit q̃ de rigore iuris,cõtrarium eius, quod voluit Inn.est verũ.l.j.C.si mens.fal.mo.di.& ita dicit tenere Hosti. sed de æquitate teneret opi.Inn.quã etiã tenẽt Bar.Bal.Rapha. & Pau.de Cas.in l.j.ff.de edẽ.& Iasi.in l.ita stipulatus.§.Chrisogonus.de verb.oblig. Ro.tñ.cõsi.cccxlvj.inci.primus præpositæ quæstionis articulus dicitur sentire opi.cõtrariã breuibus verbis.& pro cõi opin. facit gl.in l.vinũ.ff.si certũ pe.& qd voluit idẽ Ro.cõs.cccxcvij.s.q̃ vbi alias citatio nõ est necessaria,si illa fiat non rite,non vitiatur actus. Faciunt quæ volunt doct. in l.si stipuler.§.fi.de ver.obliga.

ADDE tu,q̃ licet in petitione seu libello viderentur aliqua superflua, propter hoc non vitiatur.rñdet Bald.in l.Gallus.§.quidã recte.in j.col.ff.de liberis & posthu. Adde etiã q̃ cũ exprimet̃ in libello, dũmodo inferat ad cõclusionẽ Bal.in l.Gallus.§.quidã recte.in iiij.col.ff. de libe.& posthu. Itẽ facit ad suprà dicta per Io.An. q̃ si libellus ex vna parte est ineptus, ex altera verò aptus, proced̃ sup pte apta, reiecta atq; remota inepta. Hostiẽ.in c.ad dissoluendũ, de despõ.impu.extra, Lap. allega. lv. in iiij.col.Abb. Sicul. in dicto c.ad dissoluendũ.vnde si ineptitudo non attenditur,multò minus superfluitas,&c.

¶ Rebus. Vide ibi tres lecturas in gl. contra.

b ¶ Species.sup.quę erat legantis.

c ¶ Quæ. Hic incipiunt verba Alber. Gal.titu. de quarta Trebel.vsq; ad versicu.q̃ siue hs.

ADDE quomodo formetur libellus cùm fideicommissarius vult auocare alienata, Paul. de Castro consi. x.

d ¶ Trebel. Et vide infrà de iudi.§.j.

e ¶ Trebel. Vt dixit Alber.Gal.ibi istæ duæ quæstiones no.

f ¶ Et.Suple plenius vt dixit etiam Alber.Gal.

g ¶ Restituta.in iij.glo.

h ¶ Publicianam.Hic redit ad verba Vber.de Bobi.ad quæ interposuit vltra duas columnas.

i ¶ Et no.Hæc quinq; no. Accur.Instit.de act.§.aliæ.in gloss.& sic videtur. Scias q̃ Rofr. vbi de Publiciana tractat,aliter prosequitur quinq;, quæ dicit necessaria,& illa plenè.Ponit enim pro primo & vnico tertiũ & quartum,quæ hic sunt coniunct̃ allegat ff. eodem titulo.eum qui. §. prætor. & §.Publicianam.& l.sequenti.Secundum quod res sit talis, quæ possit

vsucapi vel praescri bi, dans regulam q res nõ vsucapibilis, nec praescriptibilis nõ cadit in Publicianã: & ecõuerso, omne vsucapibile & pscriptibile traditũ tit. à non domino petitur per Publicianã. alle. ff. eo. cũ qui. §. si. & l. fine. § hęc actio. ponit quatuor casus exceptos, in quibus in casu non vsucapibili procedit Publiciana. Tertium, q intercedat causa iusta trãsferẽdi dominium, si fieret à domino. ff. eodem. quęcunq; in prin. Quartũ, q res sit talis, quę alienari possit eodẽ ti. cũm spõsus. §. si res. Fallit in re seruitus, quae alienari potest: & tamẽ nõ datur Publiciana. eo. ti. fine. §. hęc actio. Quintum, q fiat traditio ff. eod. ti. l. j. in fi. In casibus. eod. l. ij. & iij. An verò requiratur vacua possessio, dicam de causa pos. §. nunc videndũ ver. si verò dubitet. vbi etiam plene prosequar haec quinq; nõ esse necessaria ĩ omni specie Publicianae.

ADDE quae necessaria sint ad hoc vt competat Publiciana, Ron. consi. cccexxiiij. Et an publiciana detur contra titulo possidentẽ, vide Alex. cõsi. xc. ij. li. Et an agẽs Publiciana debeat habere titulum & vacuum possessionẽ per Alex. consi. xlviij lib. Et quid debeat deduci in publiciana, per eũdem consi. xc. ij. li.

ADDITIO.

¶ Et cui competat Publiciana, & quae requirãtur ad eam intentandam, tradit late Phi. Corne. consi. cx. In iudicio in ij. vol. Bal. consi. cccclxxxvj. incip. quidam dominus. in j. volu. Et an Publiciana competat ecclesiae in bonis possessis ab eo, qui se & sua offert ecclesiae, vide Socin. consi. q. incip. visis duobus. col. q. vers.

a tum. Secundum, q fiat ex eo traditio: vt ff. de publi. l. j. Tertium & quartũ, q tempore venditionis & traditionis[a] habeant bonã fidem, quod pręsumo, nisi probetur mala. ff. de prob. verius. Quintum, q à nõ domino tradatur, quod semper praesumo: vt no. ff. de pub. l. j. ¶ Caeterum, si tu aduocate actoris vis hypothecariam intentare, cõsidera ius tuum, & ius possidentis rẽ. vide ff. de pig. si superans. & l. si fundus. §. in vẽditione. & per totũ. Et caue ne possidens potiora iura habeat. Super quo vide ff. & C. qui po. in pig. ha. & cùm ages hypothecaria, debes petere in libello vt debitor, vel soluat debitũ, vel pignus cedat, & dimittat, vel restituat: vt C. si vnus ex pluribus haer. cre. vel debi. l. ij. in fin. & in prae. §. in vẽdicatione. Sed melius est, q primò restituat id, quod est in obligatione:

42 ¶ Quia verba trãsposita idem significãt ff. de peculio. quidam. & argu. extra, de rescripti. causam quae. extra, de verb. sig. nihil. Secũdò verò debitũ soluat: vt ff. de pig. si inter. §. fin. & quasi per totũ. & in praed. l. ius aliud est. quia ibi ille erat saltẽ de parte obligatus, secũdùm Vber. Vel cõcipitur libellus: vt j. de pig. §. ver. caeterũ. ¶ Quo autẽ tẽpore hypothecaria tollitur, no. j. in trac. li. in ti. de praescr. verb. sed de hypothecaria. & seq. De hypothecaria vide plenius j. de solutio. §. j. ¶ Qualiter autem cõcipitur libellus super cõsti. ob aes alienu. no. j. de pig. § j. vers. item cùm ob aes. Verũ si velis agere personali, vide vnde sit reus obligatus: quia personalis actio nõ nascitur, nisi ex delicto, vel quasi: vel ex cõtractu, vel quasi. quędam etiam ex varijs figuris causarũ. ff. de ac. & ob. l. j. & l. ex maleficijs. & §. actio. Inst. de ob. & ĩ. ver. sed quã eliget.

43 b ¶ † Super his autẽ generalem do[b] tibi doctrinã: nam si habes certã actionẽ ex delicto; illam propone. Si verò non habes certam, nec habere potes, & constat de delicto commisso: de rigore juris agẽdum est actione de dolo: vt ff. de dolo. l. j. & per totum. ff de cri. stel. l. ij. extra de praesump. c. j. Si autẽ constat de rigore iuris non esse commissum: aequitas tamẽ scripta suadet dandam actionẽ: agatur actione in factũ: vt ff. de praescr. verb. quia. & l. quoties. C. de sacrosanc. ecc. l. sancimus. & hoc si vis agere de dolo extra cõtractum vel quasi cõmisso. Si autẽ de cõmisso in contractu distingue: quia aut fuit promissum de dolo nõ adhibẽdo: & tũc ex promissione agitur. Si verò non fuit promissum: distingue in quo negotio fuerit cõmissus dolus, & qualiter: vt ff de dolo. eleganter. §. non solùm. ff. de excep. ita demũ. ff. de verbo. ob. si seruum. respõ. j. & l. j. & l. videamus. aliàs incipit, Iulianus. §. vno. ff. de sol. & etiam l. qui sibi. §. j. & ff. de lega. j. huius. § iij. ¶ Si verò velis ex contractu agere, & habes certam actionem, eam propone. Si autem nõ habes certam, nec ab aliquo perito potest haberi facta inuestigatione subtili, si constet dandam de rigore iuris, agas directa praescriptis ver. vt ff. de exer. ac. l. j. ff. de praescr. verb. l. j. & ij. & ad haec. ff. de acqui. rer. do. locus. ff. de rebus dubijs. si fuerit. in fi. si de aequitate est danda, age vtili. ff. de dolo. si oleum. ¶ Porrò si vis ex edictis praetorum agere; si certa datur actio, illam intenta. alioquin in factum. ff. nautę cau. stabu. l. j. Item si mens & verba praetoris dantur tibi, proponas directam, si deficiunt verba, & mens scripta succedit: locũ habet vtilis. ff. de iurisd. om. iud. si quis. Si autẽ deficiant verba & mens, sed mens mentis inuenitur secũdùm subtilitatẽ iuris: ff. vtiliter agẽdũ secundùm Vber. ff. de neg. ges. ait praetor. §. pe. Sed si deficiũt verba mẽs, & mẽs & mẽtis ratione ne inuenias actionẽ de bursa tua. ff. so. ma. si verò quasi in fi.

c ¶ Sed & si vis actionem vniuersalẽ, puta petitionẽ haereditatis intẽtare, vide vnde tibi delata est hęreditas ex testamẽto, vel ab intestato. Item vide vtrũ directè, vel per fideicõmissum, & an iure ciuili vel praetorio: & sic scies an debeas intẽtare directã, vel vtilem ex parte tua, & vide ff. de pet. haere. l. j. & ij. ff. de possessoris haere. pe. & ff. de fidei com. per totũ. Sed nõ sufficit hic tibi scire factum tuum: imò oportet quòd etiam scias, an is, quem vis conuenire, possideat, & qualiter: vt si possideat sine titulo, conuenias eum directa: si cum titulo, in casibus cõuenias eum vtili: ideoq; tu interroga vtrũ possideat, & qualiter, priusquã libellũ offeras, vel a saltem ante litis cõtestationem. quae dic vt j. de interrog. & C. de peti. haere. cogi. & ff. de peti. hęredi. regulariter. & l. ij. & seq. titu. ¶ In hoc autẽ caue, si vis intentare vtilem, vt non intentes simpliciter petitionem haereditatis: quia simpliciter intentando videris intẽtare directam. & idem forte est in alijs b actionibus. ff. de peti. haerd. nec vllã. §. si qui sciẽs.

c ¶ Qualiter autẽ in vniuersalibus, vel generalibus, vel specialibus vel cõmunibus iudicijs libellus concipiatur, vide j. in tract. libel. in titu. de iudicijs. §. j. ij. & iij. d

44 ¶ † Et nota quòd quatuor sunt vniuersales actiones, s. petitio haeredi. s. famil. ercis. actio ex testamento, quae datur vniuersitati per Trebel. restituta: actio ex empto, quae datur quoties tota haereditas emitur.[d] ¶ Si verũ vis vniuersale iudiciũ diuisorium intentare, puta famil. ercis. cõsidera in ea, quae iam dixi in petitio. haeredi. consideranda, s. vt scias an habeas directũ iudicium, vel vtile. nam generaliter quod facit petitio haereditatis in petẽtibus, id facit iudiciũ familia erciscundae in diuidendo, secundùm magis & minus: & alter. ff. de peti. haere. sed & si lege. §. pe. ff. si pars haered. peta. nõ possit e anus. ff. famil. ercisc. l. j. & ij. & l. propter speciẽ. in fi. & l. si ex asse. & l. fundus. Respon. j. In hoc quoq; cautus sis, vt hoc iudiciũ non intentes, si nõ possides, quia negaret te cohęredẽ, & sic deficeres. sed si f possides, hanc exceptionẽ timere noli. ff. e l. j Si aũt velis intentare cõmuni diuidũdo, vide si habes directũ dominiũ: & si habes, illud intenta. Si verò habes vtile, vel aliquod ius, intenta vtile. & intentatur vtile pro rebus, quae fuerunt cõmunes, sed non sunt nunc. ff. cõmuni diuid. l. j. & ij. & per l. hoc. & l. quis putans. & l. communi. & l. in summa.[e] ¶ † Et g

45 nota[f] q iudicium aliud vniuersale: vt peti. haered. vt s. verũ. sed & si vis ac. sed cõtra no. extra, de causa pos. cum ecclesia. in glo. hoc sumptũ. vbi petitio haereditatis vocatur generale iudiciũ.[g] ¶ Aliud generale: vt negotiorũ gestorũ, tutelae, pro socio, & h huiusmodi. Aliud speciale, s. rei vendicatio: quia ibi agitur ad certũ rem, vel speciẽ: & in ea veniunt fructus, & huiusmodi. ff. de re iudi. Paulus. De hoc in- l fra de iudi. in prin. & s. in prin. & in pluribus versi. ¶ Differunt aũt vniuersale & generale. nam in vniuersali, licet sit actum ad certam speciẽ: nihilò minus venit omne id, quod tempore sentẽtiae inuenitur possidere. ff. de peti. haered. l. ij. & l. si quo tempor. & l. item ve. §. si quis. In generali verò, si actũ sit ad vnã speciem tantũ, non venit quod alia specie continetur: vt si actum sit super administratione: sed non venit, nisi quod in ea continetur. C. de iudic. licet. ff. communi diuid. iudiciũ. ¶ † Item vtilis actio est, quae competit pro haereditate, quae est k vniuersum ius, quod defunctus habuit. ff. de verb. signifi. hęreditas. Omnes enim actiões vniuersales gratia haereditatis competũt.

h [h] generalis verò est, quae plura sub se cõtinet capitula, puta administrationem panis, salis, vini & olei, & huiusmodi. nõ tñ continet vniuersum ius, quod defunctus habuit. Saepe enim euenit, vt non omnia paterna ad filius deueniant. Item in generalibus actionibus, &c. exprimunt, & res etiã generaliter petunt: sed in processu causae specificantur. ar. C. de iudi. l. licet. quod nõ est in vniuersalib⁹, vt s. in prin. huius §. Et scias, q tutor, qui gessit, tenet directa: qui verò nõ gessit, vtili, qui solum fecit inuentariũ, dic vt j. in tit. de instru. edi. §. edicto. versic. sed cùm tutor. ¶ Sed i quae est differentia[i] inter vtiles actiones & generales & speciales? Respon. in vniuersalibus vniuersaliter concipitur libellus, & vniuersaliter fert sententia, nec cogit quis res exprimere. ff. de peti. hęre. non possumus. In generalibus generaliter libellus concipit, sed lite cõtestata res exprimunt: vt j. in prę. l. licet. extra, de ce iud. abbate. In specialibus res ex

47 primũtur in libello. ff. de rei vend. si in rẽ. ¶ † Quid si peto quicquid habes, & possides in tali villa?

k Dic quòd valet talis petitio: quia interest[k] inter speciale dictũ & generale: vt ff. de aedi. edic. itaq;.

item probatur. in iij vol. Hen. Ferran.

¶ Et tradiderit. Tempore quo experitur, non tali s nulli cõpeteret Publiciana. Ros. vbi s. proximè.

¶ Do. Verbum Vber. vbi s.

¶ In fine. Ad literã sic dicit Vber.

¶ Emitur. Versicu. iste non fuit Vber. sed Ros. hoc posuerat plenius Innoc. de offic. ordi. cum quęrente. quod vide de lib. obl. c. ij. super j. gl. vbi post eum scripsi, q petitio iuriũ episcopalium generalis est, non vniuersalis.

¶ In summa. Secũdùm Vber. quem interdicit vsque ad ver. ad hoc.

¶ Et not. Quòd in princi. huius § vocauit actionem, vel petitionem: hic vocat iudicium. & ibi dixi vbi tracta. hic Ros.

¶ Iudicium. Respõde per suppletiuã ibi dicit. de generalibus suppleas & vniuersalibus.

¶ Competunt. Patet s. proxi. tertio versi.

¶ Differentia. Continuare debuit finẽ quaestionis cũ ver. proxi. de hoc tractasset Ros. etiam rubr. xxij. & Guli. Augl. vbi s. in principi. solum querebãt de vniuersali & generali: cùm videretur simonia.

¶ Interest. Quo ad declarationẽ fiendam: vt suprà.

ADDE Bar. in l. Titia. ff. de leg. ij. & Abbas in cap. ij. de verb. ob. & Alexã. consil. clxxxiiij. ij. libro.

&l.seq.ff.de euic.serui venditor.ff.de ope.no.nũc.
de popillo.§.qui nunciat.extra, de fid.instr.inter
dilectos.in prin.& vide quod not.de relig.do.§.
ad hoc.[a] si vis intentare actionem in rem scriptam,
vt quod metus causa,& similes:vide vnde tibi cõ-
petat,vt quo metu vis agere,an commissũ ex edi-
cto,an per interpretationem,an per constitutionẽ,
an per iudicis officium. super quo vide C.de trãs-
act.interpositas.ff.quod met.cau.l.fin.ff.de var.&
extraor.cog.medicus.& hoc plenè prosequere: vt
j.in trac.de lib.in ti.quod me.causa.¶Quid si velis
intẽtare negatoriam vel cõfessoriam, vide j.de iu-
48 di.§.in cõfessoria.¶†Rursus,si vis agere aliquo in-
terdicto:attẽde an agas directo,vel vtili,vt iam di-
xi,& vide[b] totũ tit.vnde oritur:nec sufficit primã
legem legere:vt ff.de legibus.inciuile.xxxix.dist.
c.j.quia sub vno ti.sæpe plura interdicta cõtinẽtur,
& diuerso modo posita:vt patet ff.de iti.actuque
priua.& de aqua quoti.& æsti.per totum.Itẽ cõsi-
dera quare certum est, q effectus interdictorũ re-
mãsit,licet de nominibus sublatis dubiũ sit.Quod
autẽ actio in factum loco cuiuslibet interdicti sit
subrogata,certum est: vt Insti.de interdictis.§.fin.
igitur eam intenta,faciens mentionem interdicti,
loco cuius proponitur.Quod vide in formis libel
lorum super interdictis j.in trac.libellorũ, in tit.de
causa pos.& proprie.& de rest.spo.Item conside
ra,an interdictũ proditũ sit in possessione vel quasi,
Insti.de interdi.in prin.ff.de excep.rei iud.& an
eadem.in fin.ff.de rei vend.is,qui.Quædam etiam
prodita sunt specialiter super proprietate:& in his
oportet etiam circa probationẽ vigilare.ff.de inter
di.l.j.&l.ij.& no.ff.de iti.actuq; priua.vnde.§.re-
ficiendi.Hanc materiam prosequere vt j.de pe.&
49 possessorio.¶†Sed & vbi iura dant suadent actio-
nes,non tamẽ dant specialem : locũ habet actio in
factũ:vt j.de causa pos.& proprie.§.notãdum igi-
tur.vers.item iura.& cõcipias tunc libellum,prout
sibi dicitur.¶Breuiter ergo scias,[c] q actio in factũ
alia generalis,alia specialis, alia generalissima.Ge-
neralis locũ habet in tribus cõtractibus innomina
tis,s.do vt des:do,vt facias:& facio,vt facias:nã in
quarto,s.facio,vt des:locũ habet actio de dolo:vt
ff.de præscr.verb.natura.habet etiam locum in pa-
ctis in traditionibus appositis:vt ff.de pac.in tra-
ditionibus.& ff.de pac.inter empto.& ven.l.ij.Itẽ
& quãdocunq; dubitatur de actione circa cõtra-
ctũ: vt ff.de præscr.verb.l.ij.¶Est & specialis actio
in factũ,vt actio in factũ subsidiaria legis Aquiliæ:
cùm datur damnũ de non corpore in non corpus:
vt Insti.ad l.Aqui.in fi.de qua habetur j.de iniu.§.
sequitur.vers.& quandoq; à corpore.& seq.Gene
ralissima est, quæ datur loco cuiuslibet interdicti:
vt s.versi.proximo.¶Item ex quolibet edicto,ex
quo certa actio nõ est prodita,vel edita:vt ff.de eo,
per quẽ factum est.l.fi.Item vbicunq; æquitas est
actionẽ dari:vt C.de sac.sanc.eccl.l.sancimus. De
hac enim prætoria ibi loquitur secũdum Odof.li-
cet alij dicãt ibi loqui de actione in factũ ciuili,per
l.ff.de præscri.verb.l.j.¶Si autẽ velis recurrere ad
condictionẽ: ex lege,de qua habes j.de so.§.si.in fi.
inuenies causam multiplicẽ, s.ex lege imperiali &
ciuili & municipali,& ex moribus nõ scriptis , &
50 ex iure canonico & diuino.¶†Sed quomodo co-
gnosces,quãdo cõdictione ex lege sit agẽdũ prædi
ctis modis? Rñd.[d] Cõsidera si lege ciuili vel impe-
riali inducitur obligatio imposita necessitate alicui
priuato:nec est dictũ quo iure debeat explicari,tũc
enim agẽdum est cõdictione ex illa lege, maximè
si in eadẽ lege dicitur lege nostra, vel nostræ legis
authoritate hoc fiat:vel æquipollens:vt ff.de cõdi.
ex lege.l.vnica.ff.ad l.Iul.de adul.quod ex his.C.de
peti.hæred.l.fina.C.fin.regun.si constiterit.C.de
lustra.l.vnica.C.de iur.delib.l.fi.C.vnde vi.in cõ-
sti.ibi ponitur.C.de do.si quis.arg.in.q.j.redinte-
grãda.& in pluribus alijs.Sed si dirigantur verba
aduersũ,vt ipse teneatur facere,cõsidera diligẽter,
an sit agẽdum iudicis officio:vt no.C.de edic.diui
Adri.tol.l.fi.¶Quod autẽ dixi de lege imperiali
vel ciuili:idẽ intellige de municipali. De cõdictio-
ne vero ex moribus nõ scriptis dixi,puta circa feudũ, & alias causas, qui-
bus iure scripto non vtimur,sed ex moribus agitur .ff.de leg.& senatusc.
de quibus.& j.dist.consuetudo.& §.seq.& c.cuius generale.& c.mos an-
tem.Itẽ de cõdictione ex iure canonico & iure diuino:dixi propter mu-
nera & vsuras,& similia.x.di.c.j.ij.q.iij.Esthemium.§.hinc colligitur.ex-
tra,de vsur.per totũ.& spoliatus repetit sua per cõdictionem ex canone,
redintegrãda.vt s.§.proxi.in fi.¶†Sed videtur,q vsuræ possunt peti per
cõdictionẽ simpliciter:nã omnis vsura indebita est iure canonico & diui-
no & ciuili: vt xlvj.dist.sicut nõ suo.extra,de vsur.quoniam.& c.cõsuluit.
in aut.de ecclesia.titu.Ergo patet q per condictionẽ indebiti repeti pos-
sit,sicut & iure ciuili repetebatur:quod erat vltra licitũ modum.ff.de cõ-
di.inde.si non sortẽ.in prin.Nam hodie nulla est, quæ nõ sit vltra licitum
modum:vt in præd.cõcor.non tamẽ consulo,q te astẽs ad condictionẽ
indebiti:sed petas,vt patet j.in trac.li.in tit.de vsuris.¶†Si verò negotiũ,
quod proponitur,tale est,q ex eo non detur actio ,sed quasi actio, iudi-
cis officium:age ipso officio , & illo vtere agendo excipiendo & replicã
do,quæ dic vt s.de off.iud.[e] In summa no.tu aduocate actoris:nam debes
attendere diligenter,an is,qui alieno nomine est in iudicio,sit tutor,vel cu-
rator,vel actor,vel administrator personæ,vel vniuersitatis : & sis instru-
ctus in proponenda actione vtili,nõ directa.s.versi.sed & si vis.& ver.&
no.q econuerso aduocatus rei cõsideret,si est directa proposita & nõ vti-
lis:vterq; circa hoc videat.ff. quod cu. vni.no.l.fi.de cõsti. pec.l.eum qui.
§.pen.ff.de admi.tut.quot.in prin.ff.quando ex fac.tu.l.ij.& C.eo.per to-
tum.& C.arb.tu.l.ij.ff.de euic.illud.§.vna.vt cùm debuerit proponere di
rectam actionẽ,illam proponat. Cùm verò vtilem,illam etiam proponat:
alioquin reus absoluetur ab inepta petitione:vt ff.si mens.fal.mo.di.l.j.§.
j.extra,de iud.examinata.Et iudex causam absolutionis in sententia inse-
rat:vt infra de sent.§.qualiter. versi. verum,si rationes.Sed licet sit absolu-
tus:nihilominus pòterit post acta proponi,vt in ead.decre.& ff.de pig.
53 grege.§.si sub conditione.& de redhibi.l.omnem.§.pen.¶†Quid si pro-
posuit vtilem,cùm debuit directam proponere,vel ecõtra:[f] nunquid va-
let talis petitio? Videtur q sic.argu.ff.de nego.gest.l.antepe.Sed dic con-
FORMA. Titius pręco seu nūcius cōmuni Viterbij, retulit se de mādato talis iudicis ad petitionē Seij tutoris Bertę pupillæ filiæ quondā P. pręconia voce clamasse in palatio cōmunis Viterbij, necnō in cōtrata pupillę eiusdē, q cùm dom' eiusdem pupillę in tali cōtrata sit, an necessariò habeat distrahi: & ex ea possit haberi pretiū cētū librarū: si qs eā emere, & plus dicto pretio dare vult, hinc ad talē diē cōpareat corā dicto iudice. nam plus offerēti dabitur. ar. C. lib.x. de fide instru.& iure hastæ fis.l.si. infrà de primo & secūdo decre.§.nūc dicam'.ver.sed qualiter. 13 ¶ †Et nota secūdùm Vber. & Io.de Deo. f q minores ordinarij & delegati à principe in minoribus causis, citāt per edicta. g qd nō est in vsu: & per nūcium vel simplicē epistolā, quod frequētatur. Pedanei verò & delegati ab alio quam à Principe, duobus posterioribus modis tātum: qa corā eis & in paruis causis nō debet nimia solēnitas obseruari. C. de iudic.sancimus. in fi. C.quomodo & quādo iud.in aut.q semel.ff.de peti.hęredi.itē veniūt.§.cùm autem. & §.seq.v.q. ij. presenti. & §.fin. Quidā tamē dicūt pedaneum vel delegatū à iudice, nō per nūcium, sed per scripsos citare posse. alij cōtra, per prędictā l.sancimus.in fi. h & ff.ne quis eum, qui in ius voca.est, vi exi.l.iij. §. si quis ad. nō enim iudex debet ire ad litigatores, vel eos citare. C. de epis.& cler.iubemus.in fi.ff.qs or.in bo.pos.ser.l.ij.§.in bonorū. i Vnde cùm Lotharius & Azo essent delegati in quadā causa, dicit Lotharius, eamus ad domū rei, qa nō debemus citare per nūcium, sed requirere tātum pr ę.l.sancimus. Azo respōdit, imò possumus bene requirere: id est, nūcium mittere. Nā & arbiter citare potest per nūcium vel epistolā: vt ff.de arbi.l.diē proferre.in princi.& l.sed & si interpellatur. vnde & nos hoc possumus. ff.de reg.iur.ait pretor.in prin. Nec obstat pr ę.l.sancimus. quę loqtur de minoribus iudicibus, q non citāt per edicta, sed per nūcium bene. Azo tamē fecit ei gratiā, & iuit cum eo ad reū, q erat quędā pulcherrima domicella. k Cùm verò agitur de maioribus causis ciuilib' & criminalib', cum maiori solennitate debet fieri citatio, s.trinis edictis cōtinētib' xxx. dies: vel vno perēptoriè p omnibus. xxiiij.q.iij.de illicita. qd dic vt s.§.nunc de tēporū. Citatio aūt pdicta olim hoc modo fiebat: Si qs enim corā ptore vel ordinario l de aliquo cōquerebatur, Pretor in albo, qd erat quidā locus in muro palatij dealbatus, m faciebat tale edictum scribi, Talis cōpareat die tali ad respōdendū tali, in qstione tali: Hoc probatur ff.de iur.om.iudi. si qs in prin.& t.de do.& con.§.restat. Hodie autē hęc edicta nō fiūt: sed de cōsuetudine fiunt citationes per pręconem vel nunciū: vt in pr ę.aut.q semel. & ff.de iudi.ad perēptoriū. & duabus legibus sequēti. & in pr ę.c.de illicita. & s.e.§.propè principium. 14 ¶ †Illud autē nota q citatio faciēda est ad actoris instantiā.in aut.de mā.princ.C.e.permittēte. n extra, de accu.licet.extra, de deci.dudū. Itē hoc ordine faciēda est: Sēper enim est citādus qs si inueniatur. iiij. q.v. qsquis. extra, q ma.accu.pos.ca. j. extra, de ro q mit.in pos.causa rei ser.c.fin. q si nō reperiatur, citatur pcurator, si quē dimisit: quē tenet dimittere, q se intēdit absentare, maximè postquā est citatus

a ¶ Gos. In prę.c.prudētiam. vbi scripsi super ij.glo.& ibi etiam de Innocē. quod sequitur.

b ¶ Amputetur. Secūdùm Ægid. sua rub.iij. vnde dicebat Rofre. vbi tractat de edicto, si qs in ius vo.non ie. vt illi edicto sit loc', sex fore necessaria: quorum secūdum ponit. q de mandato iudicis fuerit facta vocatio vel citatio: quod dixit se dicere propter malos nuncios, qui sine mandato vocant interdum. Et nota, quia per hoc & id, quod j. sequitur, reprobatur, quod in multis foris seruatur, quod præceptum nuncio factum de citando non scribitur, sed dum scribitur citationis relatio, dicitur: Retulit talis nuncius se de mādato iudicis, citasse talē &c. cùm tamen ipsius officium non sit circa mandatum, sed circa executionē mādati. & vide quod scripsi de probatio. quoniam contra. super ver. citationes.

ADDE Rom. idem tenētem cōs. cccxcvij.

c ¶ Debebit. Pręcedere vel saltem inserere debuerat iuramentum, s. quomodo instituerat illum nuncium ad citationes in tali causa faciēdas: qui nūcius iurauit corporaliter libro tacto, omnes ambasiatas & citationes sibi impositas vel imponendas fideliter facere & referre.

d ¶ Relationis. Hāc & duas sequentes habuit à Rolandino, libro ix. vltra medium.

e ¶ Semel. Et ideo vbi certa persona requiritur, nō sufficit pactio, vt ibi: sed quando generalis est citatio, vt hic, oportet fieri per præconem.

f ¶ Ioan. de Deo. ambo vbi s. l prin.

¶ Edicta. Alij delegati non, vt scripsi de fo.compe. si quis contra. super glo. hoc ideo.

¶ In fin. ista l. facit cōtra. sed ibi respōdetur in vlt. glo.

¶ Bonorum. secūdùm Alber. Ga. vbi s.

¶ Domicella. Ab Odo. habuit hoc, vt etiā refert Cy. in l. sancimus.

¶ Ordinario. Vel delegato principis, in in prin. huius ver. & forsan habebant olim loca deputata ad id, vel in domib' suis ponebant album.

¶ Dealbatus. Et tam amplius quod omnium citationū capax erat: vel lapso termino delebatur: vt no. i aut. qui semel. & in corpore vnde sumpta est, de liti.§.omnē. Item lex, si quis. j. allegata, loquitur de alio albo in quo scribebantur citationes & generalia edicta. Erat & tertium album, locus scilicet dealbatus, quo scribebantur nomina curionū. ff. de albo scrib.l.j. & ij.

¶ Permittēte. verficu. est sub §. sit tibi. ibi princeps indignatur præsidi, qui per actorem aditus per eum nō fuit exauditus. Si verò illum, non audiuit, illum correctum remittis ad præsidem.

est citat⁹:vt ibi, & de ꝓc.c.dilecti⁹. ꝙ si nō dimisit, fiāt denūciatiōes in ei⁹ domo vel eccl'ia: vel præconizet' I vico ei⁹: si qs est, q eū defendere velit, vt ꝓdixi. & si nō venerit, cōtra eū ꝓcedat tanq̄ cōtra cōtumacē. C. de an. excep. l. vt pfecti⁹. §. si autē. extra de do. & cōtu. causam q̄ª. & c. j. ff. de excu. tut. scire ff. de dā. infe. l. iiij. §. prætor ait. & §. seq. ff. ex q. cau. ma. itē ait. §. hoc aūtᵇ. extra q fi. sint leg. cūm. extra de cle. nō resi. ex tuæ. ff. ex quib. cau. in pos. ea. l. hæc aūt. §. q̄ri pōt. ¶ †Sed nunqd sufficit fieri citationē solēniter & publicè: nec sit necesse p nūciū vel per literas singulorū auribus inculcare? Videt' ꝙ sic: nec poterit quis asserere se nō fuisse citatū, licet citatio ad eū nō peruenerit. extra de postu. pla. c. j. cū suis cōcor. & hoc quidā dicūt. Alij dicūt citationē non valere: nisi fiat ad personā vel domū: vt no. plenè secundū papā extra de eo qui mit. in poss. cā rei ser. c. fi. Tu dic vt s. de hoc secūdū papā I pre c. j. de postu. pla. & de cle. nō resi. ex tuæ. ¶ †Sed nunqd sufficit denunciare domi vel familiæ, si nō venit ad ei⁹ notitiā? Videt' ꝙ nō. ff. quæ sen. sine ap. re. nō pos. l. j. §. itē cū ex. ff. de pet. her. hæredes. & l. itē veniūt. §. petitā. Dic cōtra, dūmodo publicè cū testibus vel tabellione, vel literis denuncietur: vt in primis cōcor. ff. de dā. infec. l. iiij. §. prætor. ff. qd̄ vi aut clam. l. aut qui. §. j.ᶜ extra de eo qui mit. in poss. causa rei ser. c. fin. De hoc not. ff. de iudi. & post. C. de anna. excep. vt perfecti⁹ papa dicit ꝙ licet sufficiat citatio ad domū facta, vbi vxor agit cōtra virū: vel in ecclesia contra clericū: vt extra qui ma. accu. pos. c. j. & de cle. nō resi. ex tuæ. non tn̄ sufficit, si q̄s agit contra aliquē, personali vel reali actione, vel in modum inquisitionis de crimine: vbi nō procedit' lite non cōtestata, quod prosequere secundū eū, prout no. extra de eo qui mit. in pos. c. fin. Itē & amici & cognati sunt requirēdi, vt eū defendāt, vt prædi. §. ꝑtor. xvj. q. iij. §. pōt. ij. ver. is autē. ff. de liber. agnos. l. j. rñ. j. ff. ex quib. cau. in poss. ea. l. hæc autē. ¶ Sed nunqd id, quod de citatione ad domū dixi, obtinet in causa crim: si? De hoc j. de accus. §. j. ver. sed nunquid. ¶ †Sed an reo inuito intrabis domū ei⁹, causa vocādi eum in ius? Rñ. nō: quia faceres iniuriā. ff. de in ius vocā. plerunq̄... Is, plerīq̄. ff. de iniurijs. qui inuito. ff. de adult. quod ait. ff. de reg. iur. nemo. Fiat ergo denūciatio ante fores. ff. de insti. sed & si. §. j.ᵈ ¶ †Sed nunquid cōsanguinei & amici absentis, etiam aliarū prouinciarū, qui forte volunt illum defendere, sunt ad defensionē eius requirēdi, si propinqui, qui sunt in prouincia, in qua lis agitur, nolunt defendere? Videt' ꝙ non: quia ibi debet iudex præcipere tm̄, vbi res agitur. ff. de reb⁹ eo. qui sub tu. vel cu. l. magis. §. illic. & quia illi nō sunt de iudicis iurisdictione, vñ non pōt eos reuocare. ff. de iu. om. iud. l. fin. & ff. de bo. aut. iud. pos. l. cū vnus. §. his. & quia p hoc causa differret': qd̄ esse nō debet. ff. de procur. l. sed & hæ. §. nō solum. & ff. de oper. lib. quod nisi. extra de do. & contu. c. finē. & c. fin. ¶ Alij dicunt omnes consanguineos requirendos, vbicunq̄ sint: quæ sententia videtur veraᵉ, nam dicit lex oēs esse vocandos, quos non sit verisimile nolle defendere causamᶠ: vt in præ. l. hæc aūt. verūtamen dicoᵍ, nullum debere proprio noīe requiri: sed sufficit publicè proponi edictū: vt quicunq̄ voluerit eū defendere, veniat, & defendat. ff. de insti. act. sed & si pupill⁹. §. proscribere. & §. præc. extra de postu. c. j. versus prin. extra de do. & cōtu. c. fi. & sic hodie obseruatur. ¶ †Sed nunquid notoriè cōtumax, est citandus? Non videtur. arg. extra de procur. auditisʰ. & de iureiur. ad nostrā. iij. Dic cōtra, vt ibi no. ꝙ si iudex citans, factis quibusdam citationibus moritur, vel impeditur, successor illius computabit in numero citationum: sed si primus numerum compleuerit, secundus iterum potestⁱ, vnum edictum proponere. ff. de iudic. c. edictum. ¶ Quid si papa, vel quiuis alius, mandat tibi vt cites omnes qui se volunt opponer, Titio, vt extra de excep. delicti. & de elect. statuimus? Respon. debes edictum publicè proponere, vt quicunque vult se opponere super facto, super quo citatur, compareat dic tali: vt extra qui ma. accu. pos. cū in tua. extra, de cle. nō resi. ex tuæ. ¶ †Quid si nō præfixeris diē certā? Rñ. debet venire citatus. arg. extra, de do. & cōtu. cum dilecti. & hoc intra modicū tēpus. quod tamē est cum quodā tēperamento intelligēdum. ff. de solu. quod dicimus. ff. ex qb. cau. ma. ab hostibus. §. fi.ᵏ & hoc ne cōtumax, sed potius obediēs videatur. ij. q. v. quāto. extra, de postu. præ. c. j.ˡ Quidam tamē coram me defendere nixi sunt, ꝙ nullo modo tenetur cōparere taliter citatus. argu. extra, de rescript. c. fi. Potes etiā nominatim quos volueris citare: vt comparerant ad opponendum se Titio, si voluerint, in facto, de quo agitur: & nisi cōparuerint, præiudicatur eis. argu. in præd. decre. cùm in tua. ¶ †Illud autem certo certius est, ꝙ præcisè & simpliciter neminē citare potes, sed sub modo præscripto, s. si vult. arg. extra, de elec. statuimus. in prioc. & eod. tit. quia propter. in prin. ¶ Cæterum, si tibi mandetur, ꝙ cites omnes, qui se opponūt, s. super electione sua, vel super tali facto. Hic dicunt quidam ꝙ habens aliquam cognitionem: debet enim vocare eos, quos T. petit citari: & ab eis querere, vtrū se velint opponere, vel non. Et si respondent ꝙ noluut: eos absolues à citatione. Omnia enim iudicia sunt absolutoria: Insti. de offi. iu. §. fi. Inno. iiij. contra,ᵐ quia cùm hæc clausula, cites omnes qui se opponunt: intelligēda sit de his, qui ante datam literarum se opposuerūt, & sua interfit, eos se non opposuisse: non sunt absoluendi à citatione, qui se opposuerunt: nisi prius satisfacto de interesse. Sed certè non video qualiter fiet hæc absolutio: nisi de facto solùm, desistēdo scilicet à citatione: qa tu iudex nō es. ¶ †Quid de illis, qui se post datam literarum opposuerunt: vel qui de nouo se opponere volunt? Dicūt quidā ꝙ per literas tales, non poteris eos citare: quia data literarum inspici debet, propter verbum opponūt, quod est ibi, quod est præsentis tēporis. extra de rescri. eam te. Alij dicunt, & hoc verius videtur secūdùm mētem scribētis, ꝙ omnes cōtradictores & ante datam & post, & cum modo prædicto, s. si volūt, & sine modo, citare potes: †Quia præsens cōfusum, præsentis nō tenet vsum. Et si dicatur, Ergo si citator debet citare quos vult actor: multi poterunt fatigari iniustè? Respōdeo, hoc nō procedit: quia etiā papa, si nominasset ei multos, eos citasset. Itē quia iudex cōdemnabit actorē in expēsis, si eis cōparentibus nō appareat iusta causa citationis: & etiā eis non cōparentibus, nō cōdemnabuntur statim ad expēsas, vel ad aliud: imò summaria cognitione & iuramēto de calūnia præmissis: aliàs non. Itē nota ꝙ ipse citator moderabitur, qui, & quot sint citādi: sicut & delegatus moderaret'. extra, de rescri. super literis. ad fi. Et sunt hęc contra quosdā delegatos, qui sic scribunt aliquibus: Mandamus vobis, quatenus citetis eos, quos talis vobis duxerit nominādos. Ex quo multas vexationes, & redemptiones sequi vidimus. contra quos dominus S. ti. sanctæ ecclesiæ presbyter cardinalis in regno Franciæ apostolicæ sedis legatus, nuper in concilio Bituricen. in quo interfuimus, per suam cōstitutionem remedium adhibuit optimū. papa not. extra, de rescrip. cùm in multis. ꝙ si dicatur in literis, cita illos, quos tibi talis nominauerit: nō poterit ille citare vltra quatuor. Idē etiā dicit, si in litera dicitur. Cita omnes, q ei cōtradixerint, vel q eū super tali re molestauerint.ⁿ Vtrū cōtra talē citationē possit aliquid probari: no. extra, de elect. bonæ. j. c. cùm dilecti. & de testi. cùm à nobis. C. da relatio. l. j. in fi. C. de app. quoniā. in fi. ¶ †Postremò notādū est ꝙ si superior, ad quē causa remissa est, citet ꝙ appellātem in causa principali, nō facta mētione de appellatione, sufficit illi mittere excusatorē, dicētem ꝙ citatio super principali facta nō tenet, vel ꝙ superior nō potest in ea procedere, qa appellatum est: & ꝙ intendit prosequi appellationem. Sed si transisset tempus prosequendæ appellationis: tūc bene teneret citatio facta super principali negotio, tam à delegante, quàm à delegato. Alij tamen aliter dicunt. Hoc prosequere secundùm papam, prout no. extra, de accusa. c. fi.ᵒ

a ¶ Quæ. Vbi iste ver. an prin. glo.
b ¶ Auct. Cū. l. seq.
c ¶ §. fi. in fin. j. glo.
d ¶ §. j. Idem scripsi in §. contrahentes. super ver. trahere. in fin.
e ¶ Vera. secundùm Acc. cuius fuit iste ver. in l. hac autem. statim alleg. & idē Ia. Bal. vbi s.
f ¶ Causam. Nescio quare fecerit hanc reuolutionem. tex. dicit, quos verisimile sit defensionē non omissuros.
g ¶ Dico. secundùm prædictos et Io. de Deo. de primo decre. in iij. col.
h ¶ Auditis. Ineptus est iste versic. Ista decre. loquitur de notario contumace, scilicet qui reuocauerat procuratorem & alium non miserat. iste non citatus super articulo processum, sed super principali sic. decr. sequens nō loquitur in notario contumace, sed in delicto, vel facto notorio. & verum est ibi notatum in gl. ij. ꝙ in eo requiritur citatio, sed nil ad casum quæsitū.
i ¶ Potest. Et debet, vt ibi no.
k ¶ §. fin. & ff. de statu libe. l. si peculiū. §. j.

ADDE quod Bart. in l. liber homo. §. j. ff. de verb. oblig. tenet ꝙ citatio sit nulla: in qua non est dies certa, vel terminus certus. vnde ibi Ang. quem refert & sequitur Pau. de Ca. dicit quòd opinio Bart. est vera, quantum ad hæc, vt possit fieri aliqd̄ præiudicium citato ad instantiam partis aduersæ: & opinio Spec. est vera, quātum ad hoc vt possit puniri de contemptu ciuitatis, si non comparet. alleg. pro prima parte l. ij. C. vbi I rem actio. & l. fin. de iure dot. de quo vide Paul. de Castr. consilio iij. & plenissimè per Præpositum sancti Ambrosij in c. cùm parati. extra, de appel.

ADDE tu ꝙ citatio non habens expressum tēpus, valet, Bal. I l. circa. ff. de hæredi. insti.

ADDITIO

¶ Circa id quod. tenet Bar. in l. liber homo. §. j. s. allega. ꝙ citatio non cōtinens diē, in qua citatus comparere debeat tanquā obscura nō tenet; vide copiosè ibi per Alexā. vbi reiecta concordia Ang. dicit opin. Spe. indistinctè esse veram: & respondet ad iura allegata in contrariū. de quo etiā per Cano. in c. eos. de senten. excom. in vj. & in c. cùm parati. de app. Sed pro opin. Bar. vide do. Iaso. in d. §. j. in fi. Hen. Ferran.

l ¶ C. j. Ad hoc de app. cùm parati. & ibi satis scripsi in vltima glo.
m ¶ Contra. Vide post eum & Host. plenè scripsi de excepr. dilecti. in glo. ij. per quam aliquid de inferioribus melius intelliges.
n ¶ Molestauerint. Tu dic contra, vt ibi super v. glo.
o ¶ C. fin. Quæ vide j. §. fin. ver. quid si altera.

SUMMARIUM.

1 Citatio qualiter sit per literas facta, vel faciēda. Literalis citatio cuiuslibet iudicis, quæ continere debeat.
2 Literæ delegati debent continere de verbo ad verbum tenorem commissionis.
3 Ordinarius citare potest per literas, duobus modis.
4 Forma citationis, vbi ipse idem ordinarius citat, quæ esse debeat.
5 Forma citationis, vbi ordinarius alteri committit ipsam citationem, quæ sit.
6 Laici citatio, si alteri committatur ab ordinario, sub qua forma debeat fieri.
7 Peremptoria non debet fieri citatio, cùm vna tantum facta fuerit.
8 Citator qualiter se habere debeat, in citationibus diuersarum personarum.
9 In actu iudiciali, an vni soli citatori credēdum sit.
10 Delegatus citans per literas, qua forma vti debeat.
11 Clausulæ necessariæ apponi in literis citatorijs delegati, quæ sint.
12 Citatio à pluribus delegatis, qualiter sit facienda.
13 Sigillum iudicis proprium non alienum, debet literis citationis debite formatis apponi.
14 Apponens suum sigillum literis citationis, debet in eadem dicere se illud apposuisse: aliàs nulla sufficit protestatio.
15 Citatio plurium delegatorum facta vno delegato absente, nec se excusante, an teneat.
16 Sentētia lata à iudice, nulla pręcedēte delegatione, an per ratihabitionem ordinarij confirmabitur.
17 Is, cui cōmittitur citatio faciēda, si nolit citare, nisi fiat ei copia iurisdictionis, an tunc sufficiat tenorem rescripti apostolici in literis citationis inseri: aut necesse sit originale ostendi.
18 Delegato mandante alicui vt denunciet talem excommunicatum, qualiter sit procedendum.
19 Iudex mandans alicui quod veniat die tali, vel quod talē citet, aliàs nouerit se excommunicatum, an non veniens, nec citans, sit excommunicatus.
20 Citatus sub pœna excommunicationis, an non veniens, & habens iustam causam non veniendi, sit excommunicatus.

IAm De citatione, quę fit per viuā vocē, aliqua edocuimus. Restat ergo vt de ea, quæ fit per literas, pertractemus. Ad cuius rei euidētiam illud prænotandum est, quod Iudicum, Alij sunt ordinarij. Alij delegati. Alij auditores. de quorum singulis, aliqua clarioris, doctrinę gratia, perstringamus. ¶ Quod autē quis possit citari per literas, probatur extra, de offi. dele. prudentiā. circa princ. ibi: literatoriæ &c. & c. ex literis. xviij. dist. si episcopus. iiij. q. v. quisquis. & v. q. ij. vocatio. & q. iij. si ægrotans. extra, de tempo. ordin. nec episcopi. C. quomodo & quādo iudex. cōsentaneū. s. §. proxi.
1 ¶ † Illud quoque regulariter sciēdum est, [a] quod cuiuslibet iudicis literalis citatio, cōtinere debet quos citat, & eius nomē & cognomē, quē, & sup quo, vbi, & ad quē diē, & ad cuius instātiam citat: & quod per se vel legitimū respōsalē & idoneū, ad causam sufficienter instructum compareat: & an peremptoriè vel non. Et quādo precipitur alicui quod citet aliquē: litera cōmissionis debet cōtinere premissa: & quod cōmittētem per suā literā, aut p publicū instrumētū super hoc certificet, & clarè, nō obscurè fiat. [b] Hęc omnia probātur extra, de do. & cōtuma. c. fi. & c. cū causam. de in integ. resti. tum ex literis. ad fi. C. q accu. nō pos. q crimē. ff. de no. op. nū. l. de pupillo. §. q opus. ff. quod vi aut clàm. l. at q. in prin.
2 ¶ † Cęterū literę delegati, debēt etiā continere de verbo ad verbū tenorē cōmissionis: vt reus, qui citatur, sciat quis, & qua authoritate citat: vt prędixi. & s. proximo ver. vel distingue. Hoc quoque notādum est secūdùm T. [c] quod ipse met iudex, qui reū citat ad causam, cognoscere debet, [d] an sua sit iurisdictio: vt ff. de iudi. si quis ex aliena. ff. ad mu. l. pe. extra, de rescrip super literis. & c. dilectus. secus si fuerit recusatus: vt s. in ti. de recusa. diximus. [e] ¶ Pri-
3 mò igitur de citationibus literalib⁹ ordinariorū, videamus. ¶ † Et est sciēdum quod ipsi duobus modis citāt per literas. Nā quādoque dirigūt literas eis quos vocāt. & hoc in clericis. ¶ Quādoque verò cōmittunt alicui, qui eos citet: & hoc in laicis, qui nesciūt legere: vt ff. de requi. reis. l. j. §. præsides. Si tamen fieret ecōtra, nō ideo minus citatio teneret: vt extra, de do. & cōtu. c. fi. in fi. vbi clericus citat per aliū: & etiā laico quandoque literæ citatoriæ destinantur. ar. extra, vt lite non contest. accedens. ij. licet tutius sit citationem fieri per alium, ne citatus citationem occultet: sed tamen is, ad cuius instantiam fit, de præsentatione citationis debet ad cautelam facere fieri instrumentum: ne ille possit se fuisse citatum negare.
4 ¶ † Si igitur ipse idem citat, hæc erit forma citationis:

FORMA. T. permissione diuina sanctę Narbo. ecclesię episcopus, dilecto in Christo tali, &c. salutē in dño. Querelā C. clerici recepimus cōtinētem, quod cùm ecclesiā talē idē clericus ex nostra collatiōe diutius possedisset, tu eū absque causa rationabili pro voluntatis libito, post appellationē ad nos interpositam temere spoliasti: eiusdē ecclesię possessioni de facto incūbēs. ideoque tibi districtè pcipiēdo mādamus, quatenus (si est ita) intra spatiū octo dierū post receptionē pñtiū, pręfatā ecclesiā cū fructibus medij tēporis, eidē restituere nō omittas. Alioquin si de iure cōfidis, tali die, quā tibi peremptoriā assignamus, corā nobis p te vel p procuratorē idoneū sufficiēter instructū ad causam corā nobis in tali loco cōpareas, eidē clerico de iustitia respōsurus: sciturus quod si in prefixo termino cōparere neglexeris, nos in dicto negotio quātum de iure poterimus, procedemus. Quod si terminus prestitutus, in diem incident feriatam, sequenti die non feriata quam, tibi peremptoriam assignamus, studeas cōparere: in cuius rei testimonium, præsentes literas sigilli nostri munimine, fecimus cōmuniri. Hæc forma probatur extra, de in inte. rest. tum ex literis. in fin. extra, de do. & cōtu. c. fin.
5 ¶ † Si verò alteri citatio committatur, hæc erit forma:

FORMA. Gul. permissione, &c. tali salutem. Querelam T. clerici accepimus, &c. vt s. mandamus, quatenus. verbis secundæ personæ in tertiam decenter mutatis. iunge, dictū clericū ex parte nostra monere & inducere curetis, quod, si est ita, eidē T. pręfatā ecclesiā restituere non moretur: alioquin peremptoriè intimātis eidē, quod tali die corā nobis &c. vt s. verbis, vt dixi, mutatis. Hæc probātur extra, de offi. deleg. ex literis. Sed & vtrunque potest simul fieri, s. vt ipse citet, & etiam faciat per alium citari. Retenta enim tota prima forma vsque ad verbum, procedamus: iungatur sic:

FORMA. Nos quoque nihilòminus, tali damus nostris literis in mādatis, vt & ipse T. ad eundem terminū authoritate nostra iuxta præmissam formam, peremptoriè citare procuret: quod si non poterit inueniri, facias vt citationis edictum per se vel per alium apud ecclesiam tuam publice proponatur. Hæc clausula ponitur extra, de do. & con. c. fi.
6 ¶ † Porrò [f] Si committatur laici citatio, hæc erit forma:

FORMA. Gul. Dei gratia, &c. salutē. Sua nobis H. lacrymosa questione mōstrauit, quod licet I. eius vir, secū matrimoniū cōtraxerit per verba de pręsenti, carnisque copula interuenerit inter eos, ac p annos plures eidē, velut vxori legitimę, affectu adhęserit cōiugali: nūc tamē Dei timore postposito, à suo cōsortio abiecit eandē: nec erubescit cuidā superinductæ publicè adhęrere: ideoque discretioni tuę pręsentiū authoritate mādamus, quatenus, si est ita, pręfatum I. ex parte nostra monere ac inducere procures: vt muliere superinducta, vel cui adhęret, omnino dimissa, præfatā H. vxorē suam recipiat, & eam maritali affectione pertractet: alioquin authoritate nostra iniungas eidē vt tali die per se vel per procuratorē idoneū peremptoriè cōpareat corā nobis: alioquin cōtra ipsum procedere curabimus, quatum postulauerit ordo iuris. Quod si terminus, &c. vt s. extra, de spō. ex parte A. & ca. veniēs. j. extra, de offi. ord. significauit. Vel dic quod si non fecerit, tu authoritate nostra fretus, eum & superinductam excommunicationis studeas vinculo innodare, faciens eos tanquam excommunicatos ab omnibus vestræ diœcesis arctius euitari.
7 ¶ † Sed premissis opponitur quia cùm vna tantùm citatio facta fuerit, non debet fieri peremptoria. De hoc s. §. viso. ver. itē peremptorium. vnde si velis hāc vitare obiectionem, poteris concipere sub hac forma:

FORMA. Gu. & c. vt s. proxi. vsque compareat coram nobis. iunge, & si tūc nō venerit, veniat tali die: quod si nec tūc venire curauerit, veniat tali die, quam sibi peremptoriam assignamus. Multi quidem vtūtur hac forma, vt probatur extra, de testi. co. c. ij. Et hæc forma frequentatur in his, quorum præsentia de facili haberi non potest. & de hac s. §. viso. versicu. sed quid si. Caueat tamen is, qui sub hac forma citat, vt inter vnam diem & alteram sint competentia interualla: nisi facti necessitas aliud suadeat. s. §. viso. versi. j. & ver. item dicunt. Literis autem huiusmodi sigillatis, actor eas statim recipiat, & in actis redigi faciat ad cautelam: deinde deferat ad citatorem, vel ad eum, qui per literas ipsas citatur: in quarum præsentatione eum cautum esse oportet, ne sigillum frangatur vel cadat. & vt præsente notario, eas porrigat eidem, vel etiam ipsi citato: cùm eidem scribitur sub præscripta forma: de qua præsentatione habeat testes, vel cōfici faciat publicum instrumentum. C. de anna. excep. l. vt perfectius. extra, de proba. quoniam contra. Cuius tenor talis erit:

FORMA. In nomine, &c. Anno &c. talis præsentauit & dedit tali, quandam literam apertam in mei notarij præsentia, & testium subscriptorum. ex parte talis iudicis à sede apostolica delegati: sigillatam vero sigillo & integro, in cuius circulo erant tales literæ, & intra circulum

a ¶ Sciendum est. Secundùm Vber. de Bo. vbi s. in fi. eius tamen verba ampliat author. bene tamen inducebat tres leges hic in fi. allegatas.

b ¶ Fiat. Ponitur forma j. §. proxi. versi. si vero. ibi: dicit autem, &c.

c ¶ Secundùm T. vbi s. vers. & nota.

d ¶ Debet. Sup. & pronunciare, vt dixi §. j. ad fin. super ver. itē generaliter.

e ¶ Diximus. Et no. de appel. solicitudinem. in gl. sed quare. in fin.

f ¶ Porrò. Ver. totus. Ægid. vsque ibi: sed præmissis super rubri. vij.

circulum tale signum supplicans instanter eidem, vt citare deberet reum, iuxta traditam sibi formam. Tenor autem prædictæ literæ erat talis: Guil. &c. tali salutem, &c. & toto tenore inserto. Notarius in fi. subiūgat: Acta fuerunt hæc tali die, & loco, præsentibus talibus. & ego talis tali authoritate notarius, præsentationi dictarum literarum interfui, & hoc ad præsentatoris instantiam in scriptis redegi, & publicaui, & meo signo signaui. Hanc formam etiam vide s. de impug. rescrip. §. j. ¶ † Porro citator receptis & perlectis literis, si citandus est alias eius subditus, eum ad suam aduocet præsentiam. Si verò non est eius subditus, vel est magna persona: ipsemet accedat ad eum, & præsente notario vel testibus idoneis, per quos possit probari citatio: & si necesse fuerit, legat præfatam literam coram illo, & postmodum citet eum iuxta traditam sibi formam: de qua citatione fieri faciat publicum instrumentum, sub illa forma, quæ est s. §. proxi. ver. quo facto, hoc saluo, quòd vbi dicitur in princip. R. clericus nuncius &c. dicatur dominus talis, &c. ¶ Quod autem dixi de notario & testibus, cautela est. nam & sine hoc sibi asserenti se citasse creditur, si sit in literis illa clausula, diem autem, &c, quæ est j. proximo. versicu. si vero. nam ministro creditur in facto sibi commisso. ff. de re. eorum, qui sub tuto. vel cura. sunt. l. magis. §. ne tamen. licet sit arg. contra in ead. l. §. item prætor. versic. nec nimium. [a] ¶ † Vrm tamen non creditur in actu iudiciali. extra, de probatio. quoniam contra. in princip. ¶ Hoc autem facto, reus sic citatus petat copiā, tam de citatione, quàm de literis citatorijs, quæ fieri debent, originalibus remanentibus penes eum. extra, de proba. c. fi. & c. quoniam contra. ¶ † Viso de citatione ordinaria: sequitur videre de citatione delegati, quæ fit per literas. Ad quod notandum est, quod aut est vnus delegatus, aut plures. Si est vnus delegatus, citabit per literas sub hac forma.

FOR. Titius arch. Narbo. vel canonicus vel M. sanctæ Narbo. ecclesię archiepiscopus, iudex à domino papa in tali causa delegatus, tali salutem in domino Iesu Christo. Mandatum apostolicum, vel literas à sede apostolica nos recepisse noueritis in hac forma. Clemens episcopus seruus seruorum Dei, &c. veniens ad præsentiam nostram G. præsbyter, nobis significare curauit quod V. de Podiomissione, & quidam alij ciuitatis & diœcesis Biterē. super iure parochiali, scilicet decimis, oblationibus & rebus alijs iniuriantur eidem: quocirca mandamus, quatenus, si est ita, partibus conuocatis causam audias, & eam fine canonico decidas: faciens quod decreueris, per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter obseruari. testes autem, &c. data Viterbij, iiij. calen. Octobris, pontificatus nostri anno quarto. quas, si petieritis, vobis præcipimus exhiberi. volentes igitur, vt decet mandatis apostolicis humiliter obedire, vobis authoritate, qua in hac parte fungimur, præcipiendo mandamus, quatenus præfatum A. & omnes alios, quos causa ipsa contingere potest, & quoscunque prædictus G. præsbyter vobis duxerit nominandos, [b] ex parte nostra citare curetis, vt decima die post receptionem præsentium, coram nobis Narbone, apud talem ecclesiam vel domum per se vel per procuratorem suum se præsentet: quem terminum ei pro duobus edictis & tertio peremptorio, propter viarum distantiam: vt partium parcamus expensis & laboribus assignamus. vel quem terminum sibi pro omnibus terminis peremptorium assignetis responsuro de iure presbytero antè dicto: alioquin secundùm formam mandati nobis traditam, in causa ipsa, quantum de iure poterimus, procedemus, cuiusquam absentia non obstante. Quòd si idem terminus in diem inciderit feriatam &c. vt s. versicu. si igitur. iunge etiam si vis, diem autem vestræ citationis &c. vt infrà proxi. §. versicu. si verò mandet: vel sic. In signum autem factæ citationis, sigilli nostri impressionem præsentibus apponatis: [c] in cuius rei testimonium, &c. vt suprà in præ. versicu. si igitur. Quidam etiam ad cautelam, in citatione inserunt formam & tenorem libelli: ne vlterius reus petere valeat inducias deliberatorias: vt probatur v. q. ij. si primates. & not. extra, de dilat. c. j. [d] Quòd tenor commissionis sit inserendus, probatum est supra. §. proxi. versi. sed nunquid. j. sed in secunda citatione non est necesse inseri. ¶ Quod autem delegatus debeat se præmittere in literis, probatur: quia repræsentat personam domini papæ: vt xciiij. distin. c. j. &, vt ipse papa, honorandus est, quo ad causam sibi commissam. xciij. distin. c. si. vij. q. j. omnis qui. & maior est illis, quorum causa sibi committitur: vt extra, de officio. deleg. sanè. & c. pastoralis. [e] & vide. j. versi. porro. Item quòd possit citationem committere, probatur extra, de offi. deleg. pastoralis. in princi. & dixi supra de iud. deleg. §. iam nunc. Quod autem pro omnibus terminis, vnus terminus peremptorius possit ex causa in initio assignari, notat suprà. §. viso. versic. j. Item quod in peremptorio debeat iudex comminari, ibidem dictum est. versi. item iudex. Quod autem certum diem & locum possit assignare, probatur extra, de rescrip. c. olim. & c. fina. ¶ † Quidam [f] etiam in fine citationis ponunt, quòd reus veniat paratus proponere quicquid voluerit, tam contra rescriptum, quàm contra personam iudicis vel impetrantis: ne alia detur dilatio huiusmodi proponenda. extra, de except. pastoralis. Item si in rescripto apostolico continetur clausula illa, quidam alij: debent in citatione exprimi nomina eorum, quos per illam conuenire intendit. s. §. primo. versiculo, Item quod per clausulam. [g] Actor autem cautè præsentet hanc literam, & tam de præsentatione, quàm de citatione faciat fieri publicum instrumentum, vt iam dictum est, continens citationis tenorem: & sigillis iudicum & alijs debitis circunstantijs faciens mentionem. In locis verò, vbi non est tabellionum vsus, id fiat per duas personas iuratas. extra, de probat. c. quoniam contra. Si autem velis quod litera sit publicum instrumentum sigillatum, dicat sic:

FORMA. In cuius rei testimoniū & futurā memoriā pręmissorū, hoc præsens instrumētum publicū de nostro mādato scriptū, & in publicam formā per talē infrà scriptū notariū redactū, fecimus nostri sigilli munimine roborari. Actū in tali loco anno, mēse, die & indictione talibus. Pōtificatus domini Clemētis papę anno quarto talibus testibus pręsentibus vocatis & rogatis. Postmodum notarius sic subscribat: Et ego talis tali authoritate notarius, prædictis interfui, &, vt suprà legitur, authoritate & mandato prædicti domini Titij fideliter scripsi, & in publicam formā redegi, & meo signo rogatus, signaui. ¶ Si verò subdelegatus citat, dicat sic:

FORMA. Talis à tali in causa tali subdelegatus tali salutē in domino. Noueritis dictū talē à domino papa recepisse literas in hac forma: Clemens, &c. ipse verò alijs negotijs impeditus: nobis causam subdelegauit eandem sub hac forma: Titius &c. sicut constat per eius literas vel publicum instrumentum inde confectum: quæ si petieritis, vobis præcipimus exhiberi. Volentes igitur eiusdem delegati mandatis, imò verius apostolicis humiliter obedire, charitatē vestram &c. vt s. §. viso. ¶ Formam autem commissionis vide s. de iudic. dele. §. sequitur. versicu. commissio autem.

¶ † Porrò si sunt plures delegati, subdistingue: quia aut sunt omnes eiusdem dignitatis, puta sunt episcopi: & tunc maior & dignior in salutatione pręponatur, dicēdo: M. Tholosanus, & P. Bitere. & R. Londonien. miseratione diuina episcopi, iudices à sede apostolica, &c. C. de offic. ma. offi. nemo. Vitium enim est pręposterare. lxxiiij. dist. episcoporum. & c. fin. & C. de testa. pręposteri. Vel si de hoc dubium sit, prior in ordine episcopatus præponatur, & qui plus cæteris laborauit: vt xvij. distin. §. fin. extra, de ma. & obe. cap. primo, C. de consuli. lib. xij. l. j. & C. de castrensianis. lib. e. l. j. & de re mili. contra publicam. ad fin. & de præpo. sacri cubi. l. j. & de pręfec. pręto. l. ij. lib. e. & in cōcor. quæ sunt s. de aduoca. §. nunc dicendum. versicu. minores tamen. vel ille, qui à principe dignitatem vel ordinē recepit. ff. de albo scri. l. ij. extra, de ma. & obedi. per tuas. extra, de tempo. ordina. cum in distribuendis, vel seruetur ordo in rescripto apostolico retentus. xlij. distin. sit rector. in fin. extra, de rescriptis. cum dilecta. Sed & si sint omnes simplices canonici: vt extra, de rescrip. pręsenti. [h] dic idem quod iam dixi. Vel dic antiquiorem tunc præponi: secundùm ea quæ not. in præ. versic. minores tamē. Vel ille, qui maioris est ordinis, vt iam dicam. Si vero vnus est episcopus, & alij inferiores prælati: vel vnus est metropolitanus, & alij episcopi: vel vnus in dignitate, alij simplices canonici: maior præponatur, etiam si posterius fuerit ordinatus: vt in præ. l. nemo. & xvij. dist. §. fin. & in pręallega. c. placuit. extra, de ma. & obe. statuimus. Delegatus quoque, qui talibus committet, hoc diligenter attendat: nam prælati & clerici nostri temporis, multùm sunt naturæ indignantis. Et naturaliter homo appetit honorari, iuxta illud: [i] Gloriam tuam alteri ne dederis. & vide s. §. viso.

¶ † Literis igitur citationis, vt præmissum est, formatis, iudex sigillum suum apponat, si habet: nec tunc valet, si cum alieno sigillat: quia nec cum suo ad aliud officium deputato, sigillare posset: vt extra, de appella. significauit. j. de edit. instru. §. instrumen. versi. item quod sigillum non est eius. & s. de procu. §. ratione autem. versi. iij. Sed si non habet proprium, vel habet, sed cùm sigillari oportet, secum non habet, vel est ad aliud officium deputatum: tunc cum sigillo alterius sigillet, dicens in fine literarum. Nec miretur vestra discretio, quod cum sigillo talis signaui, cùm proprium non ha-

[a] ¶ Nimium. Ibi nō credit tutori dicēti quod est necessitas distrahendi. in §. ne tamen. credit ministro, quē ad id misit, vt referret.

[b] ¶ Nominandos. Hæc forma non procedit ex vi clausulę, quidam alij: vt dictū est s. §. proxi. in fi. & infra seq.

[c] ¶ Apponatis. Respicit hoc consuetudinē Gallicanā, de qua scripsi de proba. quoniā cōtra. super ver. citationem.

[d] ¶ C. j. in ij. glos. Et vide quod super ea scripsi. Est sciendum quod Io. de Deo li. iudicum parte j. rub. iiij. improbat, quod libellus ponatur in citatione, maximè per delegatū, sub quo lis contestata non est. extra, de app. significante. Dicit enim quod iudex reddit se suspectum: & tales non debent esse iudices. iij. q. v. quia suspecti. & dicit quod esset locus appellationi. & multum subtilizauit. Tene contra, quod nec recusari per hoc nec appellari potest: seruato quod scripsi super præ. j. glo.

[e] ¶ Pastoralis. secūdùm Ægid. ru. iiij.

[f] ¶ Quidam. secundùm Ægid. cuius totus iste ver. rub. iiij.

[g] ¶ Clausulam. Ergo patet quod proxima forma nō fuit congrua.

[h] ¶ Pręsenti. Quam non habemus.

[i] ¶ Illud. in prima persona habetur Isa. xlij. & xlviij.

beam: vel, cùm meum mecum tẽpore confectionis præsentium, non haberem: vel, cum non haberem nisi ad tale officium deputatũ. Debet enim dicere cuius sigillo, & quare alterius sigillo, sigillat. Alioquin turbatum esset signum. ff. de testa. ad testiũ. Et præterea sigilla & subscriptio diuersis ex causis apponũtur in literis: vt j. de proba. §. videndũ. ver. illud etiã. Quare debet dici, ad quid apponantur: nisi enim sic diceretur, citatus videns alium citare, & videns sigillũ alterius apponi, credere posset literas esse falsas: nec teneretur, secũdũ Ægid.[a] cõparere. præstatio enim ad id, & ad alia valet, exsra, quod met. cau. c. j. de censi. olim. Et est hoc cõtra quosdã officiales, literas suas familiares sigillo officialitatis sigillantes. Si ergo tertius iudex, vel duo ex tribus, sigilla non habent, & cũ alienis sigillant, de hoc nulla in literis facta mentione: dicunt quidã, & bene, nõ valere citationẽ. imo præsumunt literam esse falsam. Sed si in literis dicitur: A. B. & C. canonici Narbon. iudices à sede apostol. &c. in literis verò sigillorum appositorum habetur, R. & P. & M. canonici Narbo. cõstat quòd literæ sigillorum, discordant à literis citationis: ideoq; falsæ præsumuntur. extra, de elec. cùm inter R. seniorem. & de app. significauit. & de fi. instru.

14 inter dilectos. ¶ † Sed nec videtur præmissa protestatio sufficere, nisi & is, cuius sigillũ apponitur, dicat in ipsa charta se illud apposuisse. argu. ff. de test. l. pe. & l. ad testium. §. si quis ex. C. eo. l. si vnus. & l. hac consultissima. & l. in testamentis. & l. iubemus. extra, de re iudi. cùm inter vos. §. j. versi. pe. & fi. C. de his, qui. vt indi. l. pe. ff. de eden. l. j. §. fin. nam cùm sigillum ponatur in testimonium rei gestæ, non potest is, in cuius fauorem apponitur, in causa propria testis esse. iiij. q. iij. versi. nullus. Sed contra credo, s. q charta fidem faciat, quãuis is, cuius sigillum apponitur, non subscribat, vel hoc nõ dicat, ex quo sigillum integrum apparet & incorruptum. argu. C. arbi. tut. l. fi. extra, de fid. instr. inter dilectos. & c. ij. vbi de hoc secũdũ papã, nec talis est testis in re propria: cùm huius acta sint cõia, & huiusmodi subdelegationes probãtur per sigilla iudicum: vt. j. de instrumẽ. edit. §. nũc dicamus. versi. allud autem. Hinc est etiã, quòd si quis procuratorem constituat, vel aliquid fiat corã persona authẽtica, & exinde fiat scriptura, in qua ipse cõstituens vel faciẽs, loquitur, & sigillum eius apponitur: nulla de hoc per ipsum constituentem vel ipsam personã authenticã: facta in litera mentione, satis facit fidẽ tale sigillum: vt ex præmissis apparet. Nec est necesse quod persona loquẽs in instrumento, siue sit contrahens, siue aliud signum apponens, dicat, signum meum apposui. Item nõ est vis, an promittens vel contrahens loquatur in litera an sigillans. arg. extra, de conuer. coniu. dudũ. Sufficit ergo q litera citationis, sit sigillo iudicis sigillata: quia non est de actis iudicij, sed ante iudicium. Si autem sunt plures iudices, quilibet etiam suo sigillo signet. argu. Instit. de testa. §. sed cùm paulatim. Si verò alter coniudicum sigillum non habeat propriũ: sigillet cũ sigillo alterius: suprascripta tamẽ protestatione præmissa, cum qua etiã omnes cũ vno possent sigillare sigillo: vt Inst. eo. tit. §. possunt autem. ff. eod. l. ad testium. §. si ab ipso. vbi est arg. q etiam cum sigillo actoris, possit iudex signare, cùm sit aliẽnũ. De hoc j. de edi. instru. §. postremo. versic. item quod sigillum non est eius. ¶ Quòd autẽ sigillũ dicatur authenticum, not. in pręs. §. videndum. versi. x.

15 ¶ † Hoc autẽ nota q citatio duorũ facta, tertio delegato absente, nec se excusante, nõ tenet nisi scribatur cũ clausula illa, quod si nõ omnes, &c. extra de offi. delega. prudẽtiam. in prin. & c. cũ causa. Quod sic ostẽdo. Cõstat enim q citatio est de processu iudicis: extra, de proba. quoniã cõtra. de offi. deleg. gratũ. & c. relatũ. Cõstat etiã q si duo iudices procedũt, tertio nec veniẽte, nec se excusante, nec vices suas alij cõmittẽte: duo nil agere putãtur, nisi aliàs de eius impotentia constet: vt in prædicto c. prudẽtiã. §. j. extra, de rescriptis. sciscitatus. ij. q. vj. §. diffinitiua.

a ¶ Secũdũ Ægyd. sua rubrica vij.

b ¶ Hoc. in prima gl. & fuit quæstio venerealis viij. & quicquid ibi dicatur, hic tene quod dicitur hic. Et si dicas tertiũ verè impeditum, dic vt in quæstione, quæ est super regula, cum qui certus. de reg. iur. lib. vj.

c ¶ G. Na. in c. statim allegato.

ver. si plures. Ergo nec citatio duorum vllius est momenti. Veruntamẽ si duo protestentur in suis literis id factum esse de tertij licentia, consulo citato quòd vadat, saltem suum priuilegium allegaturus. extra, de app. cùm parati. & c. si duobus. de offic. deleg. cũ causa. vbi de hoc[b]. Hoc prosequere vt not. in præ. c. prudẽtiam. sti. j. In eodem etiam in c. no. secũdũ papam, vtrum tertius coniudex possit ratum habere, quod à duobus factum est: siue sit processus, siue sentẽtia excommunicationis, vel alia? Sed videtur q tertius coniudex possit ratificare citationem à duobus factam eo absente: quia ratihabitio retro, &c. C. ad Maced. l. fin. ff. de pign. si fundus. Quæ regula videtur etiã locum habere in iudicibus. ff. de iudi. licet. arg. contra. ff. de arbi. l. si in tres. & ff. de offi. proconsulis. l. obseruare. §. fi. quod verius videtur. De hoc j. de sen. §. sequitur. versi. sed & si. cum seq.

16 ¶ † Quid si iudex tulit sententiam nulla præcedente delegatione, nũquid per ratihabitionem ordinarij confirmabitur sententia? argumen. q sic, ff. de re iud. duo. ix. q. ij. §. fin. C. de iur. fis. l. ij. lib. x. Sed dic contra, prout ibi no. & ar. ea. q. c. j. idem iuris est, si tertius coniudex sententiam à duobus præsentibus latam ratificat, vt ibi no. ¶ Quid si tertius non venit, nec se excusat, qualiter tunc duo citabunt partes: vel qualiter illum absentem vocabunt? Rñ. do. meus no. in Sum. de offic. deleg. §. quod si eius officium. q sine delegatione collegæ possũt duo citare hoc modo:

※ F O R. Vice nostra & collegæ nostri, citamus te, qui cum multum distet à nobis, in citatione hac non poterat interesse. quasi dicat, habet hic locum clausula illa, quod si non omnes. & de hoc tangitur in præ. c. cùm causam quæ. Ad hoc facit quod not. j. de primo & secundo decre. §. j. in de effectu. versicu. & nota quòd præ. Item etiam dicit, si duo sunt, scilicet quòd vnus vice sua & absentis, citare valeat causa simili allegata. potest enim absens ratificare quod suo nomine gestum est: & in his casibus ratione dubij, citatus venire tenetur: tamen vlterius non tenetur procedere, nisi facta sibi copia iurisdictionis: necest decens eam sibi fieri, nisi veniat coram iudice: ad quem potius, quàm iudex ad ipsum, venire tenetur. Sed dices: ergo quisq; potest pro libito me vexare, dicens se iudicem, cùm non sum ex quo sic citatus debeo comparere. Sed respondeo, ipse sibi ad interesse condemnabitur, & alias punietur. Quæ dic secundum do. meum, vt in præ. §. quod sit eius officium. ¶ Caueat tamen citans prædicto modo, quòd is, cuius nomine citat, non multùm distet. Alias dictans. scribens, & sigillans, quæstionem falsi poterunt formidare: vt extra, de his quæ fiunt a præla. quanto. secundùm do. meũ. Aliqui tamen quandoq; faciunt hanc literam scribi nomine omnium: & in fine dicunt, Data anno, mense tali. nihil de loco vel die dicentes. sicq; sim (quod non approbo) palliant falsitates. Tutius est ergo in prædictis casibus, quòd vnus committat alteri vices suas sub hac forma:

※ F O R. Talis tali, salutẽ in domino. Cùm causa, quæ vertitur seu verti speratur inter A. & B. vobis & mihi simul à sede apostolica sit commissa sub hac forma: Clemẽs episcopus, &c. posito toto tenore subiũgat: præfatus A. à me instanter petijt, q dictum B. citare deberem, vt coram me comparere deberet. Attendens igitur me ad hoc sine vobis non debere procedere. volens etiam litem abbreuiare, partiumq; occurere laboribus & expensis, vestræ discretioni quo ad dictam citationem tantummodo faciendam, & in his, quæ ad ipsam pertinẽt, meas vobis committo vices, iurisdictione ac potestate mihi in omnibus alijs reseruata: sciturí q dante Deo die ac loco intereo per vos partibus assignatis. Quòd si tres fuerint, duo tertium eodem modo cõmittant: qui tertius citabit hac forma:

※ F O R. Tales, tali salutem in domino. Literas apostolicas me & talẽ recepisse noueritis, sub hac forma: Clemens episcopus &c. Cùm igitur dicti mei tales collegæ, quo ad citationem huiusmodi faciendam mihi commiserint vices suas: idcirco vice dictorum collegarum, & mea, authoritate domini papæ, qua fungimur in hac parte, vos cito, & coram eis & me die & loco talibus per vos, aut per procuratorem idoneum, &c. vel committatur hæc citatio committenda alicui: vt. s. versicu. viso. Sin autem vnus committat alteri vices suas in causa, dicet prout nota. s. de iudic. deleg. §. sequitur. versicu. & sic sunt. in fin.

17 ¶ † Sed pone quòd is, cui citatio committitur facienda, petit sibi fieri copiam iurisdictionis nec aliter vult citare: dixit Gu. Na.[c] sufficere tenorem rescripti apostolici, in litera insertum esse: nec est necesse originale ostendi: argu. extra, de dilatio. præterea. Nec obstat extra, de offi. dele. cùm in iure. quę loquitur in executione sententiæ, in qua magnum fit præiudicium: quod non est in citatione: ideoq; debet obedire citatori. Pars enim coram delegato veniens, poterit, si voluerit, rescripti copiam petere & habere: vt in præ. c. præterea. nec à citatore appellari ex hoc poterit: cùm sit merus executor: vt extra, de appella. nouit. maximè autem obedire debet, si delegati persona sit authorizabilis & bonæ famæ. argumen. xcij. distin. nobilissimus. lxij. distinc. miramor. prope finem. & secundùm quosdam, etiã minoribus obedire tenetur ff. de iudicijs: si quis ex aliena. Do. meus not. in titu. de offic. delega. §. quod sit eius officium. versic. tertius. quòd talis potest cogi coram iudice venire: & tunc ostenso sibi rescripto, eum cogere. Et per præmissas etiam rationes not. papa in prædicto c. præterea. quod ex quo delegatus inserit in citatione apostolici rescripti tenorem, citatus per ipsum delegatum comparere tenetur, quanquam apostolicum non viderit rescriptum: nisi fortè ipse delegatus vilis persona, vel nimis remota sit. Et si non comparet: & ille in veritate iudex sit:

tenet

tenet excommunicatio, vel in possessionem missio, & quęlibet alia mulcta per eum propter hoc illi inflicta. Debet ergo comparere, cùm per hoc nullum fiat sibi praeiudicium, vel modicum. Nam saluum sibi remanet ius petendi copiam iurisdictionis illius, & fori priuilegium allegandi. & aliàs procedere non cogetur. ff. de iudi. si quis. extra, de iudi. capitulo primo. extra, de dilatio. capitulo finali. Sed si ille iudex non sit, vel nullum vel falsum rescripti tenorem, vel nullam causam quare super citatum iurisdictionem habeat, in citatorio inseruit. nec aliàs est iudex ordinarius, non tenetur comparere: nec tenet, si contra eum non comparentem procedit. arg. ff. si quis cau. si seruus. & l. quoties seruus. ff. de in ius vocando. l. ij. Sed P.
a de Samp. dicit[a] quòd nec citatus per ipsum delegatũ cõparere, nec is, cui mandatur quòd citet, cõparere tenetur. nisi prius de illius iurisdictione certificetur. arg. in prae. c. cũ in iure. & in his quae not. infra de proba. §. videndum. versi. quid in auditoribus. vel nisi citans sit persona authorizabilis, vt praemissum est. Citatus tñ non debet dicere se de illius iurisdictione dubitare, vbi dubitandum non est. extra, de rescript. cum contigat.

18 ¶ † Sed quid si delegatus mandet alicui, vt denunciet P. excommunicatũ? Respond. not. papa in prae. c. cùm in iure. quòd prudenter agit, etiam si nullo apostolico rescripto viso exequitur quod mandatur: praesertim si delegatus est approbata persona. nec tenetur deferre, nisi velit, appellationi partis appellantis, ne exequatur. Nã huiusmodi appellationes coram delegatis, non coram executoribus, sunt interponendae. extra, de offi. delega. super quaestionum. §. quem vero. & §. finali. non tamen cogitur, nisi velit: vt in prae. c. cùm in iure. & si propter hoc excommunicetur non tenet excommunicatio: quia hic agitur de magno praeiudicio. Habet enim ille tantum iurisdictionem in rebus, vel personis in rescripto contentis: & non in alijs, nisi eius iurisdictionem impediant vel mandatum contẽnant, vt no. secundùm eum extra. de offi. dele. c. j. at iste non impedit, nec contẽnit, cùm sibi non constet ipsum iudicem esse: non ergo, secundùm eum, tenet sententia, tanquam à non suo iudice lata licet post reperiatur ipsum
19 iudicem fuisse. argumen. extra, de offi. delega. ex literis. ¶ † Quid si iudex ita dicit, Mando tibi quòd venias die tali. vel quòd talem cites. alioquin
c ¶ Videamus. Ex istis solas sex posuit Tancre.scilicet secundam, duodecimam,quartamdecimam, & decimamquintam,xxj.& xxiij. teneo suũ ordinem. Gofredus non præmittendo illarum nomina tractat de specie secunda xiij.xv.iudicatoria,quam author vocat executoriam. & de xij. Hostien.immiscuit his aliquas quas infrà author vocat extraiudiciales. de his autem præmittit, & prosequitur speciem secundam,xij.xiiij. xv. xx.xviij.xj.xxij.primam.& xiij. Ioan.in.quæstione secunda in summa. & Richar.ibi in distinctione diuiserunt ciuiles causas à criminalib', paucas species harum ponendo, vt suprà dixi. Cy. hanc materiam prosequitur in l.j.C.eod.titu. & præmittit quòd dilationum aliæ dãtur à iure,aliæ à iudice,aliæ ex partium conuentione. De secundis, quas iudiciales vocat,dat & prosequitur. Octaua species,scilicet citatorias, deliberatorias recusatorias,vel negatorias,litigatorias,probatorias,expectatorias,diffinitorias,& iudicatorias. Has autẽ prosequendo pro quinta specie duas ponit,probatoriam,allegatoriam:& excusabilis erat si expressisset allegatoriam includi sub probatoria:quasi sit probatio facti. Item & iuris, quæ dicitur allegatio. De prima,scilicet citatoria dicit, quòd est principium iudicij:vt patet Insti.de pœna teme.liti.in fin.extra,de probatio. quoniam contra. & debet habere congruam temporis dilationem.ff. si quis cau.l.j.extra,eod.titul.c.j.vbi patet quòd propter breuitatẽ peremptorij potest appellari.& vide quod ibi dixi super gloss.ij. scilicet pro-

d ¶ C.si. Et huic similis est dec.vlt. de elec.lib.vj. Et circa hoc vide secundam quęstionem,quam scripsi super regula, mora.de reg.iur. eod.lib.

e ¶ Diffamari. Ponitur hic experiri, pro agere: sicut de causa pos.pastoralis.aliquando enim ponitur pro defendere.tex. iuncta glo.in verbo,experiri.extra de iudi.& ibi scribam.

f ¶ L.ij. Dubitatur,an emptori fundi,cui mouet tertius litem super fundo,dari debeat dilatio ad denunciandum venditori ꝙ litem defendat. Vber.de Bo. Ioã.de Deo,& author ponendo eius verba §.de actio. vel peti.§.in anterioribus.ver.si conueneris.videntur velle ꝙ sic. & Accur. in l.j.hoc eo.tit.C.in j.glo.arguit ꝙ sic per prę.l.secundũ Gui.de Suza. ibi tenet contrariũ,per l.j.C.eo.tit.vbi dicitur dilationẽ non dandã, nisi necessitas cogat:quæ hic nõ cogit,cùm ipse qñcunqꝫ denunciare possit, dummodo nõ nimis prope sniam.ff.de euict.si rẽ.§.quolibet. Et ad huius intellectum vide quod scripsi de emp.& vend.c.si.super j.gl. Alber. Gal.in reportationibus super l.emptor fundi.C.de euic.tenet primũ. Inducit has duas leges hic allegatas.& ff.de vsur.sciendũ.& C.de fideiuss. iure nostro.& authen.ibi positã specialius inducit.l.emptio.C. de euict. vbi patet ꝙ venditor instruere debet emptorem, & illi assistere. Idem lex dicit ꝙ ex certis causis & certis personis,sustinendæ sint cognitiões. ff.de iudi.interdum. Si venditor est præsens,nõ video ad quid detur dilatio;cùm intra terminũ respõdendi libello denunciari possit. Ex circunstantijs igitur videat iudex an sit dãda:vt in prę.l.interdũ.de elec.cupientes.§.quod si.ver.nisi.lib.vj. Posset enim agens aliquid allegare, qđ faceret emptorẽ dubiũ an cedat,an cõtendat,super quo vẽditor informaret.

g ¶ L.fin. Hoc verum est in casu illius legis.& vide suprà de recusa.§. qualiter.versi.proposita.

h ¶ Experiundoriæ. De hoc no.C.vt nemo inui.l.vna.& scripsi de restit. spo.frequent.lib.vj.super glo.& alij.ver.xvij.

i ¶ Eiectis. Secundùm Tan.

k ¶ Frequens.lib.vj.

præceptu m

precepttū est. Sunt & alię restitutorię, q̃ sunt iiij. annorū, s. quæ dantur ad petendā restitutionē. C. de tempo. in inte. re. l. fi. ¶ Exceptionę sunt, quæ danẽ ad proponendas, & etiā probandas exceptiones. extra, de excep. pastoralis. & extra, de offi. dele. prudentiam. §. vj. & c. suspicionis. de app. cū speciali. ¶ †Et no. φ si datus est terminus simpliciter ad oẽs dilatorias ꝓponẽdas: talis terminus perẽptorius ĩtelligitur, licet non sit de peremptorio expressum: ita φ non licet vltra illū aliqua proponere. & sic obtinuit arg. pręc. decre. pastoralis.[a] & de proba. licet. C. de dila. l. j. in fi. ff. de fer. oratione. & l. fi. cum his quę ibi no. & arg. de rescrip. cū in multis.[b] ¶ †Sed ꝓpone, iudex ita dicit à die crastina vsq; ad septẽ dies proponas oẽs exceptiões dilatorias, tam cõtra ꝑsonam, q̃ cõtra alia. vltima dies termini inueniẽ feriata, nunquid die post illā sequenti poterit eas proponere?[c] & videẽ φ sic: ar. extra, de in inte. re. tū ex literis. prope fi. Nā et citatus ad diẽ feriatā teneẽ die comparere sequenti. extra, de dolo & cõtu. cū dilectu. vbi fuit citatio facta per dictionẽ vsq;. & de accus. veniens. dic contra. Nā odia sunt restringenda. potuit enim eas proponere. j. vel ij. vel iij. die dilationis, & sic de alijs. super hoc vide cõcor. j. de ep. §. restat. vers. sed nunquid dies secus si dictū esset. tali die ꝓponas. quia si dies illa feriata esset, deberet die sequẽti proponere.[c] ¶ †Si verò dictū esset, da tuas exceptiões in scriptis, tunc etiā in die feriata eas dare potest: quia dare scripturam non est actus iudicialis. & iunge quod no. s. de cita. §. viso. ad fi.[d] & §. j. ver. Itẽ excipiẽ φ citatio fit. ¶ †Quid si dicaẽ intra talẽ diem hoc facias? Dic quod in vltima die hoc facere poterit. De hoc in præ. versicul. sed nūquid dies. & j. ver. sed cū. & idẽ iuris est, vbi datur ad aliquid faciendum dilatio decem plurium ve dierū, et adijciẽ: alioquin ex tūc ita fiat. non sufficit hoc fieri vltima mora decendij. Hęc eñ dictio tūc, extremū decendij tp̃s significat: vt ff. de cõdi. & demõ. si is. §. si ita. ff. de vulg. & pup. sub. l. in substitutione. ¶ †Sed quid: ecce datus est mensis vsq; ad quem proponat aliquis oẽs dilatorias, tam contra rescriptū q̃ cõtra impetratorẽ, vel iudicẽ: φ si nullas ꝓposuerit, veniat respõsurus libellis.[e] nõ venit ĩ termino, nec post expectat⁹ pocto dies: nūc aūt venit petẽs terminū ad exceptiones proponẽdas. probat eñ se vltima die p̃fati termini fuisse legitime impeditū: vult tñ ad præsens aliqua proponere. quęriẽ an sit admittẽdus. R ñ. Ioã. de Deo hanc quæstionem disputat inter alias[f]. & dicit hūc de rigore nõ esse audiẽdum: imò cogẽd⁹ est respõdere libello pro eo φ saltẽ die sequẽti cùm potuit, nõ venit: vt in præ. decre. cū dilecti. & in præ. c. pastoralis. Dicit eñ aliud esse in testibus, & aliud in exceptionibus. extra, de do. & cõ. cùm olim. ff. de arbit. Celsus. tñ de equitate, si id malitiosè nõ fecit, ꝓponere põt modo. extra, de offi. dele. cõsuluit. sed nõ habebit dilationẽ: vt in pręc. c. pastoralis. & ad ꝓpouendas, & probãdas exceptiões præfigiẽ termin⁹, arbitrio iudicãtis, nisi ĩ exceptiõe excõicationis ad ꝓbandū septẽ dies statuunẽ. q̃d dic vt j. de exce. §. ij. ver. porrò exceptio. & nisi in exceptione spoliationis, in qua statuunẽ. xv. vt in e. ti. §. viso. ver. itẽ ĩ exceptione. ¶ †Itẽ quæriẽ vtrū elapso termino ad dandū oẽs exceptiões dilatorias assignato, possint ꝓponi añ lit. cõte. excep. lit. cõtestationẽ impediẽter, de quib⁹ habeẽ extra, de lit. cõte. exceptiõis. li. vj. Et videẽ φ nõ: q: a ille añ litis cõte. in vim dilatoriarū ꝓponunẽ: vt probaẽ j. de excep. §. de dilatorijs. ver. sed quęriẽ qualiter. & §. nūc videndū. ver. hoc quoq; notandū. ¶ Itẽ cautè agit, q eas post lit. cõte. opponit vt no. ĩ pręc. c. exceptiõis.[g] ergo ĩ nullo sibi pręiudicaẽ, si post hūc terminū ad proponẽdum non admitteẽ. ar. cõtra extra, de accu. veniẽs. §. fi. & in pręc. ver. sed quæriẽ. vbi probaẽ φ in vim peremptoriarū. Hoc idẽ etiā ꝓbaẽ in pręc. c. exceptionis. vbi diciẽ, exceptiõis pemptoriæ ante litis cõte. obiectus nõ retardet lit. cõte. nisi de re iud. & c. ergo videẽ res iudicata, & alię, quæ ibi cõtinenẽ, tanq; peremptoriæ ante lit. cõte. opponunẽ.[h] Hãc quęstionem scholasticis relinquim⁹ disputandã. ¶ †Illud quoq; non est omittendū, φ in causis, q̃ apud sedẽ apostolicã ventilanẽ, nõ indulgeẽ dilatio ad ꝓbãdū extra curiã dilatorias exceptiões: alioquin null⁹ eẽt ibi litiū finis. extra, de resti. spo. frequẽs. lib. j. & de do. & con. finẽ. Hinc est φ statutū est, vt parte appellata volẽte cãm appella. in curia agitari, debent partes cū instrumẽtis, & actis ad cãm venire ad curiam sufficiẽter instructã: vt extra, de appel. cordi. lib. vj. & de ele. statuimus. ibi: sufficiẽter instructos, & c. ibi not. secūdum do. meū & Ber. Cõpu. qualẽ debẽt ferre instructionẽ. ¶ †Vnde si in curia negeẽ appellatio, nõ habebit appellãs dilationẽ ad probandū in prouincia appellationẽ: & si curia seruat. nã si daẽ dilatio ad instrumenta ꝓducẽda, denegaẽ postmodū sup hoc restõ: vt extra, de in integ. resti. corã. Cùm eñ appellandū sit in scriptis: vt in pręc. cordi. satis secū potuit huiusmodi scripta deferre. ¶ †Si verò dedi contra te libellū, in quo petebã appellationẽ meã iustã ꝓnunciari, & attẽtata post eã cassari, & tulitẽ cõtesteris, nulla protestatiõe facta,

a ¶ Pastoralis. Per quã decre. Guido. de Suza. super l. aduocatus. C. de exceptio. fatetur in foro ecclesiastico talẽ terminū dari posse. In foro seculari dicit hunc à principio dari non posse, cū terminus dilatoriarū sit litis. contest. C. de probatio. exceptionẽ. & concor. V ber. de Bo. vt no. infra, de exceptio. §. ij. ad finem. j. colū. poterit ante si apparebit malitia opponentis: vt patet infra §. nunc videamus. vers. in summa. ibi vide: qa & ius nostrū concord.

A D D E, quòd Abb. in d. c. pastoralis. in penultima columna refert dominū Antonium ibi tenere hoc dictum Gui. de Suza. ipse verò dicit, φ à principio etiam citra præsentem malitiã, iudex potest statuere terminum vt citius finis litibus imponatur.

b ¶ Multis. libro sexto.

c ¶ Proponere. Si error nõ fuit expressus: sed in remis. quę sequitur secundò si distinguitur, vel curatur de hoc.

d ¶ Ad finem. Ibi dedi remis. de ꝓpositione à. sed quid si iudex dicat, hinc ad decem dies comparea? Tenuit dominus meus in legibus in parte suę quęstionis quę incipit, Miss. so actore, quod terminus incipit à tempore præcepti iudicis Sic enim placuis iudici dicenti hic, q ordinem, & compendium edictorum, vel citationū suarū potuit moderari. ff. de iudic. l. nonnunquam. sic est in contrahentibus, quorum voluntate etiam ante conditionem à tempore contractus committitur stipulatio. ff. si cer. peta. lecta est in fin. Idem dixit de appellatione interponenda à sententia lata sub conditione, cuius tempus currit appellatione sententię. ff. quãdo app. sit. l. j. §. biduum. cano. ij. q. vj. hęc verba, dixi qa formauit dubium de iudice citante Titium vt cõpareret cras ad certum actum: alioquin hinc ad decem dies compareret ad alium actum, erat dubium quando inchoaret secunda dilatio: an statim an finita prima. vide quod dicam j. ver. sed pone quòd causa.

e ¶ Libellis. De hac forma vide j. §. penul. ver. in summa.

f ¶ Inter alias. & est xiij. primi libri

g ¶ Exceptionis. Per Ber. quod ibi vide in fine magnæ gl. & idem etiam no. j. titu. ij. §. edicto. ver. vt autem. & in fine.

h ¶ Opponūtur. i. opponi possunt. Potest enim re⁹ differre si vult: vt s. et ex quo author vult hūc casum disputari patendum est, & ad partem superiorem facit q̃d terminus, de quo s. ad hunc finẽ dabatur, ne protraheretur contestatio, & per cõsequens causę determinatio. de excep. pastoralis. in prin. Sed si post terminum audiatur, eludiẽ iste finis, vel effectus, cõtra verba & mentem decre. illius, φ sentiendum non est. extra, de mat. contrahen. c. j. vbi concor. in gl. penul. Item speciale est in exceptiõe excommunicationis, φ lapsus termini illam proponi non impedit: vt in cle. de except. c. vno. ergo in alijs regula decret. pastoralis. manet salua. Item φ põt litẽ contesta. potest termini lapsus quo ad dilatorias excludendas: vt patet in decre. inter monasteriū. de re iud. & in præ. c. pastoralis. & q̃d nou põt cõte. nõ põt terminus: vt in præ. cle. patet. & no. in glo. pe. sed cõstat illas exceptiones in vim dilatorię post cõtestationẽ opponi nõ posse: vt s. ergo nec post terminū. Itẽ ex quo illæ priuilegiatæ habent conuenientiã, & similitudinẽ cum dilatorijs: ergo in censura, & disciplina cõuenire debent. de excep. cùm inter. ĩ fi. de sta. mo. recolẽtes. Induciẽ etiã φ priuilegiū illarū exceptionū, quod est cõtra cõmunes regulas, nõ est dilatãdū, sed iuri cõmuni cõformandū: dummodo aliquid cõlerat. de ver. signi. ex pre. j. & ca. dilecto. Satis autẽ confert, licet dicamus φ terminus illas ĩcludat. Datur enim vt faciat reus, q̃d ex priuilegio exceptionū põt. Nõ ergo derogat, sed exequitur, sed ad cõtraria multū facit φ termin⁹ datus fuit ad dilatorias: sed illę sunt perẽptorię: & licet ante litis cõtes. possint oppom. perẽptoriarū nomẽ tenent. quod probat tex. decr. exceptionis. ibi: nisi dec. & c. à regula ergo perẽptoriarū excipit illud: nisi ergo de pẽptoris loquiẽ, nec dat eis nomẽ dilatoriarū: alias in congrua fuisset exceptio. Itẽ resultat ex cõtrario φ idẽ esset dare terminū ad dilatorias, & peremptorias, q̃ veniunt ante lit. vel sic ad omnes exceptiões, quæ veniunt ante contest. litis, vel sic quæ illã impediūt, quam dare ad dilatorias tantū. quod sonat in absurdū: cùm verborū varietas habeat varia designare. de deci. ad audiẽtiam. de priui. si papa. lib. vj. C. de codi. si idem. Imputeẽ ergo illi, qui apertius loqui debuit. de reg. iur. contra eum. lib. vj. cū concor. Item ex eadẽ causa terminus datus ad ꝓponendas tales peremptorias, licet fortiores sint, non includet dilatorias: quia verba non sonãt. & per hoc non fateor quod s. dicebat, φ istum admittere, esset eludere terminum: cùm terminus nõ fuerit ad id datus. Et per hoc etiã ad alia sit rñsum. Nec fateor φ istud sit prorogare: imò est abbreuiare, si fine litis contest. negotium terminetur. Ad expeditionem enim litium hoc pertinet: vt in cle. de verbo. signi. sæpe. & post princi. nec sequitur: si non debet priuilegium dilatari: ergo includetur in verbis quæ id non sonant. ¶ Vt tamen condescendatur volentibus tenere primã, quæ non placet, præmitto φ ponderanda sunt verba exceptionum, vt satis nn. j. de exce. §. viso. in prin. propter quod dico φ q̃uis peremptoria licet priuilegiata post litem cõtest. habere non possit vim dilatoriæ: ante litis contest. puto φ habere possit vim vtriusq;, & quare secundum diuersas propositiones huius haberent locum diuersæ formæ pronunciationū: de quibus infrà de excepi. §. dicto. in fi. Et bene facit quod de appellatione, & excommunicatione subditur in duobus ver. hic sequentibus. Sic igitur proponens verbis vtitur, quibus faciat illam in effectu dilatoriam dicens: dico actorem non audiendum, vel ab agendo repellendum, vel meã litis instantia absoluendum, vel rescriptum non valere: quia peremptoriam talẽ tacuit. vel verba similia. cùm ipse proponat illam vt dilatoriam, possit locum habere primū dictum cum suis rationibus. Si verò licet ante litis con

vel aliqua exceptione cõtra,app.proposita,si post litẽ contestatã in positionib⁹ negas appellatũ fuisse,satis potero admitti ad probandũ: cùm dicẽdo post litẽ conte.nõ esse appellatũ: perẽptoriè excipias cõtra libellũ meum,& contenta in eo. At probationes exceptiõis peremptoriæ nõ cogitur quis ad curiam secũ ferre,nisi ipsum arctet ad hoc citatio specialis.C.sen.rescin.nõ pos.l.ij.C.de except. præscriptionẽ.& l.seq.& sic obtinuit.& de hoc no. do.meus extra,de appel.c.j.¶Sed dices,quare hoc casu admittar ad probandũ appellationẽ,eũ lit.cõtesta.facta sit coram papa,siue eius auditoribus,qui iudex ordinarius est omnium: vt ix.q.iij.cuncta.extra,de priuile.antiqua? Respondeo,nõ admittar quãtum ad hoc vtrum causa in curia sit tractanda,vel non:quia quantum ad hoc debuisti hoc ante litem contestatã proponere:& tibi imputes quia tũc nõ dixisti: vt iij.q.vj.§.exceptio fori.& c.pulsatus. & extra,de re iudi.inter monasteriũ.sed admittar quãtum ad effectum appel.vtrũ videlicet reuocari debeant attentata post eam,secundùm ea quæ not.s. de appel.§.nouissimè.& de execu.sen.§.j.sed & si de excõmunicatione in curia excipiatur, vt agens ab agendo excludatur,non dabitur dilatio ad probandũ in prouincijs,sed in curia intra octo dies debet probari: vt extra,de offi.deleg.prudentiam.§. vj.& de exceptio.pia.lib.vj. Et potest esse rõ: †Nã cùm debeat ferri in scriptis,& de hac scriptura sit parti copia facienda,vt extra,de sen.exc.cùm medicinalis.§.j.& de treu.& pa c.j.& xj.q.iij.curæ. satis põt huiusmodi scripturã ad curiã secum ferre. Sed certè & sine scriptis lata tenet: vt in præ.c.cùm medicinalis.§.superior.vnde melior ratio est in omnibus dilatorijs,vt nõ debeat super ipsarũ probatione,extra curiã dilatio,seu remissio dari. Nã per hoc nullũ fit præiudiciũ in principali. Secus autẽ vbi excõmunicatio in modũ perẽptoriæ proponit: puta si dicit electio,vel prouisio,vel sñia,vel processus,vel scriptura,vel cõtractus,vel aliod hmõi, nõ tenere:qa factũ est de excõicato,vel ab eo.& sic de alijs perẽptorijs,cùm in hoc magnũ versetur præiudiciũ:qa hoc probato,apparet præmissa non tenere. Hæc probent C.de preci.Impera.off.quoties. extra,de priuile cùm olim essemus.§.j.ibi: vt apud sedẽ apostolicã probarẽt quæ vellent,&c. In perẽptorijs ergo dabit remissio:cùm in eisdẽ grade versetur præiudiciũ,& sic difficile testes ad curiã, vel ad aliũ locũ remotũ ducere: vt extra,de fideiuss.cõstitutus.ver.præterea difficile foret,&c.qa nec tũc dantur tantũ octo dies ad probandũ.¶†Nota[a] q si per iudicẽ,vel testes,vel propter proponẽtis infirmitatẽ non põt probari exceptio excõmunicationis intra octo dies,vel propter fraudem aduersarij,vel propter aliã iustam causam:nõ curret hic tempus:vel saltem iudex prorogare põt.arg.ff.de re iudi.l.ij.in aut.de his,qui ingre.ad appel.§.j.ij.et iij.colla.viij.¶†Sed[b] nunqd current isti octo dies ipso iure:licet eos iudex excipienti non præfigat adeò,vt ipsis elapsis procedi possit in causa? Et videtur q non:quia talis terminus est à iudice assignãdus.extra,de offi. delega.prudentiam.§.sexta. Dic contra:quia terminos iste à iure statutus est. Vnde licet iudex eũ non assignet:tñ ex quo exceptionẽ admittit,debet statim excipiens suas probationes inducere.& hoc satis innuit prædicta constitutio, pia.§.proinde.[c] ¶†Sed quid si intra hoc tẽpus excipiẽs testes suos producit qui iurant, & examinantur, eorum tamẽ dicta non publicantur,nec super exceptione pronunciatur intra illud?dicũt quidã[d] q excipiens est condemnandus,quasi non probauerit,& iudex possit in principali procedere:qa præ. cõstitutio dicit q intra octo dies probet apertissimis documẽtis:alioquin iudex in cã procedat,& reum in expẽsis condẽnet.at hoc nõ probauit q appareat: & sic verbũ illud,apertissimis docuimẽtis,innuit q intra illud tempus debent probationes publicari, & sup exceptiõe pronũciari. ¶†Non enĩ dicunt apertissimæ,quæ nondum apparẽt. To dic q post hoc tempus reus petens publicationem,& sententiam,audietur:nec condẽnabitur in expensis. Fecit enim qđ in eo fuit:sed publicari, & pronũciari nõ in eo,sed in iudice erat. Publicatio enĩ est articulus per se:vt extra,de proba.quoniã.qui fieri debet partibus præsentibus: vt suprà,de teste.§. satis vtiliter. in princip. ¶†Nec publicatio,vel sententia probat: sed probatum declarat. Item constitutio, pia indocta est contra malitiosè excipientes: vt patet ibi in prin.at hic nulla malitia apparet. ¶Præterea totũ tempus illud cedit excipienti, adeò q vltima die termini,vel hora potest suas probationes inducere vt ff.de adulte.pater.§.sexaginta.& l.is,cuius.§.ex senatusconsulto.ff.de verbo.obli.qui ante calẽdas. ff.de suc.edi.l.j.§.qđ dicim⁹.& no.extra,de test. in causis.& secundũ papã & do.meũ in prædi.c.pia. vñ quia beneficiũ iuris nõ est sibi subtrahendũ,nõ habet necesse intra illud facere publicari,& pronũciari.xxviij.di.de his.& vide s.de teste.§.qualiter. versicu.is quoq.¶Sed cùm præ.constitutio,pia.dicat intra octo dierum spatium: querit an. octauo die poterit probare. Et dicũt papa & do.meus q sic & iam suprà proxi.dixi.[e] ¶Sed nũquid eo ipso q quis petit absolui,probatur excommunicatus. De hoc infrà de probati.§.videndum.versicu. sed nunquid. ¶†Deliberatoriæ[f] sunt, quæ dantur ad deliberandum reis, vtrum velint cedere vel contendere.& sunt xxv.dierum.iij.q. iij. offeratur. Interest enim nostra,ne homines præcipitẽtur,quandiu iuste deliberant,ff.de iurisdic.omn.iudic.& quia. Aliquando verò plurium,secundùm locorum distantiam.extra,de procura.dilectus. Aliquando etiam denegatur:puta si potuit instrui ex tenore rescripti apostolici in citatione inserti.extra,c. præterea. vel aliquo alio modo.ff.quod vi aut clã.semper.§. fi.ff.de contrahẽ.emptio.hæc venditio.ff.de re iud. debitor.& l.iiij.& secundùm Ioan.& Go.hęc non habent locum in criminalibus.[g] Domin⁹ meus cõtra:quod dic,secundũ eum,vt no.in Summa,eo.ti. §.j.[h] Et possunt abbreuiari vel prorogari[i] iudicis arbitrio:†[k] nos tamen quandoq sic hunc terminum damus. Assignamus tibi talem diem ad deliberandum:& si deliberaueris contendere,eadẽ die respondeas libello:vel causas,quare respõdere nõ tenearis,assignes. Hoc autem ideo facimus,vt reorum malitijs obuiemus: qui die ad deliberandum assignata venientes,dicũt se velle cõtendere:petentes aliũ terminũ ad proponẽdas exceptiones. arg. pro eis l.di.põderet.rñ.j.de pœ.di.iij. inter hęc lin cũ.§.j. Secundũ hãc ergo assignationẽ,vel tũc respondebunt,vel suas exceptiones dilatorias proponẽt. ar.tamẽ cõtra:qa vna dilatiõe pendẽte,alia assignari non põt,vel duæ simul:imò iudi.officiũ cõquiescit.extra,de app.significãte.C.de dila.siue ps. Sed

test.j.proponat istam in vi peremptoriæ concludendo actori perpetuum silentium imponi,vel se ab eo quod petitur absolui,vel diffinitiuè pronũciari ipsum ad id,quod actor petit,non teneri,vel his similia:tunc loc⁹ sit secundo dicto,vt terminus huic,quæ peremptoria est,& vt talis proponitur,licet priuilegiata sit in tempore proponendi,obstare non possit. Nec absurdum esset numerare hũc casum inter multos,quib⁹ diffinitiua sup principali lite non contestata profertur: licet contrariũ colligatur ex verbis Ber.& authoris suprà positis, & ad quẽ sopra remisi. & ex eo quod dicit infrà,de senten. prolat.§. nunc videndum.in fin.j.responsio.quod tamẽ vt ibi dicam,respõsionem recipit. Itẽ negari non potest, quin sententia,quã formauit Ber. posita ad finem glossæ, ad quam supra remisi, & de qua in præalleg.§. dicto. ante finem sit diffinitiua. quod ergo debent cautius esse &c. intelligam ad omne dubium opinionis euadẽdum.

A D D E, quòd cum hac additione Ioan. Andreę trãsit Abbas in d. c. pastoralis. & multas exceptiones, quæ impediunt litis ingressum.post Bart. enumerat Alexander in l.cùm quæreretur.in apostilla, ff.iudi.sol.

a ¶Not. Secundùm Innocen.in decreta.pia.vt ibi scripsi soper versicu.octo dierum.

b ¶Sed.versi. Ægid. infrà post prin.

c ¶Proinde. Hoc sciat quòd dies feriati in talibus dilationibus computãtur.C.eo.siue pars. & de ferijs.l.j.

d ¶Quidam. Vt recitat Ægid. xxxij. rubri.in fine cuius ad literam fuit istæ ver.& tenet quod sequitur.

e ¶Dixi. Quare repetiss.

f ¶Deliberatoriæ. Hæc xiiij. species authoris fuit vt prędixi,Tan.& Hostien.iiij.sed Cyn.ij.qui de hac dicit.quòd quandoq datur in principio causæ: vt cùm editur actio.ff.de eden.l.j.in principio.& cùm fiunt interrogationes ante litem contestatam.de his infrà de interrogationibus quæ fi.ante litis contestat. Quandoq datur in medio,cùm de positione tunc facta dubitatur, & de hoc infra versiculo,dubitatoria.dicit etiã quòd si reus statim recepto libello respondere vult,deliberatoria non dabitur:cùm enim in sui fauorem detur,illi renunciare potest.C.de pactis.si quis in conscribendo.de regu.ad apostolicam. Dicit etiam quòd ista deliberatoria sæpius dari poterit cum causæ cognitione,de qua ff.de iure deli.l.iij. An autem detur ad quærendum aduocatum:& consilia amicorum,author ponit sub specie,quæ sequitur,quæ sub ista ponebat Cyn.

A D D E, quòd nec datur deliberatoria, si in citatorio est insertus libellus secũdùm communiter Legistas in aut. offeratur.C.de lit.cõte.& cano.in ca. ij. extra,de dilationibus & dilationes deliberatoriæ iden suot de substantia iudicij: q earũ omissio est potent ad reddendum iudicium nollum, eũ petuntur: vt voluit gloss.xvij.q. iiij.vxor felicis. glos.in cle. sæpe. in verbo,necessario.de verb.sig.

g ¶Criminalibus. Ratio istorũ, qa accusatus debet esse certus, an sic reus vel non. Facit extra, de rescriptis. ab excõmunicato. Sed,vt dixit Hostiẽ.saltem circa personam accusatoris, an repelli possit, deliberare habet. ibi vide.

A D D E quod Abb.in d.c.ij.de dilationibus. dicit q in criminalibus si ĩ citatorio est insertus libellus,& re⁹ habuit tantum tempus quòd deliberare potuit, tam sup principali,quàm super substantia libelli: q nõ sunt dandæ deliberatoriæ, saltem magnificæ. aliàs secus. Et hoc dicit esse de mẽte Hostien.ibi,de quo & p Bal.& Sali. in d.aut. offerat. & Bal.in l.j.C. q accu.nõ pos. do. Anto.in c.j.de litis contest.

h ¶§.j. Ioan. illud nota.iij. q̃o.ij. in summa. Goffr.in Sum.huius titu. §.sunt & ĩducitæ. Sed ipse Ioã. no. contrarium ij. q. viij. per scripta coocord.hoc vt scripsi eo.titu.præterea.super ij.glo.in prin.

i ¶Prorogari.Contra C.eo.titu.l.fi.Solue vt ibi nota.s.sine causa prorogationem fieri non posse:cum causa potest.& id tenet etiam Pla. & Simo.allegat l.nonnunquam.de iudi.ff.de re iudi.l.iij.

k ¶Arbitrio.Super quo vide s.de cita.§.nunc de temporum.in fi. & qđ ibi dixi.& idẽ Ægid.vbi s.nec ipse Ægi. contrarius authori in eo quod dicit illat non esse in vso,intellige sub hoc nomine.Nam,vt dicit,reo va

iudico

niente offert libellus, & dantur induciæ ad respondendũ: tunc deliberat.

a ¶Significante. Vide quod ibi not. in iij. glo. & quod super ea scripsi.
A D D E, vt per Bart. in l. ij. ff. de re iud. & Præpositum sancti Ambrosij in d. c. significante.

b ¶Dies. Si statutum vel commissio diceret à tempore litis contestatę: tũc de momento ĩ momentum à tempore cõtes. litis curret illa dilatio. Si verò diceret à die contesta. litis: tũc dies cõtestationis, excluso per monosyllabã. de quo remis. dedi ã. de citat. §. viso. ante finem. totũ tẽps dilationis habebit. ad vtrãq; partem. sufficiũt no. j. de appel. §. restat. ver. sed nũquid dies. Et sic intellexisse puto dominũ meũ in legibus. in quęstione, q̃ incipit pone verba. qui vltra allegata in præ. ver. induxit ff. quando dies vsusfruc. vel lega. ced. l. vni.

dico q hic nõ præfigitur ad duo, sed ad vnũ tm̃. cũ enim datur terminus ad deliberandũ: hoc implicatur: vt si deliberauerit contẽdere, veniat responsurus libello, vel dicat causam cur respondere nõ teneatur. arg. extra, de rescri. si q̃n. de test. co. c. ij. Est & alia deliberatoria, quæ competit pro hæreditate adeunda, vel nõ. & hæc si indulgetur à principe est annalis. sed si à iudice, est ix. mensiũ. C. de iure deli 20 be. sancimus. §. sed quia. ¶†Sed pone, duos libellos offers corã iudice: in vno petis q aliquod collegium cogatur seruare sententias in ipsum latas: quas te non recipiunt. Item petis eos de irregularitate puniri: quia excommunicati se diuinis temere ingesserunt: in alio vero libello petis eos cogi, vt te recipiãt: iudex præfigit, capto diẽ Lunę ad docẽdũ sentẽtias fore iniustas: diẽ iouis verò ad deliberandũ sup scd̃a parte libelli: diẽ aũt sabbati ad proponendũ exceptiones cõtra secundũ libellũ: nũquid valẽt tales termini? Rñdeo, nõ videtur: vt in præ. l. a sitte pars. & in præ. decr. significante[a]. Cõtrariũ tamẽ obtinuit, quia diuersæ erãt cãæ, & ideo diuersi termini eodẽ tpe dari potuerunt. ff. de mino. etiam. 21 ¶†Sed pone q causa intra xv. dies[b] decidẽda mãb datur: nunq̃d tũc induciæ xx. dierũ cõcedent? Rñ. c papa ito. extra, de offic. dele. de causis.[c] q in præsen 22 ti casu dilatiões nõ afferunt, sed arctant. ¶†Præparatoriæ sunt quę dant post lit. cõtest, & etiã añ: v. q. ij. si primates. volẽti per testes, vel instrumẽta pbare, ad quęrẽdos testes: vel instrumẽta præparãda vel aduocatos inueniẽdos, vel cõsilia amicorũ petẽda. vt ã. de pparato. iud. & sunt in cã criminali ad minus sex mensiũ: ad plus verò vni[9] anni. Sic põt d intelligi iij. q. iij. de iducijs.[d] In ciuili verò sunt triũ mensiũ, si probatiões ex eadẽ ꝓuincia postulent. Si verò ex cõuicinis prouincijs, vel insulis, modico e aut nullo freto[e] distantibus: vt ff. de ver. ob. notionẽ. §. cõtinẽtes. erũt sex mẽsiũ: si ex trãsmarinis. ix. vt iij. q. iij. §. spatiũ. C. eo. l. j. & l. fi. & hæ dant tam actori, q̃ reo: tã accusatori q̃ accusato, secũdùm f acc.[f] & Gof. xv. q. ij. si aũt. ¶†Circa inducias pro 23 q̃rendis aduocatis nota q si reus aduocatũ cõduxit & q̃nq; cũ eo in iudicio cõparuit, & postea eũ habere nõ põt, imputet sibi, q talẽ cõduxit. Si verò non dũ cõduxit, dãda est dilatio ad quęrẽdũ aduocatũ: nõ tñ sæpe, si id malitiosè petat. Sic intelligo extra, vt lite nõ cõtest. c. j. & de do. & cõtu. ꝑut. C. de po g stu. velamẽto.[g] ¶Dubitatoria est, si forte facta po h sitiõe, qs[h] dicit se dubitare, & petit dilationem: & hoc cõmittit iudicis arbitrio, cùm nõ sit lex diffinitiua. ff. de inter. ac. qui interrogat. & l. seq. extra de i offi. dele. c. de causis. infrà deposi. §. vj. ver. Itẽ no.[i] ¶Probatoria est quæ datur volenti probare de iu

A D D E, vt per Præpado. Anto. de sancto Georgio in c. significante. extra, de appel. Ange. consi. ccc. incip. Paulus Condoni.

c ¶Causis. Vide quod ibi not. etiam Ber. in j. glo. & quod sup ea dixi. & de appel. super eo. ij. & vide j. de senten. prola. §. nunc videndum. versic. illud autem scias, q Lambertus de Rãponibus disputauit hanc quæstionem. & incipit, statutum est. ad partem quòd dilatio iuris sit danda, inducit multa iura. Primò l. petendæ. in fi. C. de temp. in integ. re. vbi reo datur dilatio, ẽt metas excedens. Secundò, mislum inducit l. vlti. eod. titu. coniunctam cum l. intra vtile. in princ. ff. de mino. Tertiò inducit l. si quis filius. C. de inoffic. test. iunctam cum l. contra maiores. eodem titulo. Quartò l. quinquenniũ. ff. de adulte. Quintò, l. oratione. ff. de ferijs. Sextò C. de iudic. properandũ. §. si autem in medio. Septimò, vt omnes tam ciui. q̃ milita. l. vni. in fine. Octauò, de inuentario. C. de iure deli. l. fi. §. si autem locis. Nonò, quod nota. ff. de fer. l. j. §. differre causæ cognitionem contemplatione testium. Decimò, in authen. de his, qui ingredi. §. si verò neuter. Vndecimò, inducit propter absentiam sæpe solennia relaxari. ff. de iudic. l. si longius. & l. ij. §. pen. ex qui. cau. in pos. ea. in hoc autem. & illud generale, probationum facultatem non angustandam. C. de hære. l. quoniam. in fin. & l. j. C. hoc eod. titu. Ad contrarium inducit primò eandem l. petende. in princi. Secundò, quia communis est prohibitio litigatorum & iudicum, ne excedant, &c. C. de iudic. properandum. circa princi. & quod in d. l. no. de soluto per sententiam latam post metam, quod repetitur. & q talia etiam de consensu partium non prorogantur. C. de legi. non dubium. & de iur. calum. l. ij. §. sed quia. Item q habetur in authen. de resti. §. j. & §. quia verò. Item C. vt intra cer. tem. l. j. & ij. & videtur expressum eod. tit. l. vlti. ibi: nec vlla occasione &c. Item si dilationes iuris dari deberent, derisoria essent talia statuta, vel tales commissiones. Soluebat, dilationes abbreuiandas. Allegat Azo. in Sum. huius tit. in princip. subdit tamen, quòd si ęstimauerit iudex dilationẽ dandam, quæ excedat metas ex iusta causa: id poterit prius. allegata. & no. quia non loquitur disputãs de termino dato ab homine, sed à statuto. hoc dico propter id, quod post Hostien. dixi in præ. decre. de causis. super j. gloss. de termino dato ab homine. circa quem etiam vide termino per partes apposito in compromisso, vel dato à delegante. quod no. Cy. in præ. l. petendæ io vlti. quæstione.
A D D E, quæ scripsit Pau. de ca. in l. j. ff. de re iudic. & dom̃. Ant. de sancto Georgio in c. cùm sit Romana. extra. de appel. Alexan. in l. properandum. in prin. C. de iudi. Abb. in c. de causis. §. allegato.

d ¶Inducijs. Vbi de his. & C. eo. tit. l. j. & extra, eo. ti. c. ij. vbi vide.

e ¶Freto. Fortè maris spatio. Vnde Versus; Cùm fremit, esse fretum: mare dicas cùm sit amarum.

f ¶Secundùm Acc. in præ. l. fina. & Gof. in Sum. eodem tit. ver. spatium.

g ¶Velamento. in præ. c. j. not. De hoc in iij. gloss. quæ incipit, si aliquis. & quod ibi not. refert Cyn. in l. ista, velamẽto, tenuisse Odof. Gul. de Suza. in l. j. C. eodem titulo, licet q si aduocatus infirmatus est, vel in legationẽ suæ ciuitatis missus: si creditur infirmitas vel legatio parum duratura, expectetur. aliàs quæratur alius aduocatus. l. pe. §. fin. ff. de vacatio. mun. facit ff. de iudi. si longius. C. in qui. ca. tu. ha. tut. detur. l. j. & Insti. de excus. tut. §. item si Reipublicæ. Super infirmitate autem credetur medicis. C. eo. libr. xij. de remissi. semel. & patet extra, de homi. significasti. ij.

h ¶Quis actor vel reus. Hæc enim est vtriq; communis contra positiones alterius.

i ¶Not. Et ver. seq. & ver. sed nunquid. &, vt prædixi, hoc inseruit Cy. litigatorum, quæ est ad incipiendam litem per contestationem: ad quod non tenetur reus, nisi prius satisdet actori, secũdũ aut. quod fieri. C. eod. sed nõ insto: quia hoc hodie nõ seruatur: vt patet j. de satisd. Item hic sequitur de probatoria, in qua multùm instat Cyn. quærẽs de tribus. Primò, quę requirantur ad hoc vt detur. Secũdò, quo tempore moderetur. Tertiò, quoties concedatur. De primo videbit iudex, quid ille vult probare. quod si est impertinens, vel impossibile, vel calumniosè dilatio iure petitur. Cùm probatio sit perempta, illam denegabit. aliàs concedet, eam moderando secundùm qualitatem probationis, & loci distantiam de qua requiritur probatio. Dic secundo dicit moderationem fieri secundùm distantiam loci, & conditionem personarum, & qualitatem causæ. Arctare enim poterit illas tres species dilationum, de quibus in ipsa l. j. C. eod. titu. & iij. quæstio. iij. §. spatium. Vt enim ex litera patet, lex illa non dicit simpliciter tantùm dilationem dandam: sed dicit, non amplius dandam. Cui concor. l. vlti. eod. titu. Hoc etiam scripsi in decreta. vltra tertiam. vbi statim remittam. Vnde lex iij. C. eo. dicit, quandoq; integram dilationem dari, quandoq; eius partem tantùm. Et aduerte quia author breuiter hic assistit ei, quod recitat ibi Cynus post Pe. improbando Innocentium. quem dicit voluisse habẽtem testes in prouincia, & extra prouinciam, & vltra marinos, pro singulis habere sua tempora integra. quod est dicere tres menses pro primis, sex pro secundis, nouem pro tertijs: & sic xviij. mẽses. quod esset absurdissimum. Confundentur ergo dilationis, & tempus in tempore computabitur. Hoc ergo voluit author recipiendo id quod plus potest extendi. Super hoc autem vide quod clarè scripsi, ponẽs quo casu vtrunq; dictum procedere potest. de testi. vltra tertiam. sub vj. q. in tertio, quod Cynus prosequitur, scilicet quoties detur dilatio probatoria. Circa quod prosequitur materiam l. vltimæ. ff. eo. sufficiat remissio ad eum. & ad not. suprà de teste. §. qualiter. & dicetur infrà, de proba. §. ij. & scripsi extra, de testi. in causis. & vide infrà §. videndum. in princi. Subdit etiam Cyn. pro quinta specie dilationẽ allegatoriam: sic dictam, quia datur ad allegandum quod fieri debet C. de iudic. l. iudices. & hæc datur iudicis arbitrio, si partes sunt præsentes. si absentes, obtinet aut. iubemus. ibi posita. Sic ponit ad literam. Mihi sufficit remittere ad ea, quæ plenè scripsi infrà, de dispu. & alleg. in princi. subdebat Cyn. de dilatione expectatoria: quia datur ad expectandum. quæ secundum eum datur quandoq; præsenti in certis casibus. vnus in aut. de fideius. §. j. Secundus. C. vbi in rem actio. l. ij. Tertius, C. vbi de cri. agi oportet. aut. qua in prouincia. quandoq; absenti actori. C. quomodo & quãdo iud. aut. qui semel. & reo. eo. titu. ad peremptorium & l. seq. C. de iud. properandum. §. si autem reus. In iure nostro habemus multas tales iudiciales, & extraiudiciales: vt lite non contest. quoniam. §. si verò aliter. cum sua glo. de cle. non resi. ex tuæ. de spon. in præsentia. de frigi. laudabilem. & vj. lib. de consue. c. fi. de elec. c. j. & c. vbi periculum. ver. hoc sacro. & c. cupientes. §. quod si. & clemẽ. de hæreti. c. j. post prin. sequitur secundum authorem & Cynũ de diffinitoria, quam tamen alter ponit Cy. quàm author, s. pro termino, quem iudex partibus ad diffinitiuã audiendã facta cõclusione: &, vt dicit, neutra parte veniente illã non ꝓferret. ff. de re iudi. de vnoquoq;. vtraq; verò præsente verè, vel altera verè, altera interpretatiuè illã ferret, vt ibi no. C. qũo & quando iudex. cõsentaneũ. & necessaria est talis dilatio, etiam in his, in quib[9] procedit simpliciter, & de plano: vt in cle. de verb. signifi. sæpe. ad finem. ver. sententiam. licet in illis non sit necesse exprimi peremptorium. vt ibi. Est & secundùm Cy. octaua species iudicatoria: hanc author vocat executoriam, de qua statim sequitur. & de illa intellexit Cy. in qua non insto, maximè ꝑpter remissionẽ quã dat hic finis. Addit demũ Cyn. de appellatoria, & persecutoria, de quibus statim sequitur.

a ¶Spatiũ. Putat Gul. de Suza. ꝙ licet de dilatiõe ix. mensiũ tam modicũ superſit, ꝙ habẽs dilationẽ, q nõ miſit vltra mare, àmodo mittere non poterit, nõ tñ ꝓcedet iudex ante finẽ dilationis, niſi prius ex iuſta cauſa dilationem abbreuiet. Pro materia remitto ad decre. cõmiſſa. j. reſponſo. de rele. li. vj. Sed an illa ſit iuſta cauſa decurtãdi, nõ dicit. Ego nõ video, ꝙ decurtatiõi ſit locus hoc caſu. Sed ſi iudex eſſem, ex hac iuſta cã a reuocarẽ, nõ obſtãte decre. cõmiſſa. q̃ b loquit̃ in mero termino iuris, & eius pœna.

b ¶C. penul. Et dic vt ibi.

c ¶Apud. Secũdùm Tanc. vbi ſ.
ADDE, pro hac materia do. Abba. ſic. & alios, præſertim nouiſſimè ſcribentes in d. decret. quod ad cõſultationẽ. extra, de re iudi. & aliqd p eundem Sicu. in c. bona fides. extra, de depo.

d ¶Nunquid. Et de app. cõcertationi. lib. vj.

e ¶Annus. Computandus: vt in cle. de appel. ſicut.

f ¶Supplicatio. De hoc infrà d̃ ſupplicatione.

g ¶Confirmatoriæ. Hàc præcedere debuiſſet infrà ꝓxi.

h ¶Quam ſit. De his plenius no. de elec. ſi electio. lib. vj. in glo. pe.

i ¶In cunctis. Et c. licet canon. li. vj. & cle. d̃ ęta. & qua. vt ij qui. & de offi. vica. c. vno. & de ſta. mo. ne in agro. §. cęterum.

re ſuo, & eſt ix. mẽſiũ. C. de dila. l. fi. iij. q. iij. §. ſpatiũ.[a] ¶ Diffinitoria, eſt in criali biennium. C. vt intra certũ te. l. ij. in pecuniaria triũ annorũ. C. de iud. ꝓperãdũ. extra, e. c. pe.[b] ¶ 24 †Executoriæ ſunt, q̃ dant̃ reis condẽnatis in ꝑſonali, ad ſatiſfaciendũ prius q̃ ſententia executioni mandet̃. & ſunt quatuor menſiũ. extra, de of. dele. q̃rẽti. C. de vſur. l. iij. extra, de re iu. qđ ad cõſultationẽ. ff. de iud. l. ſi debitori. Sed hęc nõ habẽt locũ in reali actione: in qua datur modicũ tṗs iudicis arbitrio ei, q condẽnatus eſt ad rei reſtitutionẽ. Inſti. de offi. iudi. in prin. vel in cauſa criminali, in qua executio non differt̃ poſt x. dies, niſi in caſibus. Inſti. de offi. iu. in prin. & ij. q. j. ſicut. qđ dic vt in præ. decre. quærẽti. & xj. q. iij. cùm apud.[c] ¶ Appellatoriæ ſunt, q̃ dant̃ ad appellãdũ. & ſunt x. dierũ. ij. q. vj. anteriorũ. extra, de elec. cùm dilecti. in fi. de teſti. ſignificauerũt. C. de app. eos. in fi. et in aut̃. ibi poſita. & hæc nõ currũt ignorãti: vt j. de appel. §. reſtat. ver. ſed nũqd.[d] ¶ 25 †Proſecutoriæ ſunt q̃ dant̃ ad appellationẽ ꝓſequendã. & ſunt ann⁹,[e] vel ex iuſta cã, biẽnium: ſiue añ ſñiam, ſiue poſt appellet̃. extra, de app. cũ ſit Roma. ij. q. vj. ei, q. niſi iudex ex cã tṗs reſtitut moderet̃: vt in præ. decr. cùm ſit Romana. ¶ Supplicatoria, eſt x. dierũ. C. d̃ pre. Impe. offe. aut̃. q̃ ſupplicatio.[f] ¶ Solutoria eſt, quã executoriã diximus. ¶ Reſtitutoria eſt, ſi q̃s cõdẽnatus eſt mihi rẽ reſtituere. quã etiã executoriam diximus. ¶ 26 †Sũt & aliæ induciæ nõ iudiciales, videlicet ¶ Electoriæ: vt extra, de conuer. coniu. ex publico. ff. de opt. leg. mãcipiorum. extra, de ele. ne pro defectu. ¶ Aliæ cõfirmatoriæ[g]: qa electus à tpe cõſenſus debet intra tres mẽſes petere cõfirmationẽ: vt i cõſti. Grego. x. de elec. quàm ſit. li. vj. ¶ Aliæ, quę dantur electo ad cõſentiẽdũ, ſ. vni⁹ mẽſis: vt in e. c. ¶ Aliæ, q̃ dant̃ ad petẽdũ cõſecrationẽ, & palliũ, quę ſunt triũ menſiũ: vt c. di. qm̃. & lxxv. di. qm̃. de qbus dicã in præ. cõſti. quàm ſit.[h] ¶ Aliæ experitoriæ. extra, de frig. et male. laudabilẽ. ¶ Aliæ ordinatoriæ. extra, de elect. cũ i cũctis.[i] ¶ Aliæ præparatoriæ. de qbus habet̃ extra, de app. præterea. ¶ Aliæ pœnitentiales:[k] q̃ arbitrariæ ſunt. xxvj. q̃o. vij. tpa. extra, de pœ. & re. c. ij. Alia cõſtitutoria, ſi cõſtituiſti te ſoluturũ x. vel ſpẽm preſtaturũ, nõ adiecto die. ſtatuitur enĩ modicũ tṗs nõ min⁹ x. dierũ. ff. de cõſti. pecu. ꝓmiſſor Stichũ. §. j. ¶ Alia emẽdatoria, ſ. dãni infecti ſcđm cõſuetudinẽ loci, ſi nõ ſit cõſuetudo, cõmittit̃ iudicis arbitrio. ff. de dã. infec. dãni infecti. & l. ſi finita. in prin. ¶ Alia excuſatoria, ſ. ꝙ is, qui dat⁹ eſt tutor, ſe põt excuſare intra quinquaginta dies. Inſti. de excu. tu. §. q aũt. ¶ Alia inuentoria, ſ. q̃ dat̃ ad inuẽtariũ faciẽdũ. & eſt lxx. dierũ, ſi res ſunt ꝑ̃ſentes. alioquin ann⁹. C. de iur. deli. ſancim⁹. §. ſin aũt. j. & §. ſin aũt. ij. ¶ Alia auxiliatoria, q̃ dat̃ ei, qui petit̃ in vaſallum ad q̃rendũ aduocatũ. ff. ex qb. cau. ma. ab hoſtib⁹. §. ſed qđ ſimpl̃r. ¶ Eſt alia, quæ dat̃ ex bono, & ęquo: & hęc eſt i arbitrio iudicis. ff. de verbo. obli. cõtinu⁹. § j. ff. de iur. delib. l. j. & ſic de alijs. 27 ¶ †Et breuiter no. ꝙ ius, ſiue iudex dat dilationẽ, ſeu præfigit terminũ quãdoq; ad teſtes ꝓducẽdos: vt extra, de ꝓba. licet.[l] extra, de cã poſ. & ꝓpri. c. ij. q ſi ſint le. lator. Qñq; ad dilatorias ꝓponendas: vt extra, de excep. paſtoralis. & C. eo. tit. l. pe. & fi. Qñq; ad perẽptorias ꝓponẽdas: vt j. de excep. §. nunc videndũ. ver. cęterũ. Qñq; ad ſolutionẽ faciẽdam: vt C. de vſu. rei iu. l. ij. & iij. Qñq; ad ſe purgãdũ: vt extra, de teſti. tã literis. Qñq; ad accuſandum & agendũ. extra, de accu. licet. q ma. ac. poſ. cùm in tua. C. qui ac. nõ poſ. ſi ea, quæ. extra de clã. deſpõ. c. fi. C. de inge. ma. diffamari. Qñq; ad intrandũ religionẽ. extra, de conuer. cõiu. ex publico. Qñq; ad optandũ legatũ,[m] ſeu eligendũ[n]. ff. de op. l. mancipiorũ. extra, de elec. cũ in veteri. Qñq; ad agẽdum. C. de inge. ma. diffamari. Qñq; ad ꝓſequendã appellationẽ, vt ſ. Qñq; ad conſecrandũ & purgandum. extra, de tranſla. epi. ca. ij. §. ſed nec. extra, de teſt. tam literis. §. deniũ. & ſeq. & in decr. Alex. iij. de ſacra vncti.[o] Qñq; ad negotiũ decidendũ. extra, de offi. dele. de cauſis. Qñq; ad exceſſus puniendum. extra, de offi. ord. irrefragabili. §. exceſſus. & §. cæterũ. Qñq; ad reſtitutionem petendũ. extra, de reſti. ſpo. frequens. lib. vj. Qñq; ad excõmunicationis exceptionẽ probandum extra, de excep. pia. li. vj.[p] Quandoq; ad litẽ cõteſtãdũ. ff. de peti. hęre. ſi quis libertatem. §. j. in fi. & C. de remiſ. pig. ſi eo.[q]

k ¶Pœnitentiales. Has Hoſtien. vbi ſ. vocat ſaluatorias.
ADDE, ꝙ dilationes pœnitẽtiales ſint arbitrarię. tex. in c. Deus qui. de pœni. & remiſ. Item ſacerdos plurimum poteſt prodeſſe ipſi pœnitenti circa huiuſmodi imponendas. per tex. diui Auguſt. in c. quem pœnitet. de pœni. diſtin. j. Abb. Sicu. in d. c. Deus qui. extra, de pœni. & remiſ.

l ¶Licet. Vbi de hoc in j. glo. & ſuper ea.

m ¶Legatum. Vel præbendam vacantem. de conſue. c. fi. lib. vj.

n ¶Eligendum. Seu prçeligendum. de poſtula. c. vno. lib. vj. & de præben. ſi pluribus. eo. lib.

o ¶De ſacra vnct. quam non habemus in vj.

p ¶Lib. vj. Qñq; ad probandã ipſi⁹ culpã manifeſtã. de ſen. exc. ſolet. lib. vj.

q ¶Si eo. Horum aliqua notauit Vin. de exce. paſtoralis. licet ſ. allegata ſint, & addiderim aliqua iura noua: proſequar tamen quo ad illam materiã inchoatam. & quia iſte ver. vltimus in prin. permiſcet dilationes iuris & iudicis, has concepi diuidere, de ſecundis primò tractando: & præmiſſo ꝙ papa qñ dat dilationes finituat gratiarum ſuarum. de reſcri. ſi gratioſe. & c. ſi propter. li. vj. facit eo. tit. c. fi. ſubdo ꝙ dilationes, quæ iure nouo iubent̃, vel permittunt̃ dari p iudices, habent̃ lib. vj. de elect. c. q̃uis. in fi. eo. ti. cùm ex eo. & c. vlt. de offi. ord. de arbi. c. fi. de reſt. ſpo. frequẽs. §. ſolet. de teſti. præſentiũ. §. teſtes. & §. ſi vero. de app. c. cordi & poſt hoc. eod. tit. legitima. de vi. & bo. cle. c. j. ver. ſi aũt. de præbẽ. ſi tibi abſenti. de cõceſſ. præbẽ. ſi capitulo. de re. ec. nõ alie. hoc cõſultiſſimo. in fi. de priui. cũ perſonæ. de ſen. excõ. c. cõſtitutionẽ. Ad idẽ clem. de ſta. reg. attẽdentes. in fin. & de iure pa. c. j. Itẽ per ipſa iura noua habemus dilationes ſine miniſterio iudicum. Et hæ qñq; ſunt vitatiuæ pœnarũ. Qñq; ipſarũ duratiuæ, Qñq; determinatiuæ caſuũ. De primo, de elec. vbi periculũ. §. in conclaui. & c. cupientes §. cęterũ. in priui. dec. q̃ ſit. & c. licet canõ. allegatæ ſunt ſ. de vit. & hone. cle. c. vno. in prin. de ſepult. c. j. §. ſi verò. de iure pa. c. vno. de cẽſ. exigit. ver. ſtatuẽtes. de hęre. cũ cõtumacia. de vſuris. vſurarũ. ver. ſed huiõi. & ver. quàm ſit. de iniur. & dã. da. & ſi pignorationes. in fin. de pœnis. felicis, in fi. de ſen. ex. c. j. ver. exemplũ. & c. quicũq;. ver. niſi. j. & ij. & in fi. Ad idẽ ele. de æta. & qualita. vt ij qui. de vi. & hone. cle. c. ij. ver. ſed & tales. de deci. c. j. ver. niſi poſt. de ſta. regu. ne in agro. §. cęterũ. de vſuris. c. j. verſic. eadem. Eſt & vna vitatiua ſequeſtrationis per poſſeſſionem triennij. in cle. de ſeque. ca. vno. De ſecundis dilationibus, ſ. duratiuis pœnarum. de ele. c. j. §. qui verò. & c. cupiẽtes. §. cæterum. poſt prin. vtrobiq; de ſuſpenſione beneficiorũ per triennium, cum aggrauatione. de ſuſpenſione verò annali, à diuerſis tamen actibus, loquuntur, de elec. peonida. in fi. de temp. or. eos. & c. fi. de offi. deleg. c. fi. ver. vtj aũt. de re iud. c. j. §. ſi quis. de triennio. de reb. ec. non ali. c. ij. verſi. et nihilò min⁹. de ſuſpenſione vnius mẽtis. de ſent. ex. cùm medicinalis. ver. ſi quis autem. De anno, & de ſex menſibus, in clemen. de vita & hone. cle. c. ij. De anno & biennio, de ſta. mo. ne in agro. §. ſi quis. & in his plus non inſto propter xxv. ſpecies ſuſpenſionum quas notaui in cle. de pœnis. cupientes. in magna gloſſ. Venio ad tertium ſcilicet de dilationibus iuris noui, quæ ſunt principal̃r ad determinationẽ caſuũ. & dictũ vel ad dictũ ẽ ſupra d̃ decr. vlt. de cõſue. de poſtu. c. vno. de elect. quàm ſit. & c. licet canon. & alijs clemen. coniunctis decre. frequens. verſicu. ſed ſi. de reſtitu. ſpo. de excep. pia. de ſenten. excommu. ſolet. de præben. ſi pluribus. ad fi. vltra quæ habemus de elect. c. j. determinatum tempus quo appellans in beneficialibus ad papam debet iter arripere, & ſe præſentare. hic ſtatim in ſtabo. cui conuenit ſuis caſibus decreta. cupienteſ. eodem titulo & quo ad illa duo concord. decreta. quamuis. de officio. ordi. Decreta. nemo. eodem titu. de elect. determinat tempus, quo durat commẽda parochialis eccleſiæ. Decreta. ſi electio. tempus eligentium, cùm prima electio non proceſſit. Decreta. j. & ij. de reſtit. in integr. determinat tempus reſtitutionis in integrum dandum eccleſiæ; cui conuenit cle. eod. tit. Decre. ſecunda, de præſcri. determinat dum tempora præſcriptionum cõtra Romanã, vel alias eccleſias. Decre. ab eo. de app. tempus petendorum apoſtolorum. cui conuenit cle. eod. titu. q̃uis. Decre. ſtatutum. de præben. tempus conferendorum beneficiorum in curia vacantium. Decretalis vnica de iurepatro. tempus præſentationum faciendarum per patronos clericos, vel laicos. Decretali. cor, qui. de regul. determinationem facit circa annum probationis. Quando etiam incipiat currere tempus datum in literis gratiæ ad acceptãdum, determinat ele. de con. præ. c. j. in fine. ¶Propter id quod ſ. dixi ſub ver. venio ad terminum de c. j. de elec. lib. vj. quæro ſi epiſcopus, à cui⁹ prouiſione appellatur ad papam: ſtatuit appellanti certum terminum ad proſequendum, vel ad aliquam proſecutionis ſpeciem, per id ſit receſſum à prouiſione illius decre. Et dicendum eſt ꝙ non: quia iam per hoc ſequeretur conſtitutionẽ papalem, per inferiorem particulariter tolli poſſe. quod eſt falſum: vt in cle. Rom. iu. de elec. cum concor. Item eſt certum ꝙ quando duo diſparis poteſtatis concurrunt ad idem, minor cedit maiori. extra, de offi. leg. volentes. de appel. ſi duobus. poſito ꝙ epiſcopo ius ignorare non liceat. Ad idem. ff. de duo. reis. l. ſi reus. de fideiuſſ. l. generaliter. Concurrentibus igitur termino, vel quod plus eſt, deuolutione iuris, & iudicis, cùm poteſtas iudicis pendeat à iure. ergo pater terminum, & deuolutionem iuris potentius operari, cum ſit primus agens, & iudex ſecundarius. Item à ponderatione temporis eſt etiam iuris terminus prius agens.

Dilationes

Dilationes concedere cuius sit.

SEquitur Videre q̄s concedat eas. Et q̄dē ius, vt patet in p̄.cōcor. verūtamē representatorias & reuocatorias, & exceptorias, & quasdā alias cōcedit iudex, vt in pre.concord. & breuiter omnes dilationes iudiciales, præter q̄ appellatoriæ arbitrariæ sunt: q̄d dic vt in Sūma do.mei eo.ti. § quis ipsas. & not. extra de app. cum sit Romana.[a]

S V M M A R I V M.

1. Dilatio petenda est & danda iudice pro tribunali sedente, cā cognita, & vtraq; parte præsente.
2. Processus nullus non potest ratihabitione confirmari.
3. Stipulatio iudicio sisti an cōmittat vbi iudex statuit terminum partibus quē postea ad petitionem rei prorogauit actore ignorante: qui actor cōuenit primo termino: reus autē nō, sed secundo.
4. Termino perēptorio ad dandū omnes exceptiones peremptorias dato: an eo elapso posit eū iudex prorogare.
5. Termino dilationis elapso, an posit iudex altera parte inuita alium assignare.
6. Reo volente aliquā dilatoriā pponere, quid actori incumbat petere.
7. Aut. auferatur. an per decretū pastoralis tollatur.
8. Iudex semper potest ante litis contestationem recusari.
9. Volens exceptiones proponere die ad eas proponendū assignata si terminus labat, & iudicis presentia nō posit haberi, qualiter se debeat habere.

Dilationes quando sint concedendæ.

FORMA. Non credo aliqd me actori debere. & si ostenderet, ex nunc propono exceptionem rei iudicatæ, vel pacti de non petendo, & huiusmodi. similiter fiet & in reali: quia dicet, nō credo me teneri ad restituendum id, quod à me petis. & si ostēderis rem, quam à me petis, esse vel fuisse tuā, obijcio præscriptionem, vel vsucapionem,[k] vel aliam peremptoriam conpetentem. Et q sic sob cōditione sit proponenda, probatur C. de excep. si qdem. §. fi. nec taliter proponendo, seu cōditionaliter excipiēdo, videtur cōfiteri de intētione aduersarij. ff. eo. l. nō vtiq;. extra, eo. c. cùm venerabilis. nec mētiri: quia mēdaciū punitur. C. de nō nu pe. aut. contra q propriā. vbi autē purè opponitur, videtur excipiēs fundare, & cōfiteri intētionē actoris. pponēdo exceptionē, nisi eam probet apertè, vt iam dixi: & probatur ff. de rei vē. officiū. ff. de cōfes. certū. §. sed & si fundū. quod clarè patet in eo, q dolo, vel aliter, quàm putat, obligat est ff. de inuti. stipu. dolo. & ff. de ver. obl. si qs cōditionaliter. Nam obijciēdo exceptionē doli, fatetur se obligatū: & sic fundat actoris intētionē, nisi pbet dolū in pmissione intercessisse: vt ff. de prob. quoties. §. q dolo. & idē in exceptiōe pacti & iurisiurandi, & alijs. & vide j. de positio. §. x. ver. sed pone, lite. ¶ † Licet hoc fallit in dote pmissa p dolū, ex qua pmissiōe nulla actio oriri pōt. ff. qd met causa. si mulier. §. si dos. ¶ † Sed & opponēdo exceptionē pscriptionis, q cuilibet obstat, vel vsucapiōis, nō videtur qs de intētione actoris cōfiteri, secūdùm Vber. de Bonacurso, & Vber. de Bo. qa dico iustū titulū à nō dño, quē putabā dñm, me habere. & me bonafide p cōtinuū triēniū, vel decēniū possedisse: q in vsucapione & præscriptiōe lōgi tēporis exigūtur. C. de vsuca. trāsfor. l. vnica. & Instit. de vsusca. i pri. i tricēnali nō exigitur titul, siue causa: vt no. C. de præscrip xxx. an. si qs emptiōis. Vbi ergo cōditionaliter perēptoria exceptio pponitur, nō vincet actor, nisi fundet, seu pbet intētionē suā: nre etiā ea fundata, si reus pbet intētionē. vbi vero purè pponitur, statim ex hoc actoris est fundata intētio. vnde vincet sine alia pbatiōe: nisi reus pbet exceptionē: nisi fortè diceret, has oppono exceptiōes, saluo iure meo: qa dico me fuisse absolutum. & sic actor debet pbare: qa ei, q dicit, & c. ff. de pba. l. ij. vj. q. vlt. actor. secūdùm Vber. de Bob. hodie tamē ferè cōmuniter petitio simpliciter negatur, & exceptio purè pponitur. nec aduocati multi hāc subtilitatem aduertūt: q tamē diligēter est aduertēda. Papa no. i præ. decr. c. cùm venerabilis. q excipiēs de pmutatiōe, nō videtur cōfiteri rē fuisse pmutātis: sed pmutātē nō posse cōtra pmutationē venire, vel rē permutatā repetere. Tuti tamē est, vt dicit, si sic dicatur: dico q res non est, vel nō fuit tua: sed & si tua fuisset, ex causa pmotatiōis in me trāstulisti: vt in præ. l. si qdē. ¶ † Sed nunqd p præ. cōditionalē respōsionē fit litis contestatio?[l] Puto q sic: vt habetur in præ. decre. cùm venerabilis. licet Ber. ibi no. cōtrariū. & dicā j. de lit. cōte. §. nūc dicamus. versic. illud etiā. sed & vbi purè pponitur exceptio perēptoria, dixit Vber. de Bona.[m] nō fieri litis cōtestationem principaliter sup actoris intētiōe, sed sup exceptione: qa actoris intētionē cōfitetur, & p cōfessionē nō fit litis cōtestatio. De hoc dicā in eo. §. versi. sed si re. ¶ † Quid si re, cui perēptoria exceptio cōpetit, negat se simpliciter teneri:[n] nunqd post litē cōtestatā volēs eā pponere audietur? Arg. q nō, in aut. de triē. & semis. §. studiū. C. de nō nume. pec. aut. cōtra q propriā. ff. de re iud. sed hoc ita. §. fin. extra, de pba. p tuas. Vber. de Bona.[o] dicit cōtra, argu. C. sententiā, rescindi nō pos. ad perēptorias. sed aduocatus faciat q reus protestetur eā de nouo ad eius notitiā peruenisse: ne eā pponēdo simpliciter videatur cōtrari sibi esse: & ne iudex reum reputet mēdacem, vel variantem, nec de cætero fidem adhibeat dictis eius, eo quòd id quod simpliciter negauit in

[a] ¶ Sciēdū est. verba sunt Vber. de Bochar. mihi xij. vers. sed in genere dico tibi.

[b] ¶ Pile. Vbi suprà vltra mediū. versi. itē pōt reus sic. & cōcor. V in. j. vers. sed qd si debitor.

[c] ¶ Si quidē. Exprimit Pile quo tex. illi legis hoc pbat ibi nā si de intētione dubitas, &c.

[d] ¶ Et seq. Vide supra §. pxi. ver. sed nūquid. & remissionē, q ibi est i fi. & j. ver. & nota.

[e] ¶ Dicitur. Dixit Pileus: qdā dicūt speciale est qd ibi dicitur. qd nō credo. subditq; fortè aliquid est ibi speciale quo ad pœnam inficiātis quasi non sit q quo ad potestatē asserēdi cōtrariū primo dicto, sit ibi aliqd speciale. To dic vt not. de re iu. null pluribus. lib. vj. & ff. eo. titulo. nemo ex his. & vide infra versi. qd si debitor. & quod statim subdam.

[f] ¶ Rei. secundùm Vbertū de Bo. cuius est totū qd sequitur vsq; ibi: nisi fortè diceret. & hęc i tit. de perēptorijs exceptionibus. versi. animaduertat.

[g] ¶ Intētionē. Hoc est falsum vt patet de regul. iur. exceptionē. lib. vj. Cuius regulę triplex ratio est: vt ibi no. Item certū est, q peremptoria nō sit lit. cōtest. c. ij. libr. vj. qd itellige, si pponēs stet in mētis exceptiōis: vt ibi not. i gl. antepe. Vnū noca qa æqtas, q mouit hic tenētes, nō succūbet: qa si non operatur exceptiōis pposítio: cōsequetur agēs p respōsionē ad positiōes suas, quas ad faciliorē expeditionē litiū p confessionē partiū, vsos lōgęus i causis adinuenit: vt in clem. de ver. sig. sępe. ver. & qa. ADDE quod Abba. i c. venerabilis. reprobās opi. Bar. i l. nō vtiq;. tenet opi. gl. i regula, exceptionē. de reg. iur. & i d. c. cùm venerabilis. s. quòd solùm excipiēdo nō sibi pīudicat ppones exceptionē. Et hāc opi. tenet Inn. ibi, & Bal. i l. decē. de ver. obli. Lud. tamē Ro. cōs. lxxvij. tenet q obijciens exceptionē cōpēsationis videtur fateri debitū, vt tenet Dyn. in c. nullus pluribus.

ADDITIO. ¶ Adde Bald. in l. cùm Papinianus. C. de sen. & inter. om. iu. i pe. col. ver. itē dicit. vbi an opponēs exceptionē cōpēsatiōis videatur fateri debitū. & qd si reconueniat. & eundē Bald. consil. xxxiij. incip. verba instrumēti. col. fi. ver. quęstio. in primo vo. vbi an cōpēsatio sit ppriè pbatio. Hēri. Ferrā.

[h] ¶ L. j. & iij. q incipit, si ex cautione. & ibi de hoc p gl. & Cy. & vide qd scripsi de solu. c. fi. in ma. glos. ver. nec mireris.

[i] ¶ Vber. de Bona. vbi s. dixi cōtra cū filia, q docēt mētiri. vide qd dixi de testi. ex tenore. sup iij. glo. & no. de cōfes. c. j. lib. vj. i j. gl. versi. scire debes.

[k] ¶ Vsucapionē. Nō video q exceptio præscriptionis, vel vsuscapionis includat aliquod ius agēti, vt statim sequtur. & sic in his nō est necessariū hoc cōsiliū, nisi diceret re pscripsi cōtra te. & sic loqtur qd not. in regula, excep. superius allega.

[l] ¶ Lit. cōtest. Vide quod dixi s. ver. proxi. in prin.

[m] ¶ Vber. de Bona. vbi s. versi. vbi aūt.

[n] ¶ Teneri. In hac forma non est expediens consilium Vberti, de quo sequitur, q procederet quando negasset mutuum, vel cōtractum. Constat autē eum, cui peremptoria competit, non teneri. de reg. iur. l. non est in mora. lib. vj.

[o] ¶ Vbert. de Bona. vbi s. in fin.

uit, postea excipiendo confiteri videtur, vt prædixi. ff. de vent. inspicien. l. j. circa princ. ff. de inter. ac. de ætate. §. ex causa. extra vt ec. bñ. c. vnico. ff. du iureiu. si duo patroni. rñ. j. & ar. ff. de re milit. nõ oẽs. §. à barbaris[a]. Qualiter aũt proponãtur exceptiones peréptoriæ litis cõtest. impedientes: & qualiter eis probatis iudex pronunciabit: dixi suprà §. proxi. ad fi. ¶ †Illud quoq; nõ est ignorandũ, q si reus proponat peremptoriã exceptionẽ: licet deficiat in eius probatione, nõ tñ condẽnabitur, nisi actor suã probet intentionẽ: vt extra de exce. cũ venerabilis. vbi licet pc. monasterij defecissẽt i pbatiõe ppositæ exceptionis, tñ monasteriũ nõ fuit cõdẽnatũ: quia eps nõ pbauit suã ĩtẽtionẽ. habet enĩ tũc locũ regula illa, actore non probante &c. extra de causa pos. & proprie. cũ ecclesia. extra de iureiuran. c. fin. ¶ †Super exceptione nõ numer. pecu. notandũ est q literarũ obligatio dicitur, quoties quis spe futuri mutui, vel futuræ numerationis, cõfitetur se pecuniam recepisse mutuo, quã in veritate non recepit, sed solam cautionem fecit aduersario suo: quo casu debet exceptionem non numeratæ pecuniæ intra bienniũ opponere[b]. Hæc probãtur Insti. de litera. obliga. C. de nõ nume. pec. in cõtractib⁹. C. de epis. audi. si præsens. in aut. col. vij. de ṗpe nõ solu. pecu. nisi forte in instrũ cautionis cõfessus fuisset se mutuũ accepisse, & etiã reddere promisisset: quo casu exceptio in factũ proponitur. C. de nõ nu. pecu. cũ vltra. Debet autẽ hæc excep. proponi præsente eo, cõtra quẽ proponitur, & in scriptis, & apud iudicẽ in præsentia testium rogatorum, hoc modo:

FORMA. Ego A. dico q cõfessio, qua cõfessus fui me recepisse à te decẽ mutuo, facta fuit spe futuræ numerationis, q̃ nõ intercessit: ideoq; ppono exceptionẽ nõ numeratæ pec. vel exceptionẽ in factũ, cõtra cautionẽ prædictã: quã ego ipse, vel etiã talis tabellio scripsit[c]. Idem quoq; iuris est in exceptione nõ solutæ dotis, licet sit diuersitas in tẽpore: quia si matrimoniũ minus duob⁹ annis durauit: regulariter opponit̃ hæc exceptio intra annũ soluto matr. Si autẽ durauit vltra bienniũ: nõ tñ vltra decenniũ põt opponi intra tres mẽses post solutum matrimoniũ. Si verò durauit vltra decẽnium: tunc exceptio nõ opponit̃. C. de dot. caut. non nu. l. vlt. aut. qđ locũ. Fallit hoc in minore. vt C. de tẽ. i inte. resti. aut. si minor[d]. ¶ †Sed quid si debitor negat sibi pecuniã numeratã fuisse, creditor verò contrarium probat, quod facere debet: vt C. de pba. l. j. nunqd debitor volẽs postmodũ dicere se soluisse est audiẽdus? videt̃ q nõ: vt in hoc puniat̃ ppter mẽdacium. ar. ff. de rei ven. l. fi. & in aut. coll. iij. de triẽ. & se. §. illud quoq;. C. qui po. in pig. hab. aut. itẽ si possessor. extra de solu. c. fi. C. de non nu. pec. aut. cõtra q propriã. Instit. de fideicõ. hær. §. fi. Iam enĩ cõfitetur se pecuniã recepisse, quod prius negauerat: ideoq; nõ videt̃ audiendus, tanq; contrarius sibi ipsi. extra de proba. p tuas. de app. sollicitudinẽ. vt ec. bene, vt nostrũ. C. de non nu. pec. generaliter cõtra. quia nemo prohibet̃ pluribus exceptionib⁹ etiã cõtrarijs vti. ff. de regu. iur. nemo. extra de præscri. veniẽs. & ar. ad hoc ff. de prob. cũ de indebito. in princ. Potest dici secundũ Vber.[e] q si ex ppria scriptura, seu ex proprio facto conuenitur,[f] nõ est audiẽdus: vt i primis cõcor. Si aũt ex scriptura, vel facto patris, vel alterius: tũc audiat̃: vt in cõtrarijs. arg. ad hoc i pre. l. gñaliter. & facit hoc quod not. s. depositi. §. octauo. ver. sed secundũ. ¶ Vincẽ. autẽ no. extra de solu. c. fi. q reus debet cautè rñdere, & nõ præcisè negare. debet enĩ respõdere, dubito, vel nõ credo me ad idẽ teneri. et postea poterit respondere actionib⁹, & vti exceptionib⁹. C. de proba. si quidẽ. nec enĩ tenet̃ semper præcisè negare, sed põt rñdere, dubito. arg. ff. de pet. hære. si debitor. qđ dic vt s. depoṡi. §. sed nunqd. & sic cauta est rñsio: & magis fatigabitur aduersarius secũdum eum, supra prope prin. huius §.[g] ¶ †Sed quid ecõuerso. pone enĩ q C. obligauerit se pro decem, qui paratus est soluere: sed eũm creditor hoc inficietur. T. debitor eũm super restitutione pignoris vocat in iudicium & corã iudice consignat, & deponit illa decẽ, pro- ceditur in causa: & creditor negat per iuramẽtum se mutuasse, & pignus se recepisse: debitor verò sufficiẽter probat intẽtionem suã: ideoq; creditor cõdemnatur ei ad pignoris restitutionẽ: nũc quæritur qd fiet de illis decẽ, quæ sunt deposita penes iudicẽ. nõ enim videtur dãda creditori: cùm iuratus dixerit sibi debita nõ esse: & sic omnis obligatio videtur sublata esse: vt s. in prin. huius titu. nec inuito beneficiũ cõfertur. lxxiiij. dist. gesta. Itẽ nec debitori: cùm in causa iurauerit, & publicè cõfessus fuerit se illã pecuniã debere, & sic suã nõ esse: p cõsequẽs, alteri[a]. ff. de pecu. Pomponius. §. sed & si is. ideoque videtur fiscũ debere ipsam retinere. sed sub iudice lis est. ¶ †Item aduocate actoris, cõsidera[h] an reus sit talis persona, cui cõpetit exceptio. Quędã enim cõpetũt vni, quę nõ alij: puta lenocinij, quę competit libero, & nõ seruo: q si dubiũ sit an psona sit idonea, de hoc prius quærendũ est. C. de adul. quoniã. Excõmunicato aũt bene cõpetũt dilatorię, & perẽptorię in defendẽdo, nõ in agẽdo, vel recõueniẽdo. extra, de excep. cùm inter. & c. fi. de iud. intelleximus. ¶ Et nota q qdã cõsulunt ne exceptionẽ perẽptoriã ppονas, donec videris dicta testiũ ab aduersario tuo pductorũ: q si bene pbauerit, cõfestim eam ppονas: alioquin nõ est proponẽda. arg. in his, quę no. s. versi. tu ergo. s. de teste. §. qualiter. versi. sed opponitur.[i] ¶ †Porrò in pponẽdo declinatorias iudicij, diligẽs aduocatus hunc ordinẽ obseruabit: vt si qua reo ex ipsa iurisdictione cõpetit, illã prius pponat: puta nõ es iudex meus. extra. de iudi. at si. vt quia cleric⁹ vocatur ad iudicium seculare. extra, de fo. cõpe. si diligẽti. vel aliqs ad iudicẽ nõ suũ. xj. q. j. in clericorũ. & similia. Hæc ergo est proponẽda. nã si ea omissa accederetur ad alias, in iurisdictionẽ iudicis cõsentire videtur. C. de iuris. om. iud. l. j. vnde postmodũ nõ potest ad eam qs vlterius redire. C. de iud. sancimus. in fin. quod intellige si sciẽter omittatur. secus si ignorãter. ff. de iurisd. om. iud. si per errorẽ. ¶ Hac verò deficiente, vide si competat aliqua ex persona iudicis, vt quia est suspectus, vel seruus, vel infamis, vel excõmunicatus, & sic de alijs. §. j. ver. dilatoriæ. & inter omnes dilatorias dicũt magistri illã de suspecto proponẽdã. quod dic vt s. de trãsac. §. fi. autẽ. Sed ego dico primò ponẽdã secundum ad radicem, s. ad iurisdictionẽ: vt iij. q. vj. §. exceptio. & j. dicetur.[k] ¶ †Quòd si reus nullã habet exceptionẽ, nec cõtra iurisdictionẽ, nec ex persona iudicis opponat, si habet cõtra rescriptum, quæ multæ sunt, inter quas possunt esse aliquę ad iurisdictionẽ pertinẽtes: puta q sunt obtẽtæ per falsi suggestionem, vel veri suppressionem, & huiusmodi. ¶ Quòd si nulla cõtra rescriptũ cõpetat, opponat si habet aliquã ex persona actoris, vel pcuratoris. quod fit multis modis. ¶ Vltimò aũt proponat cõpetẽtes sibi ratiõe sui: vt q a est legatus, & huiusmodi: vel ratiõe causę, vel loci, vel libelli, & sic de alijs. quæ omnia dic vt pę. ver. dilatoriæ. & hic est verus ordo proponendi exceptiones fori declinatorias. ¶ †Et nota q omnes dilatorię sunt simul pponẽdæ. vnde secũdum quosdã sic proponentur:

FORMA proponẽdi exceptiones: Corã vobis dño T. q vos dicitis iudicẽ in tali causa, q̃ vertitur seu verti sperat̃ inter me ex parte vna, & talẽ ex altera, excipiẽdo ppono ego talis dicẽs, q nõ estis iudex me⁹ ex tali causa. Itẽ dico q estis mihi suspect⁹: quia fuistis in hac causa aduocat⁹ aduersę partis: vel estis infamis vel excõicat⁹. Itẽ dico literas apostolicas ad vos directas nõ valere, p eo q sunt tacita veritate, vel expssa falsitate obtẽtę. tacuit enim se filiũ sacerdotis: vel dicit se doctorẽ legũ, vel decretorũ, cùm nõ sit: quo tacito vel expsso literas minimè habuisset. Itẽ dico actorẽ nõ posse stare i iudicio, cùm sit excõicat⁹ excõicatione maiori p talẽ iudicẽ, vel ex tali causa. Itẽ dico q pcurator aduersę partis est cõstitutus ab excõicato. Itẽ dico q habeo ius reuocãdi forũ. & sic de similibus. ¶ Sed hæc forma videt̃ stare nõ posse triplici ratione. Prima est. nã exceptio suspicionis non cõcurrit cum alijs: quia cùm recuso, nolo q iudex de causa se intromittat: vt iij. q. v. quia

a ¶ A barbaris. Finis Vber. secundi.

b ¶ Opponere. Quomodo in priuato hoc locũ habet, nõ in prælato nomine ecclesiæ contrahente scripsi post Hostiẽ. de fide instru. si cautio. super glo. pen. vbi etiam inuenies quod hic de dote sequitur. ADDE q Abb. ubi loquit̃ cũ Ho. in dict. c. si cautio. de quo plenè vide per nouell. in l. si ciuitas. ff. si cer. pe.

c ¶ Scripsit. An verò post biennium audiatur, maximę qui redire iurauit, prolixè scripsi post Hostien. de solu. c. vlt. in vlti. glos. & vide Cy. C. de non nume. pecu. l. iij. in iij. & iiij. q.

d ¶ Si minor. Idem inuenies infrà de confess. §. nunc videndum. ver. quid autem dixi. & quæ sit ratio harũ duorum casuum, ibi vj de ver. seq.

e ¶ Secundũ Vber. hic habeo super l. j. C. de proba.

f ¶ Conueniatur. al. scõmunicatur. ADDE, quod Bar. in authen. contra qui propriam. dicit q ratione mẽdacij non auditur ad euitandam poenam negatiõis, sed ad probandam solutionẽ, bene audietur. & hoc ibi sequitur Paul. de Castr.

g ¶ Huius §. vbi ponitur dictũ Pilei.

h ¶ Considera. Secũdum Vber. de Bo. sub versi. quem. in princ. huius. § allegauit.

i ¶ Opponitur. Caueat ibi in foro seculari vbi seruaretur opinio Ioan. & Azo. vt dixi supra. §. ij. in prin.

k ¶ Dicetur. in ver. & no. ibi: his ergo. & idem Tã. vbi suprà. post principiũ. licet in apparatu tenuerit exceptionem de suspecto præcedere: vt no. in decre. de se iudic. inter monasterium. in gl. quicunque. & vide quod super ea plenè scripsi.

q. v. quia suspecti. Cùm verò obijcio cõtra literas, vel aliam exceptionem propono: volo q interloquatur: vtrum valeant literæ vel non: & an sit admittẽda exceptio, vel nõ. quod facere debet, etiã cùm de iurisdictione dubitatur. extra, de rescriptis. dilectus. de offi. dele. significantibus. & sic sum tanquã petẽs cõtraria repellendus: vt extra, de appel. solicitudinem. immò etiam cùm peto q pronunciet super literis, vel super alia exceptione: & coram eo procedo, facio eum iudicem: & tacitè videor renunciare exceptioni suspicionis, & in eum consentire. extra, de offi. deleg. gratum. de iudic. c. j. Hinc est quod dixit Io. q si quis excipiat, vt dictum est, & iudex interloquatur super literis, vel super alia exceptione, pro eo nõ poterit amplius recusari: vt not. s. de recusa. §. sit autẽ. Secũda ratio est. nam in præscripta forma videntur omnes exceptiones, sub copulatiua coniunctione proponi, & ideo tenetur omnes probare: & si succũbit in vna, debet succũbere in omnibus alijs. extra, de rescri. inter cęteras. & c. ex parte. & c. olim. Tertia ratio est. nã exceptio de suspecto naturaliter alias procedit. vnde per se est sine alijs proponenda, vt s. His rationibus fortè moti alij præscriptum proponendi ordinem non seruant, sed vnam solùm proponunt, & protestãtur saluum sibi fore debere beneficium cæterarum: vt si in proposita defecerint, possint ad alias habere recursum. Sed cùm malitiose hoc faciunt, vt lis protrahatur, iudicis officio huic occurritur: vt dixi suprà, §. nũc vidẽdum. ver. cæterũ. & sic eis sua protestatio parũ prodest. His ergo omissis sic tene. Vide enim si potes declinare eius iurisdictionem, tanquã non tui iudicis aliquo modo: & primò illam obijcias: vt dixi s. eod. ver. porrò. Si verò hoc tibi non cõpetat: quia constat eum iudicem esse: cõsidera vtrũ ex aliqua causa rationabili ipsum possit vt suspectum recusare, & omnibus alijs exceptionibus, si quæ cõpetunt prætermissis: protestans tamen nominatim illam proponas: & in illa sola procede. ¶ Qualiter autem proponatur, & formetur libellus recusationis, dicã j. in tractatu libellorum. & in tit. de offic. dele. ¶ Qualiter procedatur in exceptione peremptoria probata, & qualiter formetur, & qualiter super
17 ea pronũcietur, dixi s. §. proximo, propè fi. ¶ †Sed qualiter nominatim debet alijs protestari, vt iam dixi: & suprà, §. nunc videndum. ver. potest etiã. & ver. sed illud? Respõdeo, proposita recusatione, in fine subiũgat sic:

FORMA. Hoc autẽ ꝓpono ad pñs, saluis alijs dilatorijs mihi cõpetentibus, quę tales sunt, s. q rescriptũ est ab excõmunicato obtẽtũ: itẽ q est subrepititiũ, & de alijs: qbus sic specificatis subiũgat, quas exceptiões, vel alterã, quę per se sufficiat, me offero probaturũ loco, & tẽpore opportunis. Postq̃ ergo fuerit cognitũ de suspicione post talẽ protestationem poterit eas opponere etiã post terminũ datũ ad oẽs exceptiões proponẽdas: vt extra, eo. pastoralis. nec sufficit in genere protestari dicẽdo sic saluis exceptionibus mihi cõpetentibus. alioquin nulla videretur prouisio illi⁹ decre. pastoralis. p hoc in præ. ver. sed illud. ¶ †Sed nũquid iudex
18 potest me cogere libellũ offerre super dilatorijs exceptionibus? Videtur q sic: quia excipiens agere videtur: cùm reus sit in exceptionibus actor: vt ff. de exceptio. l. j. & nullus debet sine libello experiri. iij. q. iij. offerat.
a Dicit Vber.[a] q nõ: tamẽ ne possim variare, debeo eas in scriptis offerre: vt actor super eis possit deliberare an eis velit cõtradicere, & qualiter eis debeat respõdere. Et idẽ dicit debere fieri in casibus, in qbus libellus nõ offertur. Canonistæ autem dicũt libellũ super exceptionibus dãdũ, & de calumnia iurandum. Sed si omittatur. nõ ideo processus vitiatur. quod dic vt no. extra, de offi. del. prudẽtiam. §. sexta. & j. de litis cõte. §. pe. ver. j. sed quod dixit Vber. in curia, & quasi vbique seruatur, & bene, vt finis lib
b bus imponatur. extra, de do. & cõtu. finem. extra, de restit. spo. frequẽs.[b]
19 ¶ †Facta igitur recusatione, iudex delegatus consideret, an manifestè sit sufficiẽs causa recusatiõis: quod si est, statim supersedeat, & fiat prout dicitur extra, de app. cum speciali. & de offi. dele. suspiciõis. & cõpellat partes eligere arbitros, q de causa suspicioois principaliter cognoscant. extra, de fo. compe. si quis contra. de app. ad hæc. Si verò iudex dubitat an causa sit sufficiẽs: puta quia nõ est expressa in iure: statim eligãt arbitros secũdùm formã, quæ habetur in prę. c. suspicionis. & c. cum speciali. quod si sit manifestè friuola: puta quia dicit, recuso te: quia semel comedisti cum aduersario meo: vel quia fuit tecum ad sanctũ Iacobũ: vel quia intrastis simul easdẽ scholas: tũc iudex nõ admittet eam, sed procedet in causa: vt extra, de app. pastoralis. de iudic. qualiter. etiã si appellauerit: vt ibi, & eo. tit. vt debitus. Hoc prosequere vt s. de recusa. §. qualiter. & §. effectus.
20 ¶ †Porrò si reus non potest ex causa aliqua iudicem recusare, proponat alias tam contra rescriptum, quàm contra alia competẽtes, in hac forma:

FORMA. Corã vobis dño tali iudice, ego talis excipiẽdo propono q literæ per talem ad vos obtentæ, nõ valent. nec possum per eas cõueniri: quia sunt impetratę ab excõmunicato. Itẽ sunt subreptitię: quia nõ faciũt mẽtionem de processu coram ordinario super hoc negotio habito: & sic de alijs exceptionibus, prętter quàm de suspicione. quod prosequere vt s. in prima forma. & in fine subiũgat: Has autẽ exceptiones per vos admitti peto. & eas sub alternatione propono: vt altera probata, quæ sufficit, alteram probare cogar: nec ad omnes probãdas me astringo, sed ad vnam solam, quæ sufficit ad intentionem meam fundandam. Et hæc eadẽ protestatio debet fieri in peremptorijs proponẽdis. Et hæc probatur extra, de proba. licet. ver. ideoq; testes. de iudi. exhibita. ad finẽ. & ff. de iur. do. plerunque. & propter hãc vltimã clausulam non cõpellitur reus probare omnes exceptiones alternatiuas. Secus autem etiã in copulatiuis: vt prędixi extra, de rescri. olim. ad fi. & de hoc secũdùm Papam extra, de in integ. resti. constitutus. Debet autem in scriptis porrigere, & petere q redigatur
21 in actis. extra, de præb. quoniam contra. ¶ †Sed quoniam excommunicationis exceptio frequenter opponitur, adhuc formam exceptionis huius specialiter supponamus: quæ talis est:

c ¶FORMA.[c] Corã vobis domino tali, qui vos domini papę asseritis delegatũ, ego talis excipiẽdo propono q ad petitionẽ T. in causa tali procedere nõ potestis, nec ipsum admittere ad agẽdũ, pro eo q ipse excõmunicatus est maiori excõmunicatione per talẽ iudicẽ ordinariũ, vel delegatũ, vel talis canonis authoritate. Et exprimatur canon, sicut & nomen excõmunicatoris, secũdùm do. meũ ex tali
d causa. Hoc ꝓbatur extra, de excep. pia.[d] & in ver. porrò. Sed quod dixi, maiore excõmunicatiõe videtur superfluũ. nam cùm dico aliquẽ excõmunicatum ab homine, de maiori excõmunicatione in
e telligitur. extra, de sent. excõ. c. si quẽ.[e] & quia ab agẽdo repellitur. extra, de iudi. intelleximus. Vnde melius dixisset pdicta cõstitutio causam ipsius, quàm speciẽ ipsius. nam & causa exprimi debet in sentẽtia: vt eo. ti. cùm medicinalis. p expressionem enim causæ apparebit, an pro illa, an pro alia causa sit excõmunicatus: vt extra, de offi. deleg. prudentiã. §. sexta. & an ab homine, vel à canone, & an maiori, vel minori sñia sit ligatus. Itẽ nisi causam exprimat reus, nõ põt actor certus esse, de qua excõmunicatiõe intelligit reus. Quod si esset actor, statim fortè de absolutiõe doceret, nec reus octo dies haberet ad probãdũ: quare ex his dixit Ægid. non debere admitti exceptione excõmunicationis, sine causę expressiõe. & hec, vt dicit, fuit mens cõditoris illi⁹ cõstitutionis.
f [f] & exponit ibi speciẽ, i. causam. tamẽ cõditor ipse ibi aliter no. q equid de eius mẽte diuinet. & Ber. & do. me⁹. & Gof. & pmissa expositio est extorta. Nec est verũ qđ dicit p expressionem causę apparere posse, an sit maiori, vel minori excõmunicatione ligat⁹: qa possibile est, q causa reqrit maiorẽ excõmunicationẽ, sed iudex ex causa inflixit minorẽ. v. q. ij. pñenti. & extra, de
22 iud. cùm nõ ab homine. † Et minor non repellit à iudicio seu à participatione fideliũ: sed maior dũtaxat: vt extra, de sen. excõ. si quẽ. iij. q. iiij. Engeltrudã. nõ tamẽ nego, quin iudex possit quãdoque aliquẽ tãtũ à cõmunione fideliũ, & nõ à sacramentorũ participatiõe, separare, si velit: vt v. q. iiij. i loco. 1 fi. xviij. dist. placuit. & xxxiiij. dist. quorũdã. ad finẽ. Debet ergo exprimi species excõmunicationis, s. vtrũ sit maior, vel minor. Is enim, q excipit, non debet vagari cum discrimine alienę excõmunicationis. ff. de iniu. pętor edixit. ff. de dolo. l. itẽ exigit. Et est simile qđ alias dicit lex, denegari oportet, cuius dolo factũ sit. ff. de dolo. si ex dolo. §. fi. Si verò cõtra iudicem opponitur, sic dicetur:

FORMA. Corã vobis dño tali, q vos iudicẽ in tali causa asseritis, propono ego talis, q corã vobis nõ teneor respõdere, vel procedere, vel aliqd ꝓbare, pro eo videlicet, qa vos estis ex tali causa p talẽ iudicem maiori excõmunicatione ligatus: idroq; nõ potest in vobis iurisdictio esse. Hoc probetur in præ. c. pia. & in glo. ibi posita, quę incipit, sed mirum. Sed quia hic & in pręcedenti forma, de causa dicitur: bonum est, licet necesse non sit. Quis autẽ de hoc cognoscat, no. suprà. §. ij. versic. sed si hoc.
23 ¶ †Notarius autem propositis exceptionibus ita scribet, & primò si dilatoria sit proposita:

FORMA. Titius ad petitionẽ talis, corã tali iudice citatus, in ipsius iudicis pręsentia excipiendo proposuit, & proponendo excepit, ac protestatus est, q cùm nõ sit de ipsius iudicis foro, vel q cùm ipse iudex sit aduersæ parti affinitate coniunctus, ipsius declinãdo iudiciũ non vult, nec rationabiliter cogi debet, sub ipso iudice respõdere. vel excipiẽdo ꝓposuit, &c. talẽ ꝓcuratorẽ esse nõ posse, eo q est minor xxv. annorũ, & cum hui⁹ ꝓcuratore nullũ esse iudiciũ. & ꝓpterea cùm eo iudiciũ declinãdo, nõ vult, nec de iure se teneri credit sibi in iu
24 dicio respõdere. ¶ †Porrò si proponatur dilatoria

a ¶Vber. de Bobio, char. pen. §. cũ autẽ. versi. sed nunquid actor. & Ioan. de Deo lib. iij. rub. de exceptione libelli.

b ¶Frequens. lib. vj. ADDE q hic sequitur Abb. i d. §. vj. Ioan. de li. Bal. in c. j. de lit. contesta.

c ¶Forma. Aggreditur formam & verba Ægid. respon. xxxij.

d ¶De exce. pia. lib. vj.

e ¶Si quem. De hac decretali, & de hac materia vide quod dixi in decret. pia. super gl. hoc ideo.

f ¶Constitutionis. Dicens se hoc habuisse à fratre Iacobo episcopo Bono. qui fuit cancellarius Inn. quarti.

solutionis, vel peremptoria, sic scribet

FORMA. Titius &c. vt s. vsq; protestatus est. iuge, q cum terminus quatuor mēsiū, q de iure datur his, q sunt sentētialiter cōdēnati, trāsactus non sit, nō debet adhuc cogi soluere Seio illas cētū libras, in qbus idē T. eidē extitit cōdēnatus. Vel sic: Titius &c. protestatus est nō esse procedendum cōtra eū super eo qđ Seius petit ab eo cētū, qa idē Seius fecit ei pactū de nō petendo in perpetuum: vel quia idem T. fuit ipsis cētū lib. per sentētiam, à qua appellatum non extitit absolutus: & sic in alijs exceptionibus. ¶ Qualiter aūt pponatur illa exceptio, q testis, vel accusator fuit socius criminis, vel alia quęlibet cōtra testes: not. s. de teste. §. sępe. versi. hanc igitur. & de accusatore. versi. item repellitur.

25 ¶ † Quidā autē nouitij aduocati, propositis omnibus exceptionibus appellationē interponūt dicentes: Si verò ipsas nō admiseritis, ex hoc sentiēs me grauari, in his scriptis appello. Sed fatuè agūt: tum quia iudicem exasperāt: vt l. di. si quis prępostera. extra, de offi. dele. suspicionis. tum quia talis appellatio nulla est: vt pote à nullo grauamine cōminato, vel illato interiecta: licet exceptiones ipsæ legitimæ sint: vt extra, de app. c. ij. & c. dilecto. & c. vt debitus. ¶ Si autem nō pōt haberi copia iudicis, & terminus specialiter datus ad omnes proponēdas labatur: pcede put not. s. de dila. §. nūc videam⁹. ad fin. ¶ Propositis autē exceptionibus cautus sit iudex, vt iurare faciat proponētem, prout no. j. de iura. cal. §. j. versi. secūdum est. Deinde cōsideret an exceptiōes validę sint: vt quia robur habēt à iure. & illas admittat: an verò inualidę seu friuolę s. quę nullo iure fulciūtur: & has non admittat. extra, de app. pastorali. quod si quędā sint validę, quędā friuolæ: iudex per interlocutoriā repulsis friuolis, validas admittat. extra, de offi. dele. c. j. & c. fi. de pręb.

26 dilectus. & in prę. c. exhibita. ¶ † Punitur enim iudex, q exceptiōes legitimas nō admittit. xxv. q. ij. puniri. & hoc quātūcunque sibi præcise scriptum fuerit: vt extra, de offic. dele. ex parte. ij. de æta. & quali. accepimus. & potest ab eo appellari. nō interloquendo, vel etiā eis omissis procedēdo[a] eas non admittat: vt extra, de app. dilecto. & c. ex parte. & c. cum cessante. & C. si sæpius in inte. resti. postuletur. l. j. i fi. C. de app. si qs prouocatiōe. ff. de mino. ait prętor. §. permittitur. ff. quando app. sit. l. j. §. si quis tutor. ff. de adm. tut. tutores, q post. §. tutor datus. quarum appellationum formas in tractatu libel. in titulo de app. §. j. & ij. suppone m⁹. Cautus ergo sit excipiēs,[b] q priusquàm appellet, expectet responsionem, vel interlocutoriā super propositis exceptionibus: vt in causa appellationis possit hoc ostēdere: quia non sufficit ad hoc, vt valeat appellatio, exceptiōes fuisse propositas, nisi negauerit eas admittere: vt in præ. c. dilecto. vnde non valet talis appellatio: appello si non admittis, vt prædixi.

27 ¶ † Quid si iudex, nec recipit, nec repellit exceptiones? Respōdeo, expectet donec iudex ei aliqd pcipiat: puta q libello respōdeat, vel huiusmodi. nā iudex tūc procedēdo eas non admittit, vt dixi:[c] & ideo appellari pōt: vt in pręd. ca. ex parte. extra, de re iu. suborta. de offi. dele. cū causa. ff. de his, q not.

28 infa. Luci⁹. C. si ex fal. instru. l. j. ¶ † Sed si sit iudex secularis: nunquid poteris ab eo appellare, propter exceptiones nō admissas. Videtur q nō. C. quorū ap. non re. l. pe. & extra, de app. sup eo. ij. & ij. q. vj. non ita. & l. antesnīam. sed poteris iudici dicere, vt ex officio suo interloquatur: vt ff. de no. ope. nū. si ptor. ff. de re iud. qđ iussit. ar. tamē cōtra q etiā in re ciuili admittēda sit appellatio, si pronūciatus sit idoneus, q nō est. ff. q satisda. co. arbitro. ff. de mino. intra vtile. in prin.[d] extra, de æta. & qua. ex ratione. & alijs casibus, q not. in prę. c. nō ita. & c. sup

29 eo. ¶ † Itē cautus sit iudex, vt pposita exceptiōe, q si non admitteretur, si pars appellaret, dicat sic, vt viā pcludat appellationi: Ego hanc exceptionē admitto, si pbata fuerit.[e] Vnde ea nō pbata, nō poterit pars appellare: vel si appellet, appellatio nō admittetur. Hęc cautela elicitur extra, de exce. olim versi. sic. disc. vestrę mā. Validis autē exceptionibus admissis, statim præfigat terminū cōgruētem peremptoriū suo arbitrio reo, intra quē probet eas, & actor pro expēsis protestetur, si forte reus, q in exceptione sit actor, deficeret in probādo. verùm in pbādo exceptionē excōmunicationis dātur octo dies: die, in qua proponitur, nō cōputata. quod dic vt suprà, §. ij. ver. porrò exceptio. Itē in exceptiōe spoliationis probāda statuūtur xv. dies: die, in qua pponitur, non cōputata. extra, de resti. spo. frequēs. §. sed in ciuilib⁹. lib. vj. & vltima die termini poterit exceptio proponi, & probari. De hoc s. de dila. §. j. versi. sed nunquid. & seq.

30 ¶ † Præfixo igitur termino ad probandum, reus postulet statim actorem per iuramentū super ipsis exceptionibus interrogari, formatis super hoc per ipsum reum, vel per iudicē interrogationibus, secundùm curię morē. Et si reus ex actoris respōsionibus poterit suā in hoc fundare intētionē, bene[f] quidē. alioquin suas probationes inducat. Adueniēte igitur termino, si iudex viderit exceptionem probatam, pronunciet in hac forma:

FORMA interloquēdi super exceptione pbata: Cùm nos talis de tali causa, quæ inter P. & H. vertitur, seu verti speratur, authoritate domini papæ cognoscere voluissemus: dictus P. à nobis citatus cōtra literas apostolicas excipiēdo proposuit in hac forma, corā &c. vel proposuit H. impetratorē impetrationis tēpore fuisse excōmunicationis vinculo innodatum: & qa termino eidē ad hoc probandū statuto, idē P. suā exceptionē sufficiēter probauit: ideo literas ipsas per H. ad nos à sede apostolica obtentas, habito peritorū cōsilio interloquēdo pronūciamus non valere, & nos per eas ad ipsius instātiā nō posse procedere in hac causa. vel pronunciabit eas per falsi suggestionē obtētas. extra, de rescri. dilectus. s. j. de pcu. c. fi. de offi. dele. significātibus. tamen videtur q postquā aliqs est absolutus, potest vti, literis impetratis dū erat excōmunicatus. quod dic vt no. extra, de procu. c. fi. & de excep. pia. in glo. sed mirū. & ideo quidā omittunt, & bene, verba illa, literas ipsas, nō valere. Sed quomodo pronunciabit, si non habet iurisdictionē ex rescripto? de hoc no. in prę. c. dilectus. &

31 ro. æt. c. fi. ¶ † Si verò non fuerit exceptio probata, sic dicet:

FORMA. Cùm nos &c. vt s. vsq; excep. sufficiēter. iūge, nō pbauit. & idcirco interloquēdo pnūciam⁹ dictū H. actorē excōicatū nō esse, & ad psecutionē causę suę debere admitti, & nos ad executionem mandati apostolici procedere posse, exceptione huiusmodi non obstante. Et si lis fuerit contestata, & ordo iudiciarius seruatus in huiusmodi exceptionis

32 cognitione, fiat de hoc mentio in ipsa pronunciatione. ¶ † Quod si reus probare noluerit, vel nequiuerit quod obiecit, sic pronunciabit:

FORMA. Cùm nos talis, &c. vt s. in proxi. forma vsque, ad suā exceptionē iūge, pbare nō potuit, vel noluit: idcirco interloquēdo pronūciamus ipsas literas, nō obstāte exceptiōe cōtra eas proposita valere, ac nos p eas posse in causa ipsa pcedere iuxta tenorē ipsarū: & qa idē talis non pbauit qđ obiecit, ipsum in expēsis aduersario cōdēnamus, quas pars altera docuerit se fecisse, earū taxatione nobis in posterū reseruata. De iure enim debet in expēsis cōdemnari in probatione exceptionis deficiēs: vt extra, de do. & con. finē. extra, de pœnis. calūniam. Postea verò lata sententia iudex taxabit arbitrio suo expēsas: cōsideratis qualitate negotij, & tēpore disceptationis, & cōditione legatorū, & alijs circūstantijs, dicēs sic: Ego taxo expēsas factas occasione ppositę exceptiōis in decē libras. Dic ergo tu victor per tuum sacramētū, q tu expēdisti intra decē lib. ad plus. & ille respōdeat per sacramētum se expēdisse octo lib. vel nouē, vel decē libras minus vno denario, si tātum expēdidit. quo facto iudex dicat, Et ego te pponētem, quia in probatione defecisti, cōdemno, exequēdo sententiam & taxationē meā: & iuxta declarationē illius pręcipio tibi q soluas ei octo lib. vel nouē lib. vel decē lib. minus vno denario nomine expēsa-

33 tum. quod dic vt j. de expēsis. §. postremo. in prin. ¶ † Quod autem prius possit fieri cōdēnatio, & pòst taxatio, probatur ff. de solu. Modestinus. valet enim tūc talis incerta sentētia: ideoque forte iudex certificari nō potest: vt in præ. §. postremo. versi. itē scias. argu. tamen cōtra q taxatio debeat præcedere cōdēnationem: vt in cōcor. quę sunt in pręd. §. postremo. in prin. vbi de hoc. Per quę iura nō videtur prędictā formā pronūciationis stare posse. Vnde ad euitandā huiusmodi cōtrarietatem, iudex, si velit, in fine sentētię non cōdemnet in expēsis, sed dicat sic: expēsarum autē condemnationem, & earū taxationē nobis in posterū reseruamus. Et sic postea quādo voluerit, poterit eas taxare, & in eis victū etiā cōdemnare. Prius tamē dictū Romana curia seruat. Quòd aūt possit reseruare, pbatur in pręd. §. postremo. versi. illud etiā. salua tamē Romanę curiæ obseruatione, quæ præmissa forma tam in interlocutorijs, quàm in diffinitiuis, passim vtitur: consonum iuri puto esse suprà, scriptam formam seruari debere in interlocutorijs, in quibus vt plurimum parui sumptus communiter adiudicantur: in diffinitiuis verò seruari potest forma tradita in præ. §. postremò. in prin. Quidam autem prius, quàm interloquantur, taxāt, & iurare faciūt super eis, & inferūt in fine pronūciationis post verbū, obiecit ipsum &c. taxatione & iuramēto pręmissis, in centū solid. nomine expēsarū aduersario condēnam⁹. Hoc tamē nō placet. nā secūdum hūc modū actor priusquā interlocutoria vel sententia feratur, certus est q

34 pro eo pronūciabit. cùm † tamē iudex nulla interlocutione debeat pādere quid sentiat: vt C. de sal. vbi. sed & vbi iudex iuxta pręmissa super expēsis incertus est, potest sic dicere. Pronūcio te expensas posse petere: vt. C. de fru. & lit. expē. l. terminato. & ar. ff. de re. iu. Paulus. j. & tūc post plures dies poterit in eis cōdemnare, ac eas taxare: vt in prędicta. l. Modestinus.

& agetur

[a] ¶ Procedendo vt infrà versi. proximo.

[b] ¶ Excipiens. secūdùm Bonagu. vbi de libello recusationis in fine. ibi etiā est sequens versic. & monet q vtroque casu habeatur scriptura, per quā fiat ostēsio, de qua sequitur.

[c] ¶ Vt dixi s. ver. proxi. & s. §. nunc videndū. versic. & nota secundū. & j. de app. §. qualiter. ver. item quod faciat.

[d] ¶ In prin. Hucusque fuit Vbert. de Bobio, mihi charta xj. vbi de persona coniuncta tractat in fin. & Ioan. de Deo de exce. cōtra agentes pro alijs. ver. item quęritur.

[e] ¶ Fuerit. Non video hic magnam cautelā: quia etiam si simpliciter admittat, admisisse intelligitur ad probandum, vt sequitur: & quod dicitur in decre. olim. est regulare. Quādo enim appellatur ante sentētiam sic scribitur per iudicem appellatiōis: nec sunt illa verba iudicis à quo, sed papæ delegantis.

[f] ¶ Et bene. Imò male. Hoc dico etiā tempore decr. pia. quæ non correxit in aliquo dec. ipso iure. de rescrip. lib. vj. vt ibi plene not, in gl, nunqd ergo.

a ¶Diffinitiois. Hoc nō placet. vt scripsi satis de seque. pos. c. j. in gloss. pe. vbi vide. & hoc per præ. l. Paulus. & per præ. decre. de app. cūm appellatio ni. primo respon. in fi. lib. vj.

b ¶Pronūcia. Dat intelligere q nō sufficeret iudici m dicere, pronūcio per omnia vt in cōsilio cōtinetur. Albe. Pap. de hoc tractauit in Sūma de habendis consilijs. de qua dixi j. de requi. cōsi. & ad hāc partē allegat C. de senten. & inter. l. pīces. ff. de arbi. qd tamē de re iud. l. j. & l. in summa. per quē patet, sententiā nō tenere, q̄ nō cōtinet absolutionē, vel cōdēnationē, vel ęquipollēs. Facit etiā ff. iudi. sol. l. iudicatū. ij. In cōtrariū, quia absolutio, vel condēnatio dicta in cōsilio p illa verba à iudice repetita videtur. Facit ff. de verbo. ob. Titia. de cōdi. insti. cūm seruus de seru. vrb. prę. si binarū. & de lega. j. l. talis scriptura. & amplectenda est hęc repetitiōis interpretatio, quia facit rem valere. ff. de reb. du. quoties. & de leg. iij. in repetēdis. extra, de verbo. sig. abbate. Itē p illa verba saltem iudex dicit cōsiliū approbisse, & cōfirmasse. Insti. mādā. §. tua. tr. ff. mā. l. ij. in fi. de admi. tu. qdā decedēs. §. Papinianus. & l. Titiū & Męuiū. j. rñ. in fi. Cōfirmās aūt censetur reperoisse confirmata. ff. de adop. l. adoptio. de ver. sig. l. obuenire. J aut. de defen. ciui. §. inter. ppter verba cōsilij ergo condēnatoria vel absolutoria iuris fictiōe absoluisse vel cōdemnasse videt. Facit qđ nota. C. de app. l. eos. in gl. no. formam in prio. qd plurat Satis est q aliqua parte actorum snīa sit certa. C. de sen. q sine certa quātitate. l. iij. Cōsiliū aūt est de actis. extra, de pba. qm̄. C. vt lite pē. l. ij. de app. à pro cōsulib. ergo &c. Subdebat q magis tuta & certa via sierat, q ipse iudex post lectum cōsiliū absoluet, vel cōdēnet. Idem Ia. de Are. ego puto inter diffinitiuas. & interlocutorias distinguēdum. Cūm enim interlocutoriā nō sit necesse deferri scripto sed scribi l iam p lata, vt no. de reiud. c. vlt. lib. vj. l prima gl. si notarius scribat q iudex secūdum formā cōsilij pronūciauit puto satis esse. & sic serua. Et sic procedūt allegata secūdo. Sed qa diffinitiua est serēda, & pronūciāda de scripto per ipsum iudicē: vt in prę. decre. vl. cū cōcor. Si dicat vt i. s pronūcio per oīa vt in cōsilio cōtinetur. cōsiliū dicebat pronūciādū &c. vel in ū cōdēnādum, vel absoluēdum. ergo snīa iudicis erit sic pronūciadū, cōdēnādū, vel absoluēdū. & sic de fotoro. & sic vitiatur per prima iura. Bonū tamē est cōsiliū Gul. q etiā in In interlocutorijs fiat repetitio. Fatēdū tamē est q cōmuniter magis simul cōueniūt verba consilij notū, & iudicū in interlocutorijs, quàm diffinitiuis. Dicit cōsulēs libellum aptē, vel ineptē formatū exceptionē admittēdā, vel nō probatam, vel nō testem admittēdū, vel repellendum: & isdē verbis vtit iudex.

& agetur ad eas cōdictiōe ex illa l. Paulus. vt dicūt qdā. & hoc obtinet etiā I diffinitiuis.ª ¶ 35 †Et nota q vbi pmisso modo sententia incerta pfertur, pōt, secundum quosdā, corā executore certificatio fieri, puta taxatio & iuiurādum super eis præstari: sed cum iudex hæc sibi retinuerit, vt patet i. forma pxi. nec executor habeat ad talia extēdere manū, 36 melius est, si hoc coram iudice fiat. ¶ †Generaliter aūt sup qualibet exceptiōe sic poterit pronūciari:

c ✻FORMA. Cūm in causa tali, quæ vertitur inter talē, corā vobis tali, per talē l uerit corā nobis proposita exceptio: nos habito peritorū cōsilio dicimus, & interloquēdo pronūciamus eam nō esse admittēdam, nec eam admittimus: & eā nō obstāte fore in negotio procedēdū. Vel dicimus, & interloquēdo pronūciamus eam admittēdā fore, & eam dicimus admittēdā. extra, de lib. ob. c. ij. & iij. ¶Porrò in Italia formatur interlocutoria iuxta cōsiliū a sapiētibus in scriptis datū: & nihil aliud debet cōtinere īterlocutoria, quam cōsiliū: vt dixi j. de requi. cōs. ver. porrò hui⁹. dato q hoc modo fiet.

c ✻FORMA. Cūm in quæstione, quæ inter tales vertitur corā nobis iudice tali, super hoc inter aduocatos partiū dubitatio foret exorta, tales sapiētes assumpti fuerūt super cōsilio in hac dubitatiōe dandoq; qdē tale decernūt cōsilium. pone illud de verbo ad verbū, & in fine subiūge: Nos igit eiusdē cōsilij formā sequētes inuocata Spiritus sancti gratia, partibus pręsentibus, interloquēdo pronūciamus sic. repete verba cōsilij dati, & secūdum ea pnūcia.ᵇ ¶Ab his autem interlocutorijs partes si se grauari sentiāt, poterūt appellare, vt i. dixi in vee. 37 ppositis. ¶†Sed si iudex videt se male interlocutum fuisse, vel male pcessisse, nunqd poterit suam interlocutoriā, vel quod fecit, reuocare? Dic q sic, nō obstāte appellatione ab huiusmodi interlocutoria, vel pcessu emissa: & facta reuocatione poterit in causa pcedere, etiā nolēte parte appellāte. extra, de app. cum cessante. ff. de re iud. quod iussit. extra, de accu. qualiter. j. de app. significauerunt. xxij. q. iiij. magnę. quod intellige vt no. j. versi. sed nunqd. c Fiet autem reuocatio interlocutorię vtraq; parte pręsente. quāuis qdā malitiosi iudices priusquā reuocēt, sinant appellātem cum sua appellatiōe à sua pręsentia discedere: & postea pręsente notatio, vel testibus reuocāt quod fecerūt, & sic appellātem decipiūt: quia cūm appellās de iniquitate interlocutorię corā superiore docuerit: pars appellata incōtinenti docet de reuocatiōe grauaminis: & sic inuenitur appellās minus legitime pcessisse: & cōdēnatus in expēsis remittitur ad priorem iudicē. extra, de app. vt debitus. in fi. Sed certè si constare posset de iudicis malitia: & q appellāte ignorāte id factū esset, nō puniretur appellās. ar. extra, de app. ex insinuatiōe. & c. seq. & de rescri. ex parte. ij. Talia enim possunt fieri parte absente.ᵇ extra, de causa pos. & propri. c. j. ij. q. vj. biduum. ver. palam est. C. quo & quādo iudex. ab eo. & j. de app. §. qualiter. ver. & nota q si. imò iudex, q huiusmodi fraudē facit, puniri debet. extra, de re iudi. cūm æterni. ¶Si enim ipse debet partes à dolo & fraude cohibere: vt extra, de rescri. ex tenore. de pœ. calūniā. multò fortius & etiā se: vt extra, de natis ex libero ven. c. vnico. xix. di. nulli. de elec. dudū. ij. propè prī. vee. vnde. alioquin in quo alios iudicat, seipsum condēnat: vt xxxij. q. vj. nihil iniquius. xxxv. dist. c. fi. 38 in fi. ¶†Debet ergo reuocatio grauaminis ad appellātis notitiā peruenire. sicut & reuocatio pcuratoris ad aduersariū vel iudicē: vt extra, de pcu. mādato. in præ. decre. ex parte. & reuocatio dispēsatoris in notitiā creditoris. ff. de solu. dispēsatori.ᵉ 39 ¶†Vt autem in reuocandis per iudices grauaminibus instruaris: nota q iudex quandoque reuocat grauato, seu appellante præsente, quandoque absente. Si præsente, aut iudex certus est q grauauit, aut credit se non grauasse: aut credit, nescit tamen se grauasse, aut dubitat. Si ergo pręsens sit appellās, & iudex cert⁹ est se grauasse, reuocatio fiet:

✻FORMA reuocādi interlocutoriam: Quoniam in tali exceptione contra talem pronunciaueram, interloquēdo ipsam exceptionem non esse admittendam: vel quoniam contra talem ita processerā: habito postmodum consilio peritorum inueni me ipsum grauasse in hoc, vel me indebitè processisse: & idcirco vsus consilio saniori interlocutoriam ipsam, vel processum expresse reuoco: & tibi præcipio q sine licentia à iudicio non discedas imò in causam secundum formam iuris procedas: vt in prę. concor. Quidam tamen erubescentes suā interlocutoriam reuocare, sic dicunt.

c ✻FORMA. Ego talis sic te talem in aliquo grauaui, illud reuoco. Sed certè non debēt erubescere: vt 40 in prę. c. qualiter. †Nā & papa suā sententiā iniustè latā corrigit. xxxv. q. ix. veniā. & c. sententiā. extra, de in integ. resti. tū ex literis. & ecclesia: vt extra, de frig. fraternitatis. & Imperator dicit: Nō pudet nos nostras leges corrigere. in aut. col. iiij. de nupt. circa prin. per vnā colūnā. Vnde dicit Seneca: Nō est turpe in melius mutare cōsiliū. & Augustinus: Magnæ sapiētię est, mutare hominē quod male locutus est. vt in prę. c. magnę. Et idcirco aliī, vt dominus mens, f talē reuocatiōnē tanquā dubiā & cōditionalem nō admittūt bene. Cūm enim iudex grauauerit re & verbo, ipse solā reuocat verbo, nō re.ᵍ Ber. tamē dicit eam admittēdā: quia licet prædicto modo fiat, sufficit tamē ex quo dicit, reuoco. argu. pro eo extra, de elect. illa. ibi: si qs in ea. & c. Papa non pquādoq; tacitè reuocator grauamen, puta si appello à iudice, ne pcedat cōtra me, qa sum exēptus ab eius iurisdictione. & ille mihi assignat terminū ad hoc probādum: tacitè videtur reuocare grauamen mihi illatū. supple I pręcipiēdo me pcedere in prīncipali. nam ipse potest cognoscere, vtrum sua sit iurisdictio: vt. ff. de iudi. si quis. extra, de rescrip. dilectus filius Io. Cæterum si iudex credit se bene pcessisse, non debet dicere, reuoco: sed dicet sic:

✻FOR. Frater si re grauaui in aliquo, paratus sum reuocare interlocutoriam de cōsilio sapiētū: & pręfigo tibi talē terminū ad cōparēdū intra quē possis plenè deliberare. Hęc forma expresse pbatur, & no. extra, de re iud. ad apostolicę. versi. erat- h que parata.ʰ Et si in præfixo termino nō venerit, cōfidēs de appellatione, iudex pcedat in negotio sibi cōmisso, quātum de iure fuerit procedēdū. Sic enim non intelligitur grauasse, ex quo nō stat per eum quò minus reuocet. sed per appellātem: vt in præ. c. ad apostolicæ. Quidam tamē dixerūt q vbi credit ipse processisse, debet petere, & habere copiā appellationis, & vt tollat appellationē, debet respōdere, vt j. in forma Ego nō re. &c. & sic debet eum tenere sub termino & protestari se velle apostolos dare. Vnde si postea impetrauerit, non valebit sua appellatio, cūm non posit de grauamine docere: sed prius dictum præualet. Si verò credit f se grauasse, tamen pro certo dicat sic:

✻FORMA. Ego protestor quòd si re grauaui in aliquo, paratus sum reuocare. Sed certè hoc non sufficit, nisi reuocet. & quandiu non reuocat grauamē, appellatio in suis viribus stat. arg. extra, de eo, qui mit. in possess. causa rei ser. cap. j.

ADDE q sententi iudicis pronuntiātis in omnibus, & per omnia vt in tali cōsilio cōtinet, non valeat: tenet Ang. cons. ccxlix.

c ¶Autē. Secūdum Ægid. rubri. xxij. Vber posuit fraudē, quę sequitur.

ADDE qđ regulariter verū est, vt fiat reuocatio interlocutorię, citatis partibus, Host. in Sum. extra, de re iu. §. quot sunt eius species.

d ¶Absente. Vel nō requisito. Et vide q scripsi de appel. si à iudice. lib. vj. super termino, quod tollit hanc fraudē. De interpretatiōe verò, an fieri possit parte absente, plenè scripsi de verb. sign. olim. in glo. magna.

ADDE, vt plenè per do. Ant. de sancto Georgio in c. cū cessante. i xviij. col. extra, de appel.

e ¶Dispensatori. Simile in Clemen. de elect. caus. m. in fi. cum concord. vltimæ glossæ.

f ¶Dominus meus. Honestiorem formam, quàm habeat ipse Hostien. scripsi in decret. cum cessante. super .j. gloss. ad finem.

g ¶Non re. Ratio Vberti de Bobio, vbi tractat de coniuncta persona, in fine.

h ¶Parata. lib. vj.

41 ¶ † Si verò dubitat grauauerit, vel non: tunc q a nõ semper de facili videre potest grauamen inopinatè forte illatum, in dubio reuocet in hac forma:

FORMA. Ego nõ te credo in aliquo grauasse: sed si grauaui paratus sum illud reuocare, & quãtũ in me est illud ex nunc reuoco: sed q a te non credo grauasse, præfigo tibi talem diẽ peremptoriè, vt tunc cõpareas corã me ostẽsurus in quo te grauauerim. Et præcipiat notario de hoc facere publicũ instrumentũ, arg. in his, quę no. s. ver. item cautus[a]. Vide ergo quomodo sub conditione reuocat in dubio. Hæc autẽ forma obtinet, vbi probabiliter dubitat verũ id propter quod appellatur, verũ sit, vel verũ esse negatur. Si enĩ certũ & indubitatũ sit, super quo præfigitur terminus ad ostendendũ grauamẽ, quod tunc satis ostẽditur per narrationẽ in appellationis forma contentã: adeò q iudex per appellationẽ vel admittere, vel refutare potest. Vnde terminus talis appellantẽ non arctat, qui remedio interpositæ appellationis à iudicis iurisdictione reputat se exemptũ, sed & si verisimiliter ambigitur, vtrũ causa grauaminis in appellatione expressa legitima sit vel non: huiusmodi termini præfictio locum non habet, cũ iudex à quo appellatur, non debeat esse iuris ignarus: potest tñ tunc respõdere q vult deliberare, & statuere terminum appellanti ad audiendam suam super hoc responsionem: vt s. in forma illa: frater. si te &c. & appellans in termino veniens, & de iure coram iudice disputans, non intelligitur propter hoc appellationi renunciare.

42 ¶ † Quòd si[b] appellans absens sit, iudex per hoc poterit facere suas literas in hac forma.

FORMA: Talis iudex tali salutẽ in dño Iesu Christo: cũ tu in causa quæ vertitur inter te, & B. super hoc coram nobis ex hoc appellans à nostra discesseris præsentia: tibi tenore præsentium innotescat, q non credimus in aliquo te grauasse: verũtamen si in aliquo te grauauimus, quod nos latet, illud si apparere poterit, ex nunc, vt ex tũc, reuocamus omnino: quo circa discretioni tuæ mandamus quatenus die tali per te, aut per procuratorem idoneum, compareas coram nobis de dicto grauamine ostensurus: alioquin in causa ipsa, prout de iure fuerit processurus. quem terminũ tibi peremptorium assignamus. quod nisi feceris. in causa ipsa ratione præuia procedemus, tua absentia non obstante. & tam de reuocatione, q̃ de literarũ præsentatione fiat publicum instrumentum, per quod fides posit de his fieri illo inficiante, vt iudex facta sibi fide de præsentatione per illud post terminum ipsum in causa procedat.

43 ¶ † Illud autem scias q si is qui appellauit, cõpereat coram iudice à quo appellauit, postulans terminum sibi dari ad procedendum in principali: vel dicens q paratus est ius suũ prosequi coram illo: videtur appellationi renunciasse. ar. extra de re iudi. quod ad consultationẽ. ff. de pac. tale pactũ. §. j. s. de re iudi. ad solutionẽ. extra de appel. sollicitudinẽ. in fin.[c] ff. de mino. Æmilius. ff. de lega. cõmis. l. antepe. §. fi. & l. penul. Nam altero contrariorum electo, alteri renunciatũ esse videtur. xxxiij. q. j. cùm renunciatur. C. de furtis. l. j. C. si seruus exte. se emi man. l. j.

44 ¶ † Sed nunquid iudex interlocutoriam pro me contra te latam, à qua nõ appellasti põt post decẽ dies reuocare? Nõ videtur: quia iam transiuit in rem iudicatam. extra de elect. cũ dilecti. in fin. Dic cõtra, quia licet trãsiuerit in rem iudicatam quo ad te, vt nõ possis post decendium appellare: non tamen quo ad iudicem quin possit eam reuocare. ff. de re iudi. quod iussit. extra de præsum. afferte. & in prę. c. cũ cessante. Nã & tu posses post decẽ dies appellatiõi renũciare. ij. q. vj. si quis libellos. extra de app. personas. Si aũt appellasti, dicunt quidam q etiam adhuc illam poterit reuocare: vt s. versi. sed si iudex. quod verũ esse intellige re integra existẽte: puta quia appellãs nõ fecit sumpt⁹ in prosequẽdo app. de cõdi. causa da. causa nõ secuta. si pecuniã. l. prin. Sed & si vellet iudex sumptus reficere, dicit B. quòd adhuc põt reuocare: quia iã nõ interest ipsi⁹. extra de app. interposita. §. ij. Dñs meus dicit q semper potest reuocare, donec desierit esse iudex. Desinit autẽ esse, dãdo apostolos,[d] seu dare respõdere recusando, extra, de app. cordi.[e] vel si superior appellatiõe recepta sibi inhibeat, ne vlterius intromittat. eo. ti. Romana. §. si verò.[f] Vnde si interim fecerit sumpt⁹, sibi imputet: imò etiã dicũt quidã q licet appellãs dicat se iuisse ad curiã ad psequendũ appellationẽ, vel etiã iam se habere literas, quę tamẽ nondũ sunt præsentatę: iudex poterit nihilò minus reuocare, antequã appellatiõis causa sit cõmissa: vt in prę d. c. interposita. §. ille. & eo. tit. vt debitus. Nã sicut appellãti licet redire ad iudicẽ, à quo appellauit, priusquã causa alteri sit cõmissa: vt in præ. §. ille. sic debet & iudici licere. Inn. quart⁹ dicit[g] q iudex ante decẽdiũ, vel etiã post, vbi est appellatũ, põt interlocutoriã suã reuocare: q a appellatio suspẽdit pnũciationẽ. ff. ad Turpil. l. j. §. fi. Si verò nõ est appellatũ, nõ põt reuocare post decẽdiũ, sine eius licẽtia, pro quo lata est.

45 ¶ † Sed pone q appellatum est ab interlocutoria, & datus est iudex in causa appellationis, q citauit partes, & ad alia processit: nunqd primus iudex adhuc poterit reuocare grauamen? Respõdeo, obtinuit q nõ: q a iam non est res integra: vt in præ. §. si verò. & extra, de appel. interposita. §. ille. de officio deleg. pastoralis. §. pterea. ff. de iud. cùm ptor. nĩ. j. quãuis iudex appellationi nondũ aliquã fecerit inhibitionẽ.

46 ¶ † Sed qs debet pponere exceptiones peremptorias rei cohærẽtes, vel etiã dilatorias? Respõ. ipse cõuentus, & eius hæredes, & fideiussores, & mãdatores. ff. de exceptio. exceptiones. §. rei autẽ. & l. omnes. & l. quæ personæ. C. eo. defensores. ff. de iure fisci in fraudem. §. si principalis. C. de fideiusso. l. j. & l. sententiam. ff. eo. vbicũque. ff. de regu. iur. hæredẽ. Hoc tamẽ fallit in

47 pacto de nõ petẽdo, † quod personale est: nec ejus exceptio cõpetit hæredi, nec fideiussori. ff. de pactis. idẽ in duob⁹. §. psonale. Itẽ possunt exceptiones opponi cõtra paciscẽtes, & cõtra eos, q in iudicio fuerũt, & eorũ hæredes, & emptores, & legatarios vtẽtes suorũ authorũ iure. ff. de doli ex. apud Celsum. §. de authoris. & §. cum legitima. & arg. ff. de acqui. pos. Pomporius. §. cùm quis adminiculo.

48 ¶ † In summa notãdum est, q nemo prohibetur vti pluribus exceptionibus, etiã diuersis. ff. de exceptio. nemo. de inoffic. testa. contra veterani. §. sed nec impuberis. arg. cõtra. extra, de renũcia. super hoc. extra, de regula. & transe. ad relig. sicut. & extra, de appel. sollicitudinẽ. propè fi.[h]

49 ¶ † Itẽ nota q ferè omnes exceptiones peremptorię sunt perpetuæ, licet descẽdant à temporalibus actionibus, quas excludũt: quia quæ tẽporalia sunt ad agẽdũ, perpetua sunt ad excipiẽdũ: vt C. de excep. licet. in prin. ff. eo. l. iij. in pri. & l. pure. §. fi. s. §. j. in pri. ferè dixi propter exceptionem doli, quę aliquãdo perpetuò obijcitur: vt C. eo. si pactũ. Aliquãdo etiam nõ perpetuò: vt quãdo à maleficio trahit originẽ: vt ff. de pecu. quæsitũ. §. fi. Item dicũtur perpetuæ: quia semper opponi possunt, quandocunque agitur, etiã si actor stet per mille annos q non agat:[i] quia non est in potestate rei quãdo actor eum cõueniat. Sed si nunquã agatur nunquã excipietur: vt in præ. l. pure. §. fin. C. eodem. l. si pactum. C. de dila. si quando. in fin. quod est iij. q. iiij. §. spatium. C. de in integ. restitu. petendę.

50 ¶ † Item nota secũdùm Vbert. de Bobio[k] & Ioan. de Deo, q aduocatus, qui timet de principali, debet differre causam, si habet diuitem clientulum, hoc modo: proponat enim aliquam exceptionem, & super ea faciat pronunciari, & postea appellet. C. de appella. addictos. & admittetur appellatio, causa legitima in ea assignata. extra, de appella. vt debitus. & hanc appellationem prosequatur, & super ea statim iudicem impetret, vel nuncium mittat: & postmodum non petit iudex reuocare interlocutoriam, cùm res non sit integra: vt suprà, ver. sed nũquid. & seq. Item secũdùm Vber.[l] adhuc amplius poterit prorogari causa: quia si in causa præfatę appellationi aliqua quæstio incidat, & iudex appellationis grauet: iterum ab eo appelletur: sicut sæpe in curia fieri videmus per malitiosos procuratores. Itẽ

secundùm

a ¶ Cautus. Quicqd suprà, vel infra dicatur, tene quod habes de appel. si à iudice. lib. vj.

b ¶ Quod si. Verba Ægid. rub. lxxj.

c ¶ In fin. Miror q fuit omissa decre. gratũ. de offi. dele. vbi est casus. & de testi. cũ veniffet.

d ¶ Apostolos. Sup. delatorios. de app. cum appellationibus. lib. vj.

ADDE vt plenè per. d. Ant. de sancto Georgio in c. cum cessante. & de oĩbus his q̃ sequũtur vsque ad ver. in summa.

e ¶ Cordi. & c. vt super. et c. ab eo. li. vj.

f ¶ Si verò. lib. vj.

g ¶ Dicit. in c. cũ cessante. ibi remisi ad id quod ipse no. in decre. ff. q̃d me. cã. & ibi scripsi quod no. in decre. sacro. de sent. excõi. & vide ibi materiã plenius q̃ hic sup gl.

h ¶ Prope fin. Solue vt no. ĩ regula, nullus pluribus. de regu iur. lib. vj.

i ¶ Agat. Idẽ dixerat s. §. j. post prin.

k ¶ Bobio. Char. nihil xj. vbi tractat de cõiuncta persona, in fin. & Io. lib. iij. rubr. de exceptionibus. cõtra agẽtes pro alijs. ver. si volueris. & in fin.

l ¶ Secũdùm Vber. Nõ inueni Vbert. prę. in volu. descripsisse hanc fraudẽ, vel forsan alibi scripsit: vel alter scribens hęc illi attribuit. dicit Hiero. ad Furiã. B. q aliqui quod ab eis egreditur, ab alijs audiuisse se simulant. Vide Diogenem, qui in libro de vita & moribus philosophorum est quinquagesim⁹ ante medium: vbi dicenti sibi q eius amicus de ipso certa mala protulerat: respondit: An ille hoc dixerit, mihi dubium, te autem hæc dixisse, mihi certum est. Negari non potest quin Vber. quandoque pessima loqueretur. Nam vbi tractatur materia curatorum, mihi charta x. reprehendit aduocatum, qui veniente tutore, vel curatore ad causam permittit litẽ contestari intra decem annos: econuerso sæpe se cõscientiosum ostẽdit, & subdit peccata vitari. Vt à fine incipiam patet ĩ vltima char. ibi: præstito sacramento. in princi. & versi. de tuis. & versicul. abiberur. & charta pen. §. cùm autem. in princi. & ante §. sed si subarbitro. sua debet memorari nouissima. & spiritum carni pferri. & ibi prius per vnam colũ. in versic. licet quasdã. & locis alijs suasiones facit salutiferas.

secũdùm eũ adhuc lõgè sic plus poterit prorogari. Is enim, qui appellat à sententia, dicat eã nullam corã iudice appellationis. quod fieri potest: vt infra, de sen. §. iuxta. versi. sed quid si à sententia. & seq. & si iudex pronũciauerit iustam, vel aliquã, vel iniustã, statim iterũ appellet, & iterũ corã iudice appellationis dicat eam nullã: & sic poterit centies facere. Nec enim dicitur tertiò prouocasse, cũ nullã appellationẽ fuerit prosecutus, & semper possit dicere sententiã nullã: vt. ff. quæ senten. sine appel. re. l. j. & infrà, de sententia. §. fi. in prin. & ver. & nota quod secũdũ[a]. Itẽ docet idem Io.[b] quòd litigator semper insidietur iudici, & inuenta occasione appellet: nec timeat expẽsas, si diues est: quia grata superueniet, quæ nõ sperabitur hora. Sed certè pudet me talem recitare doctrinam quæ non illuminat cæcũ, nec sanat ægrotũ: vt xlv. di. recedite. In hoc enim doctores fiũt nõ erudiẽdorũ, sed perdẽdorũ auditorũ, dũ qđ male didicerũt, insinuãt. de cõsec. di. ij. pro dilectiõe. ¶ † Doctrina etenim mala testis est maliriç doctoris: vt j. q. vij. cõuenientibus. Sed & cũ omnis ætas pna sit ad malũ: vt xij. q. j. oĩs ætas. & pcliuis sit cursus ad voluptatẽ & natura imitatrix vitiorũ: vt xx. q. iij. c. ij. pfectò auditores libẽtius hãc doctrinam, quàm Euãgeliũ amplectũtur. † nõ attẽdẽtes q culpa simul est tã phibita discere, quàm docere: vt C. de malefi. & mathe. l. culpa. de quibus Paulus[c]: Sanã doctrinã nõ ferũt, & ad sua desyderia coaceruãt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate auditũ auertũt, ad fabulas autẽ cõuertuntur[d]: onerati peccatis ducũtur varijs desyderijs, semper discẽtes nũq ad sciẽtiæ veritatẽ peruenientes. Hæc leguntur xxvj. q. v. nec mirũ. in fine primæ colũnæ. Nã cũ aduocati pni sint ad malitiã dũ: vtiq nõ sunt in hoc vento doctrinæ instruendi. xij. di. de his. in prin. Scriptũ est enim, nolite errare fratres mei: doctrinis varijs nolite abduci. xj. di. nolite. quia nõ qđ obsit, sed quod prosit docendũ est. ar. xxxviij. dist. quãnis, in fin. ¶ † Quinimo quoties docent quod auditoribus nõ conuenit, toties malus sermo de ipsorũ ore procedit, ad destructionẽ auditorũ. xxij. q. vltima. quoties. & dũ doctrinæ delectantur gloria, fiunt auditoribus authores ruinæ: vt xlix. di. §. j. nam incauta locutio protrahit in errorẽ: vt xliij. di. sit rector. in princ. Hanc igitur doctrinã, tanq reprobã & insanã, taliter impugnamus: vt extra, de summa tri. c. ij. ad finem. ¶ † Nam frustratoriè appellans in expensis legitimis condemnatur: vt extra, de appella. vt debitus. Item aduocatus malitiosè litem protrahens, in duabus libris auri mulctabitur. C. de iudicijs. properandum. §. illo. & l. rem non nouam. §. patroni. & de postulan. quisquis. §. præterea. & iij. q. vij. §. tria. versi. si quis à Deo. tenetur etiam quo ad Deum ad restitutionem damni, per suam iniquam protractionẽ dati. de quo dic vt §. de aduo. §. fi. prope finẽ. ver. item sit cautus ne litem. & sequenti. ¶ † Sed pro hoc dolore hodie à Deo productus est furor, vt nullius habeatur momenti, qui iniqua agere metuit: quinimo letantur mali. & in pessimis rebus exultant: vt xxiij. q. iiij. ipsa pietas. extra, de exces. prælato. cũ sit graue. & gloriãtur in causarũ ptractione: & cũ iniqua egerũt, benedicũtur: vt lxxxij. di. c. j. Rustici enim garrulitatem authoritatẽ putant. xlvj. dist. §. j. Peccant ergo in suo officio cliẽtulos taliter decipiẽdo: vt & falsi tutores pupillos. j. q. j. §. pe. & fi. ideoq male moriuntur in peccatis: vt j. q. vij. conueniẽtibus. in fine primæ col. & ad illud perferuntur tribonal, vbi nullum habebunt de allegationum nitore subsidium, & vbi ipsorum factorum coutentur teste, quo iudicet vt ix. q. iij. aliorum. vbi etiã pro meritis mercedem accipient condecenter: vt C. de iudi. rem nõ nouã. in fine primæ col. & extra, de pœ. & remis. cùm ex eo. extra, de summa trini. c. j. §. hæc sancta. x. q. j. placuit. in fi. xx. q. iij. præsens. in fi. & iunge quod no. §. de aduo. §. fi. ver. itẽ caueat ne falsam. ¶ † Postremò no. q plures sunt exceptiões, quàm actiones: quia non est reperiri actionem, vel interdictum, quod aliquam, vel aliquas nõ recipiat exceptiones vt iij. dist. regula. ¶ Item sub tali consideratione omnis actio est exceptio, secundùm Vber. de Bobio[e]. nam actore possidẽte actio potest obijci in modum exceptionis: vt ff. de superfici. l. j. §. qđ ait. ff. de inoffi. testa. Pomponius. §. si filius. ff. ex quib. cau. ma. necnõ. §. exemplo. ¶ † Itẽ no. q si omnia remedia tibi desint, ita vt necessario habeas litem contestari, finge secundũ prædictos aliquos de nouo emersisse, ex quo dentur tibi dilatoriæ: quia secundùm ipsum Vber. de Bobio, opponi possunt etiam post litem contest. si de nouo emergant. extra, de excep. pastoralis. vel fac nouam causam emergere, puta facias te vasallum iudicis, vel affinem. extra, de offi. dele. insinuante. & c. causam. Nos tamen hanc doctrinam vt insanam, & animabus perniciosam, meritò detestamur, vt prædiximus, & ita malitiæ obuiari docemus: vt §. §. ij. iuxta princ. ver. cæterum. Item cùm actio, vel causa mutatur, potest reus redire ad dilatorias propositas: vt j. de li. concep. §. nunc ostendamus. versi. sed & si. ¶ Nec prætermittendum est[f] q probato crimine in modum exceptionis proposito, non est quis condemnandus. ff. de his. qui no. infa. Lucius. extra, de excep. c. j. de ord. cog. cùm dilectus. vbi de hoc, nisi in casu: vt ff. de adulte. l. j. §. si publico.

De diuersis exceptionibus reo competentibus, uide suprà in titulo de reo.

SVMMARIVM.

1 Replicatio in iudicio quid sit, & à quo debeat fieri.
Replicationes sunt post fundatam rei intentionem probandæ.
2 Replicatio de dolo, an sit contra exceptionem doli danda.
3 Contra replicationem actoris, an possit à reo duplicari de excommunicatione.
Replicatio an tollatur per excommunicationem.
4 Replicatio contra excep. opposita, debet esse pertinens, & ad substantiam exceptionis faciens.
5 ¶ Natura defensionis nulli ad iudicium tracto debet auferri.

NVnc dicendũ restat de replicationib.[g] Et est replicatio, exceptio cõpetẽs actori contra exceptionẽ rei: & istã semper opponit actor: & contra replicationẽ datur duplicatio reo: & iterum actori contra duplicationem rei datur triplicatio: vt ff. de excep. l. ij. & C. e. non exceptionibus & Insti. de replicatio. puta, peto à te[h] centũ quæ tibi mutuaui. tu excipis, te dicens habere pactũ de non petendo, vel te absolutum ab obligatione per acceptilationem. quo probato, absolueris: vt §. in prin. huius tit. Sed ego possum replicare, q tale pactum per metum, siue dolũ, vel cõtra leges fuit extortũ, vel abrenũciatũ ei per aliud pactũ vltimũ. quo ostenso, obtinebo. C. eo. aduersus fratrẽ. C. de pact. licet & l. pacta nouissima. extra, de pac. c. fi. & insti. de repli. in prin. Verùm cõtra meam replicationẽ tu potes duplicare de alio pacto tertio, vel q dolus me sciẽte, vel volente interuenit. C. de transact. cũ donationis. ff. de reg. iur. nemo vi. vel q post metũ accessit cõsensus. extra, q cleri. vel vo. c. fin. de spon. ad id, quod. & tñ etiam iterũ poteris triplicare cõtra meã duplicationẽ de alio pacto vltimo: vt hæc habentur Insti. de repli. & in præalle. l. pacta. Quãq tñ replicatio ponitur pro remissiõe: vt ix. q. iij. aliorũ. ¶ † Replicatiões aũt post fundatã intẽtionẽ rei, sunt probãdæ: ar. pre. l. aduersus. C. de proba. l. j. & l. exceptionẽ. Qualis replicatio admittatur cõtra exceptiões perẽptorias lit. contest. impediẽtes, dixi §. §. dicto. ver. hoc quoq notandũ. ¶ † Sed nunqd cõtra exceptionẽ doli dabitur replicatio de dolo? Vr q sic, ar. extra, de excep. cũ ecclesiasticæ. extra, de diuor. significasti. xxxij. q. vj. nihil ar. cõtra. ff. de doli excep. apud Celsum. §. Marcellus. extra, de exce. dilecti. extra, de iureiur. quẽadmodũ. Dic q replicatio de dolo datur contra aliã exceptionẽ ordinariã. ff. de pig. act. l. iij. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. sicut re. §. supuacuũ. ff. de nego. gest. & gñaliter. sed nõ datur cõtra exce. doli. Itẽ hæc regula, cõtra exceptionẽ doli nõ datur replicatio de dolo intelligitur in eodẽ facto, & qñ actor intẽdit lucrari, & cũ ipse & reus sunt in dolo. verbi gratia, induxi te dolo, vt mihi pmitteres aliqđ: & tu dolo induxisti me, vt remitterẽ pmissionẽ. Si ego ago ex promissione, & tu excipis de dolo, qa dolo me induxisti ad promittendũ: ego non possũ replicare de dolo, quo me induxisti ad liberationẽ quia volo lucrari. Et sic intelligitur cõtra exce. doli nõ datur replicatio de dolo: vt in præ. §. Marcellus. Hoc prosequere vt no. in præ. decre. dilecti. ¶ † Itẽ quæritur an cõtra replicationẽ actoris possit duplicari à reo de excõicatione. verbi gratia, actor petit x. reus exponit pactũ de nõ petendo: actor replicat de posteriori pacto cõtrario: reus autem duplicat cõtra vltimũ pactũ: ex parte actoris oppositũ de excõmunicatione: quæritur an possit? Et vr q sic: quia replicator actor principalis est, cui communicandum non est: vt extra, eo. exceptionẽ. Sed dic q p excommunicationẽ nõ tollitur replicatio: quia fingitur actor defendere actionẽ suã propositã, & nõ elisam per excep. & sic admissam per libellum nõ reprobatũ. vnde excõmunicatio prius non opposita, nõ põt admittere replicationem. Itẽ quia excommunicationis obiectio non tangit substantiam replicationis: † Cùm tamẽ in exceptionibus & replicationibus non pcedatur, nisi vna tangat substantiã alterius: vt Insti. de replica. §. j. & ij. & per totum. Item no. q replicatio cõtra excep. opposita, debet esse ptinẽs, & ad substãtiã exceptiõis faciens: vt si excipis de solutiõe, vel pmissiõe, re-

a ¶ Quod secundũ. His per Clementinas aliqualiter est prouisum in decreta. j de seque. pos. in fin. & in decre. prima, de senten. & re iudi.

b ¶ Idem Ioan. Vbi supra proxi.

c ¶ Paulus. ij. ad Timoth. iiij. c.

d ¶ Conuertuntur. Abhinc est eadẽ canonica cap. iiij. ante medium.

e ¶ Vber. de Bobio. Rñdeo de peremptorijs post princi.

f ¶ Prætermittendum est. secũdùm Albe. Gal. co. ti. circa medium.

g ¶ Replicationib. de quibus forma in vtilem summã, §. eod. à nobis. vbi vide.

h ¶ A te. Quatuor exempla canonica vide in summa prædicta. Istud autem fuit Bonagui. vbi suprà.

a ¶Secundũ V in.eo.ti.dilecti.& alia exẽpla etiã ſunt ſub quinto membro.
b ¶De qua.Vide quod ibi dixi.

Bald. De Exceptionibus. Rubrica.

plicabo de pacto in contrarium facto.ff.de pactis ſi vnus.§.pactus. Vel ſi excepio de excommunicatione, tu debes replicarẽ de abſolutione vera, vel præſumpta. extra de cleri.excommu. propoſuit. extra de ſenten.excom.in præſentia.de elec.venerabilem. Si autem ego excipio de excõmunicatione contra te,& tu replicas de alia contra me,non bene excipis:quia replicatio nõ tollit exceptionẽ: vt Inſtit.de excep.& replicatio,niſi velis opponere renũciationẽ:& replicas in perſonã mei excipiẽtis ꝙ renunciauerim illi exactioni,vel verè:vt extra de re iudi. inter monaſteriũ, vel tacitè,ſ. nõ opponendo eam intra terminũ præfixum ad opponendas exceptiões.extra c.paſtoralis.& tũc ego,cuius exceptio per obiectũ renunciationis eliditur,potero dupli- care, quia impeditus fui venire ad diẽ exceptionis aſsignatam.ff.ſi quis cauti.l.ij.§.fi.Et ita cõtra defenſionẽ nulla replicatio obeſt, quo ad perſonam meã,niſi renũciatio,etiã ſi ſim anathema:vt ſ præ. 5 decre.dilectis.eo.tit.c.fi.Et hoc eſt† propter naturam defenſionis nulli tracto ad iudiciũ auferẽdæ: alias ſepe innocens condẽnaretur: & quia ex quo defenſio mihi conceditur, & per conſequẽs omnia, ſine quibus defendi non poſſem,conceduntur,vt ff. de iuriſdi.om.iudi.l.ij.extra,de offi.dele. præterea. & c.ex literis.ff.de procura.ad rem mobilem.l.ad legatũ.ſecundũ V in^a^.Ex præmiſsis ergo ſufficiat opi.Ioan.de Deo, qui dixit, ꝙ prius cognoſcitur de replicatione excõicationis, ꝙ de exceptiõe excõicationis:vt dixi ſ.§.nunc videndũ.ver.ſed de qua^b^.

Solutio

Acceptilatio vel renunciatio, non dicuntur propriè exceptiones, ſed defenſiones.§.j.verſicu. defenſiones, & verſi. ſeq.G.ergo in ſtatutis, vbi fit mentio exceptionum, iſtæ non includuntur, quod not.Bald.

¶Exceptiões,quæ opponuntur ante litis conteſt. nõ ſunt propriè exceptiones.C.de except.l.penul.& fin.eo.§.ver.fin.quod no.G. Item exceptio ꝙ iudiciũ ſit nullũ,nõ eſt propriè exceptio, in d.§.verſic. item vbicunq;.Bal. ¶Officium iudicis,etiam loco deficientis exceptionis imploratũ,nõ dicitur exceptio,ſed defenſio.l.fi.ff.de peti. hæred. ¶Si lex aufert exceptionẽ,iudex non debet ſupplere.ſi verò non aufert,ſed à principio nõ naſcitur exceptio: æquitas tñ ſuadet ſuppleri per iudicẽ: tũc iudex ſupplere debet.Facit qđ no.ff.e.ti.valet.de peti.hære.l.plane.C. de tranſa. l.vbi pactũ.in glo.& ff.de pac.l.ſi vnus.§.pactus.& glo.in opponẽdo.vbi videas.Bald. ¶Exceptio ineptitudinis, & oĩs exceptio iuris,quæ non indiget probatione,impedit proceſſum:vt not. in c.vt circa.de elect. lib.vj. alias in Cle. Bald. ¶Ad probandum omnes exceptiones dilatorias, poteſt vnus terminus aſsignari.§.nunc videndum.verſi.item etiam.G.& in c.indultũ.de reg.iur.lib.vj. per Dyn.&.l. de die.ff.qui ſatiſd.cog.per Gul. & Iac.l.ij. ff. de re iudica. per Bart. ¶Hoc ꝙ exceptio de nouo peruenerit ad notitiam, probatur per ſacramentũ. Vber.dixit contra,ver. Vber. tñ.& ver.põt etiã.& ſeq.& in d.§.ſed pone,datus. G. Verũ eſt ꝙ probat iuramẽto:ſi tñ iudex ipſum deferat:in quo deferẽdo debet eſſe circumſpectus,& varijs perſonis & cauſis conſtituere.ff.de rei ven.l.in fundo.vide glo.in.l.ſicut.§.j.ff.de accu.Bald. ¶Exceptiones debent ſpecificè proponi:non generaliter proteſtari.ver.ſed illud.G.Vnde aduocati fruſtra proteſtatur exceptiões,quas nõ opponũt. valet tamen in hoc,quia nõ intelligitur excipiendo cõfiteri intẽtionẽ aduerſarij:vt no.j.eo.§.viſo. ver.ſi verò.& verſi.niſi fortè. ¶Stipulanti pro intereſſe tertij,poteſt opponi exceptio de incapacitate illius tertij:vt not.in l.vij.ff.de condict.inde. Baldus. ¶An à facto ſeu proceſſo poſsit appellari,ſicut ab interlocutoria.verſi.& no.ſecundũ Vber.dum tñ non appelletur ante factũ,ſed poſt factũ,vel cõminationẽ.C.de appell.l.ſi quis prouocatus.& j.§.viſo.verſi. quidam notarij.per G. exceptio excõmunicationis põt opponi coram iudice ſeculari.verſi.& no.C.de iur.& facti igno.l.j.& Inſti.de cap.di.§.minor. ¶Si iudex pronunciat exceptionẽ probatã,& nõ condẽnat tũc in expẽſis,an poterit condemnari ex interuallo?Sentit quòd non,ver.ſed quid ſi iudex.G. In contrariũ facit extra de appel.c.ſæpe.per Inno.vide j.de expen.§.poſſum. ¶Antequã reus recipiat libellum,nullam poteſt exceptionẽ proponere.ver.illud quoq; notatu dignum.G. ¶V in. doctor egregius dixit ꝙ publicatis atteſtationibus,poteſt exceptio perẽptoria opponi. & probari per teſtes,ſi ſit talis,quæ non deſtruit alias exceptiones directè: ſed deſtruit ius petentis: vt exceptio pacti, ſecus in exceptione falſi, niſi allegetur, & probetur corruptio.§.dicto.ver. ſed nunquid atteſtationibus.ver. V in.G. Indirectè vero poſſunt teſtes reprobari. vide plene infra de app. §.id in quo. cum xvij.§. ſequent. licet ibi loquatur in cauſa appellationis. ¶Si ſuper exceptione peremptoria eſt pronunciatum pro ſe,& poſtea ſuper principali, & appellatur a principali, poteſt iudex appellationis interlocutoriam illam caſſare, quia tota reponitur, & reuoluitur in diffinitiua, ſecundùm Innocen. Secus ſi interlocutoria ſit extra factum principale C.de procuratoribus.l.ita demum.verſic.item quid ſi.G.Dic vt in c.vlti. de app.lib.vj.Bal. vide quod no.ff. quod metus cau.l. ſi cum exceptione. §. in hac.Bald. ¶Exceptio non facti inuentarij, eſt exceptio nullitatis inſtantiæ: & poteſt ſemper opponi.verſi.quid ſi poſt. G.ſcilicet à minore, non contra eum,ſi ratificet,quod iure ſpeciali ſibi conceditur licet ſit defectus ſolennitatis.nam inuentarium eſt de ſolennibus.C.in qui.cau.l.ſi tutor.vbi de hoc. Bal. ¶Idẽ in exceptione nullitatis, quæ cauſatur de defectu iuriſdictionis,quæ ſemper põt opponi ex eo,ꝙ vigore ſtatuti,vel legis in actu tollantur oẽs exceptiones: vt eſt glo. ſingularis in Cle.j.de ſeq. poſſ. & fruc.quam tene mẽti.& hoc verum eſt,niſi in cauſa talis naturæ,in qua iudex non reperiatur: vt in cauſa papæ: quo caſu ſi iure poſitiuo tollantur omnes exceptiones,iſta exceptio nõ poteſt opponi: vt ſi opponatur contra electionẽ papæ ꝙ nõ valeat, quia facta à cardinalibus ſuſpenſis & excommunicatis: vt in c.licet de vitanda. de elect. ¶Quæ exceptiones impediant proceſſum cauſæ principalis,vel appellationis.verſic.vt autem. per tres col. ¶Quæ dicuntur exceptiones rei finitæ? certè illæ quæ finiunt rem in iudicio,vel motam controuerſiam iam dirimunt: vt exceptio rei iudicatæ,tranſactionis,iuriſiurandi,& renunciationis litis: ſed exceptio præſcriptionis de conſuetudine non examinatur ante litis conteſtationẽ verſic.item poteſt. & ſequen.G. ¶Quædam exceptio oritur ex cauſa,quæ perimit naturaliter tantùm: quædã ciuilem tantùm: quædã vtrãque obligationẽ: quędam neutram. verſic.vt plenius. G. ¶Quando oritur actio ex reſcripto,& quando nõ, verſicu. rurſus.G. ¶Exceptio perẽptoria debet opponi actioni intentatæ non libello: & ideo ante litis conteſtationem nõ poteſt opponi:quia nondum exercetur actio: verſicu. item ſi petitione. B.Et ſi opponitur petitioni,non opponitur ad id ad quod excipitur indirectè eliđendus. vnde videtur fateri factum ab actore intentatum.§. viſo. verſicu. eſt ergo. quod not. ¶Exceptio non numeratæ pecuniæ competit contra confeſsionem : ſed in factum, contra inuex. in probationem.verſicu.ſupereſt.G. Quando quis negat factum, per ſcripturam propriam conuictus perdit omnem defenſionem. ſecus ſi factum tantum.verſicu.quid ſi debitor.G. Beneficium non perdit per mendacium ff.de fideiuſ.l.ſi dubitetur.Poſſeſsio autem non perditur per mendaciũ ſed commodum eius,quod debet auferri in authen.de trien. & ſemiſ.§. penult.arg.ff.de inter.act.l.non alienum.Commodum autem ſententiæ perdit,qui eam inficiatur:vt no.de fide inſtru.in c.G.perpetuus. per Innocen.vide infra,de loca.§.ſi in emphyteuta negauit. Baldus. ¶Quo enim ordine ſint proponendæ exceptiones fori, & aliæ declinatoriæ .Primò debet proponi cauſa,quæ funditus eneruat iuriſdictionem. Secundò ea, quæ eximit à iuriſdictione. Tertiò,exceptio ſuſpicionis . Quartò,exceptio,quę elidit.Deinde procuratorem & reliquæ.verſicu. porrò in proponendo.G.ff.de re iudi.l.quidam per Bart. Alij dicunt quòd in ordine exceptio ſuſpicionis,debet eſſe prior.Nam qui alias opponit, facit eũ iudicem in decidendo.Sed tñ ꝙ non ipſe, ſed lex facit: nec niſi ſuper illo articulo.facit ff.de iud.l.ſed & ſi ſuſcepit.vide.j.de petitorio.§.exceptio. ¶An exceptiones ſint proponendę in ſcriptis.verſi.ſed nunquid iudex. G.ff.de excu.tu.l.ſcire oportet.§.fin.Bal. ¶An in exceptionem excommunicationis debeat exprimi ſpecies & cauſa: & quid ſit hoc dictum. verſi.ſed quoniam excommunicationis. ¶Illæ exceptiones ſunt validæ, quæ habent robur à iure. ver.propoſitis autem. G.& apertæ. ff.de ſtu.l. Labeo.debet iudex admittere validas,& pertinentes,& aptas non alleg. G. ¶Iudex,qui admittit exceptiones ſub conditione,ſi probabũtur, nõ dicitur grauare.verſicu.item cautus.Practica ſuper taxatione expenſarum,& an poſsit reſeruari condemnatio, & taxatio.verſicu.quid ſi reus. & ſequen.G.quando veniunt ex interlocutoria fit,de appella.c.ſæpe.per Innocen.quando ex diffinitiua non quia eſt functus officio. G.Et dicit quòd ſecundùm ſtylum curiæ,fit reſeruatio. G.ſic ff.famil. erciſcun.l.ſi Labeo.§.j.De hoc in l.terminato.C.de fruct.& lit.expen. vide j.de locatum.§.fina. ¶Grauamen ex interlocutoria poteſt reuocari, non obſtante appellatione,ſcilicet re integra , etiam parte abſente: ſecus ſi ſit inceptus proceſſus ſuper appellatione verſicu. ſed ſi iudex.vide & ſequen. verſicu.ſed pone quòd G.Et ſi eſt appellatum,poteſt reuocari poſt decem dies,aliàs non,niſi de conſenſu partium ſecundum Innocentium verſicu.ſed nunquid iudex. G.quod eſt verum, ſi ex interlocutoria eſt nata actio.ff.de præto.ſtipulatione.l.j.in fin. & ibi nota. Alij dicunt ꝙ illud ideo eſt , quia erat facta executio inter partes, ſecundùm Raynaldum & Bartolum. Exceptio rei non traditæ & pretij non ſoluti, poteſt opponi in executione ſententiæ,per.l.ſi duo patroni.§.item illud.ff.de iureiuran.ſed ibi ex ipſo iuramento oritur actio,ſeu petitio , aduerſario: non ſic ex ſententia,cùm non ſit actum ad hoc per l.duobus. ff.de exceptio.rei iudic.ſed ibi victor non innitebatur ſententiæ,ſed primæ actioni. & per l.fundum qui Lucius.ff.de rei vendic.ſed ibi erat res obligata: ſed certè hic eſt quaſi obligata: vt in §.offerri.§.dicto. verſicu. ſed pone petij.Gul.Item non eſt hæc exceptio peremptoria, in contractibus nominatis,ſed moratoria executionis. Tutius eſt verò quòd iudex pronũciet de vtraq; ſecundùm not.C.de ſenten.l.cum eorum. Ego dico quòd non iure exceptionis,ſed eodem officio verùs vtcreque.argumen. C.vbi cau.fiſ.l.cùm venditur.C.de repubh.l.j.& ff.de petit. hæred.l.fina. Bald. ¶In ſucceſsiuis delictis,quãdiu delinquitur , actio naſcitur, nec præſcribitur.ar.ff.de vſufru.accre.l.j.in fi.& ideo à quolibet parte tẽporis dinumerari poteſt ius accreſcendi.arg.ff.de adul.l.mariti.§ ſex menſes. Secus

De ſatiſ.

De satisdationibus Rubrica.[a]

QVONIAM Oblato libello quę[c] dam cautiones in iudicio præstantur: ideo vtile est, vt de eis aliqua subijciamus. Et primò dicamus, de satisdationibus principalium personarum. Scilicet de satisdatiõe actoris, & rei. Postmodum de satisda. personarũ pro alijs in iudicio interuenientium, scilicet procuratoris actoris, & procuratoris rei, & defensoris, & tutoris, & de quibusdam alijs satisdationibus extraudicialib⁹, &c.

SVMMARIVM.

1. Datio fideiussoris quo casu posit actori remitti: & ipsa remissa, quid ab eo sit exigendum.
2. Actor nõ veniẽs in termino ad quẽ aduersarium citari fecerat, non est ante expensarum restitutionem audiendus.

Actor qualiter habeat ĩ iudicio satisdare.

ACtor Igitur, qui vult agere, libellũ suæ petitiõis debet porrigere: & per iudicẽ, seu eius executorẽ st offerẽdus reo: vt dicã j. de lib. cõce. §. restat. verũtamẽ priusq; actor iudici libellũ porrigat, satisdabit cũ idoneo fideius. q vsq; ad fi. litis pseuerabit in cã, quodq; eã per se, vel p pc. suũ perficiet: & q si eũ apparuerit litẽ iniustè mouisse, dabit reo decimã partẽ litis in libello cõprehẽsę. ¶ †Si verò cõsti erit p ipsius sacramentũ, q fideius. dare nõ posit, remittit ei datio fideius. sed iuratoriã exponet cautionẽ: & in libello pfiteri debet se facturũ hæc oĩa. Et hoc verũ est gñaliter, q talis cautio pstari debet, nisi eã moneat ex consensu vtriusq; ptis: puta q apud arbitros, vel q melius est, i. q cautio de vtriusq; ptis cõsensu remittat. Hęc oĩa habent C. de episc. & cle. aut. gñaliter. C. de asser. tol. l. j. §. oẽs. Hoc aũt facto iudex libellũ recipiat, & citet reũ vt veniat, vt dictũ est suprà, de cita. §. seq. §. sc. & cũ venerit, debet actor iterũ cautionẽ exponere in eũ, quẽ dixi sibi obnoxiũ, vel in negotij executorẽ,[b] q intra duos mẽses litẽ cõte. qđ si nõ fecerit, omne dãnũ in duplo resarciet reo: ita tñ q cautio illa nõ trãscẽdat summã xxxvj. aureorũ: vt. C. de lit. cõte. aut. libellũ. & de dila. aut. qđ fieri. q̃ habet iij. q. iij. §. spatiũ. & j. aut. de liti. §. ad excludẽdas. tñ secdm Tan.[c] iudex statĩ põt recipere libellũ, & actor simul præstet vtrãq; cautionẽ, añq̃ reus libellũ recipiat, qđ nõ est absonũ dicere. verũ licet iura has pcipiãt pstari cautiones: hodie tñ nõ pstat, cõtraria cõsuetudine pualẽte[d]. ar. iij. di. §. leges. & no. Inst. de satisd. §. sed hodie. & infra, §. pxi. ppe prin. Itẽ nõ sunt corã arbitro prestãdę: vt suprà, de arbitris. §. differt. vers. item coram eo non. ¶ †Porrò actor, qui non venit in termino, ad quẽ aduersariũ citari fecerat, nõ audit, nisi prius restitutis expensis, & idonea cautiõe præstita, & in alia cautiõe fideliter cõparebit. qđ dic vt extra, de do. et cõtu. actor[e]. De accusatore dic vt, iiij. q. v. q̃sq̃s. sed & mulier nõ pstat pdictas cautiões iudicio sisti. ff. q satisd. cog. de die. §.

SVMMARIVM.

1. Conueniens rei vendicatione forensem equũ conuenientis ducentem per locum suũ, an & qualiter fieri debeat satisdatio.
2. Clericut quo casu teneatur ad cautionem, seu satisdationem.
3. Prælati ecclesiarũ licet decimã litis, aut aliam partem non possunt recuperare, possunt tamen expensas moderatas, & pro eis pignora recipere.
4. Papa potest suam sententiã, vel auditoris sui vbique executioni mandare.
5. Scholaris Boñ. conuentus cauens iudicio sisti, si aliũ scholarẽ offert fideiussorem, an sit audiendus.
6. Satisdare an posit qs coram vno, q corã alio aget.
7. Recusant examen delegari nõ cauet corã eo, quòd respondebit coram domino feudi.
   Roma est communis patria.
   Satisdãdũ est corã illo iudice, corã quo conuenit.
8. Scholaris plures habens iudices, coram quo habebit litigare.
9. Satisdatio eius, qui non posidet immobilia, qualiter, & qua forma sit in scripis reponenda.
10. Fideiussor in iudicio sistendi causa datus, debet pro rei qualitate locuples esse.
11. Ecclesia, quæ cõuenitur, fideiussorẽ nõ inueniens sufficiẽtem, an pro ea posit eius vasallus admitti.
12. Forma cautionis, quam habet præstare cõtumax intra annum veniens, volensq; recuperare possessionem, cuius commodo destitutus fuerat per primum decretum propter contumaciam.

Reus qualiter satisdare debeat ĩ iudicio.

DIcto De actoris satisdatione: nũc de reo dicendum est. Et quidem reus cùm libellũ recipit, satisdare debet q vsq; ad fi. litis permanebit: vt Inst. de satisd. §. sed hęc hodie. iij. q. iij. differatur. ff. de offi. præsi. senatus. in fi. verũtamen si posidet immobilia, sufficit ei ponere iuratoriã cautionem, vt ibi. ff. qui satisd. cog. sciẽdũ. nõ tamẽ cauet de iudicato soluendo. Inst. e. §. ab eius vero.[f] Exponet etiã reus aliã cautionẽ, videlicet de re exhibenda, & nõ baratãda: vt in pre. l. senatus. in fi. ff. qui sat. cog. si fideiussor. §. fin. ¶ †Hinc est, q si forensem equũ meũ per locũ meũ ducẽtẽ cõuenio rei vẽd. vt supra de cõpe. iud. adi. ver. qd si qs statim prius equũ ducat, satisdabit de eo nõ baratãdo, & de illo loco ad aliũ nõ ducẽdo, & repræsentãdo quoties op⁹ erit: vt ĩ p̃. l. si em. lib. porrecto an. li. cõte. equũ

in sententia, quę etiam quotidie nascentem actionẽ perimit: vt not. ff. de iureiuran. l. qui. §. in popularibus. quia causam tollit. Bal. ¶ Replicatio debet esse ad substantiam exceptionis, & de eodem, vbi ad factũ opponitur. §. nunc dicendũ. ver. si. G. Sed vbi ad personã dic vt in l. cùm mulier. ff. sol. ma. per Iac. de Are. & Barto. ¶ Licet contra sententiã non posit opponi exceptio, non tamen meretur sententię executionem, nisi in radice, & in substãtia sit liquida. l. hoc autem. §. j. ff. ex qui. cau. in pos. ea. ibi: liquerit. qui tex. est aureus ad hoc Bal.

De satisdationibus.[1] Rubrica.

¶ Pileus sine rubrica tractat de his in prin. sui operis.

¶ Bag. etiã non facit Rubric. tamen charta secunda circa mediũ aliquid tractat de satisdatione agentiũ nomine alieno.

¶ Tan. parte secũda facit tres rubricas de tribus satisdationibus, actoris, rei, & agentiũ causas alienas.

¶ Ros. vbi tractat de actionibus ex stipulatu rubrica ij. iij. & ix. de his hoc ordine tractat de satisdatione rẽ ratam haberi, iudicatum solui, & iudicio sisti: de quibus tangit author j. de pig. super secunda parte Rubricæ.

¶ Neuter q̃ Vber. nec Io. de Deo fecerunt de hoc rubricam nec Bonagui. Ægid. rubri. xj. cùm duabus sequen. tractauit de his.

¶ Albert. Gal. aliquid de hit tractat rubri. sua prima, scilicet de procura. Quoniam oblato libello.

b ¶ Executorem. Per cuius stipulationem acquirebatur reo actio, per l. ff. rem pupil. sal. fore. non quasi. in prin.

c ¶ Secundùm T. & Pileum, quorũ vbi s. fuit totum, quod hic dicitur, vsq; ad versi. porrò exceptis remissionibus authoris.

d ¶ Præualente. Dicit Tan. q audiuit dominum Azo. rem sic dicentem & Pil. & ipse Tanc. dicunt q suis temporibus illas præstari non viderunt s hæc dico ne credas hoc nouissimum.

e ¶ Actor. lib. vj.

f ¶ Vero. D. meus in legibus pulchrè dicebat super l. j. ff. qui satisda. cog. quod gl. magna illius legis debeat esse super rubrica, cuius rubricæ sunt tres quæstiones. Prima, qui satisd. cog. Secunda, qui iuramento promittunt. Tertia, qui sunt, quorum promissioni cõmittitur, i. qui ad neutrum tenentur. ¶ Ad primã respondet q satisdat iudicio sisti, qui non posidet immobilia: vt præ. l. sciendũ. Item qui se offert defensioni, cum mãdato, vel sine: quia nullius alterius litis idoneus defensor est sine satisdatione, vt præ. §. ab eius. & §. si verò. eod. ti. & no. ff. in ius voc. vt ẽst sup rubrica. ¶ Ad secundã respõdetur, q his qui immobilia nõ posidẽt, nec fideiussores dare possunt. C. de epis. & cle. authen. generaliter. & Insti. hoc ti. §. sed hodie. & personæ honoratæ. C. de proxi. sacro. scri. l. j. & ij. ¶ Ad tertiam respondetur de clericis. C. de epis. & cle. l. cum clericis. vbi nõ iurãt. Item nec satisdant. in authen. de san. episc. §. siue autem pecuniaria causa. Item ille, de quo sic conuenit, Insti. de re. diui. §. venditæ. liberatur autem, qui satisdare tenetur, dando pignora. ff. de col. bon. l. j. §. iubet. ad hoc tamen notentur. & sic loquitur l. prætoriæ. ff. de præto. stipul.

ADDE & primam q̃onẽ limita, scilicet q non posidens immobilia tenetur satisdare, q hæc regula non habet locũ in eo, q multa bona mobilia posidet: quæ de facili non possent occultari secũdùm Gui. de Cu. Cy. Bal. in l. sciendum. ff. qui satisd. co. & Bal. & Imo. in l. facere. ff. solu. mat. Secundo fallit vbi ego à re prius cõuentus, puta ad equum, fuerim cõtumax in præstanda sibi satisdatione de iudicio sisti, & demũ ille equus ad te peruenerit: & postea ad eundem ego te conueniam, non potero à te petere cautionem, in qua præstanda ego fui cõtumax. & hoc probat secundũ Ange. & Ros. in l. vl. quæ bona. §. si qs. ff. de dã. infec. Itẽ limita qđ veniens ad defensionem alterius, tenetur satisdare non habere locum, secundum Ang. in d. l. sciendum. in eo, qui venis ad defensionẽ vnius articuli. alle. gl. singularem. l. in eo. ff. de re. iur. quã glo. sequitur Bart. in l. si verò. §. de viro. solu. ma. Imo. in c. veniẽs. de accu. Bal. in l. reos. C. de accu. Quo ad secundam q. q sufficiat iuratoria cautio, limita secũdũ Bal. & Pau. de Ca. in l. j. qui satisd. cog. nisi iudex habeat præsumptiones vel indicia quod satisdare posit. ar. l. iij. §. j. ff. de iureiu. secundũ Cy. & Odof. quem refert Cy. in addi. in d. l. j. est necesse, quod iuret se nõ posse dare fideiussorem: quia subiret anceps periuriũ, cõtra l. videamus, de in litem iurã. sed debet iurare se credere, de facili nõ posse inuenire: per l. de die. eo. ti. Item limita nõ habere locũ iuratoriã cautionẽ in criminalibus, salua in muliere, secũdũ præfatos doc. per l. j. §. si quis rerũ. ff. de cust. re. & in aut. nouo iure. C. de ca. re. plures casus, in qbus nõ statur iuratoriæ cautioni vide per gl. & doc. in l. iij. C. de vsuf. Bal. in aut. ei qui iurat. de bo. auth. iud. pos. & in l. ij. C. de vsu. & fruc. leg. per glo. & doct. in c. qua fronte de app. Ans. de But. in c. ij. de seq. pos. & fruc. Pau. de ca. in l. ij. ff. sol. mat. Quo verò ad tertiã q. ille, qui debet satisdare, liberatur dãdo pignora: quod non liberatur ille, qui promittit satisdare, secũdùm Guil. de Cu. quã cõiter alij sequuntur in d. l. j. & hoc per text. in aut. vt cùm de ap. cog. §. aliud. in verbo, desyderium implemus. Et an delectentur dare fideiussorẽ, si iurat nõ posse dare in vno loco an posit dare in alio, vide Alex. consi. lvij. iij. lib.

alibi mittas, & satisdatio prestita nõ fuerit, nõ tenetur ibi respondere. C. vbi in rem act. l. fi. ibi in locis, quibus res, &c. arg. cõtra ff. de iudi. si q̃s postea[a]. ¶ † Ad hanc autem cautionem credo etiã clericũ teneri, licet sit aliàs in satisdatione iudicio sisti priuilegiatus: vt C. de epi. & cle. aut. ꝑ pecuniaria. in aut. col. ix. de san. epi. §. si quas autẽ. Nam in eo sufficit sola promissio cũ hypotheca rerũ suarũ secundũ tit. vt ibi: clerici enim nõ ita cogunt̃ satisdare, vt alij. C. de epis. & cle. omnes. & extra, de sequestra. c. j. in fi. de hoc ſ. de primo decre. §. iam de effectu. ver. vlt. & de hac diuersitate satisdationum videt̃ loqui aut. vt reus prębitis sportulis, vel data fideiussiõe xx. dierũ gaudeat inducijs, in quibus deliberet, cedat, an contendat, vel petat alium iudicem sociari: vt iij. q. iij. offerat̃. qđ est C. de lit. contest. Qui aũt suo nomine conuenit̃ iudicatum solui, satisdare nõ debet: vt in præ. §. sed hodie. verũtamen, sicut dixit Pileus, cõtrariũ cõsuetudo[b] seruat. Nã iudices statim recipiunt libellũ ab actore, nulla predictarũ satisdationum extra ab eo vel prestita, sed ab vtraq;, s. tam actore, quàm reo recipiunt pignora, vel fideiussores, si pignora dare nõ possunt. & hoc propter expensas, quę fiũt in causis, & in actis causarũ, & ꝑpter decimas litis, quas iudices seculares secũdũ diuersorũ locorũ consuetudines, accipere cõsueuerũt. Sed si iurabit re⁹ se pignora, vel fideiussores dare nõ posse: sufficit iuratoriam prestari cautionem, sicut in satisdatione actoris prædictum est. ¶ † Et no. quod licet prelati ecclesiarum huiusmodi decimã, vel aliã litis partem nõ possint recipere: vt extra, de vita & honesta. cleri. cũ ab omni. tñ expensas moderatas, & pro eis pignora recipere possunt, secũdũ titulum. qđ dic vt ſ. de sala. §. j. ver. si verò est ordinari⁹[c]. ¶ † Sed pone, titius petit in curia Ro. à B. Anglico c. marcas: sciens aũt ipsum B. recessurũ petit ꝙ vel ille B. deponat c. marcas penes iudicẽ: vel ꝙ p̃stet idoneã cautionẽ, s. pignora, vel fideiussores, ꝙ ei soluet, si vincat: nũquid debet audiri? Videtur ꝙ sic, cũ ille sit possessor imobiliũ: vt in prę. l. sciẽdũ. in fi. Dic cõtra, ar. extra, & C. de sequestra. per totũ. & arg. C. de hęre. act. vt debitũ. licet em̃ possit quis cogi ad cautionem iudicio sisti, vt in prę. aut. offeratur. & in prę. sciendum. nõ tamen ad illam iudicatũ solui, quam nemo suo nomine conuentus prestat: vt ſ. & no. in prę. l. sciẽdũ. & sic obtinuit maximè cũ clerici nõ ita satisdãt, vt supra: cum etiam papa suã sententiam, vel auditoris sui possit vbiq; executioni mãdare. ¶ † Quid si scholaris Bonoñ. cõuentus cauẽs iudicio sisti: offert fideiussorẽ aliũ scholarẽ: nunquid est audiẽdus? Nõ videt̃, imò ille habebitur pro nõ dato, cũ sit priuilegiatus. ff. si quis in ius vo. l. j. ff. qui satisda. cogã. quoties. Ideo em̃ fideiussorẽ accipimus, vt nobis diligentius sit cautũ. insti. de fideius. in princi. & de replic. §. fi. Quomodo ergo põt esse idoneus, q nõ possidet immobilia: vt ff. qui satis. cog. sciẽdũ. in prin. & qui habet fori prescri. vt eo. ti. si fideiussor. & qui difficilis est ad cõueniẽdũ: vt C. lib. x. de conuen. fisci debitor. l. ij. Ecõtra videt̃: quia fideiussor debet accipi iudicio sisti, dumodo sit idoneus facultatib⁹, & ꝑ facultate cõueniẽdi. ff. q satisd. cog. si fideiussor. in prin. & ff. in ius vo. vt eãt. l. ij. & C. li. x. de agen. in reb⁹. l. fi. circa princi. Sed põt dici ꝙ si iste nequit alios dare, ille recipiendus est[d]: ita tamẽ ꝙ renunciet suo priuilegio[e]: vt in prę. l. si fideiussor. circa prin. ¶ † Illud quoq; certũ est, ꝙ is qui reuocat domũ, debet vbi conuentus erat, cauere ꝙ iudicio sistet certo tempore coram suo iudice. & cauebit sola promissione, fortè pœnali, absq; fideiussorib⁹: vt ff. de iud. l. ij. §. sed si dubitetur[f], nisi fortè sit suspectus: quia tũc datis etiã fideiussoribus. ar. in prę. l. si fideiussor. §. fi. & ff. de offi. præsi. l. senatuscõsul. & sic secũdũ hoc satisdat quis corã vno, ꝙ coram alio aget: vt ibi ff. iud. sol. l. pe. & facit ad hoc quod in alio tẽpore caueat, & alio agi differatur. C. de libe. causa. l. ordinata. §. si is. & in prę. l. senatusconsul. in fi. & ff. de adulte. si adulterium. §. fina. ¶ † Sed nunquid præmissa vera sunt in quolibet in nõ competẽti foro cõuẽto: vt debeat ibi cauere? Dicit Accur[g]. ꝙ nõ: vnde recusans examen delegati nõ cauet corã eo, ꝙ respõdebit corã dño feudi: vt ſ. de compe. iudi. adi. §. j. ver. viij. & in prę. l. de iudi. ideo satisdat̃ coram eo, apud quem conuenit̃: q ibi conuentus habebat domiciliũ. Nã Roma cõis patria est. ff. ad munici. Roma. ideoq; ibi satisdat ꝙ in ꝓuincia iudicis sistet. Is ẽ locũ põt habere, cũ q̃s reuocat domũ seu forũ ad locũ remotũ. ¶ † Quid ergo de scholari, q habet tres iudices: vt supra, de reo. ver. item scholaris? Pone em̃ ꝙ citatus est corã rectore loci: ipse verò reuocat forũ, volẽs sub doctore, vel episcopo litigare: nunquid cauebit corã ipso rectore loci? Videt̃ ꝙ sic, ꝑ prę. §. sed si dubitet̃[h]. Vel dic ꝙ corã eo, coram quo elegerit causam agi: vt ff. iudi. sol. l. iij. rñ. j. & l. ꝑ. maximè si corã ipso rectore sit grauior forma satisdãdi, secũdũ Acc[i]. ¶ † Satisdatio aũt ei⁹, q nõ possidet imobilia, hoc mõ scribet̃.

☙ FORMA[k]. Cũ in cã, quę inter B. & T. super c. lib. quas idẽ B. petijt ab ipso corã tali iudice oppositum fuisset eidẽ T. ꝙ nõ erat possessor immobilium, & ideo satisdare debebat: propter hoc idẽ T. promisit ipsi B. siue mihi notario, vice, & nomine ipsi⁹ B. stipulanti de iudicio sisti secũdũ formã iuris, in cã, & sup cã p̃dicta. insuper B. ipsi⁹ T. precib⁹, & mãdato eidẽ B. vel mihi notario pro ipso B. recipienti, de prędictis existit fideiussor. Hoc probatur suprà in prin. huius §. Quod autẽ notarius possit hanc promissionem recipere, & ꝙ ex hoc acquiratur actio ei, cuius nomine recipitur: dixi suprà, de primo decreto. §. iã de effectu. ver. sed cui prestabitur. & seq. ¶ † Illud aũt scias ꝙ fideiussor in iudicio sistendi causa datus ꝑ rei qualitate locuples esse debet, exceptis personis necessarijs: tunc enim qualiscunq; sufficit, vt pro parente, & patrono, & alijs. Hæc leguntur ff. in ius vo. vt eant. l. j. ij. & iij. ¶ † Quid ergo si ecclesia, quę conuenitur, non inuenit sufficientem fideiussorẽ? Dic ꝙ vasallus eius pro ea admittetur, licet aliàs nõ sit idoneus pro tanta summa: quia est persona ecclesię coniuncta, per prę. legem. ¶ An autem talis fideiussor lata sententia teneatur, notatur infrà, de fideiuss. §. j. versi. quid si fideiussor. Et de hac cautione vide infrà in tract. lib. de accu. §. sequitur. ver. si dedit. & seq. de do. & contu. §. restat. versi. no. quoq;. & seq. ¶ † Porrò de cautione, quã debet prestare cõtumax intra annũ veniẽs, qui vult recuperare possessionẽ, cuius cõmodo fuerat destitut⁹ per primum decretũ propter cõtumaciam: & an clericus eam prestet, dixi in prę. §. iam de effectu, ver. vlti. no. Huius aũt cautionis forma hæc erit.

☙ FORMA[l]. Cũ in causa, quæ vertit̃, seu verti speratur inter T. & D. super hoc idẽ T. ꝑpter contumaciam B. ex primo decreto, siue ex interlocutoria iudicis fuisset in rei petitę in libel. pos. inductus. & hoc in reali. in personali verò dicet sic, fuisset in pos. bono. ipsi B. valentiũ quãtitatem in libello comprehensam, vel pro modo debiti in libello declarati inductus: ipse B. intra annũ veniẽs, & possessionem recuperare volens expensis libelli, sententiæ, & tenutę, & quas idẽ T. propter hoc se fecisse ostẽdit, refectis, promisit eidem T. litem suscipere, & in ea vsq; ad finem perseueranter stare. insuper H. ipsius B. precibus &c. vt ſ. in proxi. forma. Hæc probatur in his quæ no. j. in prę. ver. vlt. ¶ Quod autem dicitur in prę. forma, & pos. recuperare volens, procedit secundùm nos, & alios qui dicimus ex primo decreto missum verè possidere. Alij verò dicunt ꝙ tantùm custodit: vt not. in præ. §. iam de effectu. ver. si verò reali. & secũdũ eos dicibi, & ad defensionem causę se offerẽs expẽ. &c. ¶ Qualiter aũt reus formabit libellum contra actorẽ idoneũ fideiussorẽ recipere nolentẽ, vel qñ quis se, vel aliũ promittit sistere in iudicio, & nõ sistit[m]. & de alijs vide j. in trac. lib. in ti. de dolo & cõtu. §. restat. ver. notãdũ quoq;. & seq.

SVMMARIVM.

1 ☞ Cautio ratihabitiõis tũc à procuratore exigit̃ qñ incertum est, an ei negotium mandatum sit.

Procurator

---

a ¶ Postea. Non loquitur de foro rei immobilis, sed de foro domicilij. & ponit eundem casum cũm decre. pe. de foro compe.

b ¶ Consuetudo. Tenacissima & quasi ferrea dixit Pileus & posuit Tancre.

secus est: puta, vxor petit sibi virũ restitui. Licet eñ vir obijciat parentelam. prius tamen restituetur mulier, q̃ de parentela cognoscatur: extra, da resti. spo. literas. & c. ex cõquestione. de offi. deleg. causam, q̃. 14 & de diuor. c. porrò. ¶ † Porrò si diuersæ quæstiões criminales à diuersis partibus in iudicio proponuntur, adhuc vtẽdũ est præcedenti distinctiõe. Nam aut ambæ proponunꝰ principaliter, aut altera principaliter & altera per modũ exceptionis. si quidem ambę principaliter, vt quia actor accusat reũ de vno vel pluribus criminibus, & reus versa vice vult eum a reaccusare: verũ subdistingue.ᵉ ¶ † Nam aut nomen 15 rei, receptum est in numero reorũ, id est lis est côtef staca:ᶠ & tunc de nullo crimina potest suum accusatorem reaccusare. ff. ad le. Iul. de adulte. si maritus. §. præscriptiones. & iij. q. xj. c. j. & dixi s. tit. proxi. §. j. potest tamẽ inscriptionẽ deponere, accusatione pẽdente, & prima causa finita, illã poterit tractare: vt iij. q. xj. c. ij. Si verò nõ est lis côtestata, potest reus accusatorẽ suũ de maiori crimine accusare: & prius super illo maiori audietꝰ: vt iij. q. xj. prius est. C. qui accu. nõ pos. l. j. De pari verò crimine vel minori, non poterit recusare accusatorẽ, nisi reus suam vel suorũ iniuriã prosequaꝰ: vt iij. q. vj. omnibus. C. qui accu. non pos. cũ rationibus. ff. de accu. hos. §. lege. Cæterùm si reus nõ vult cõtra actorẽ inscribere. sed tantùm excipere, vt eũ ab accusatiõe repellat: de quolibet crimine pari vel minori põt contra eũ agere: & probato crimine in modum exceptionis, accusator repellitur: vt vj. q. j. qui crimen. extra, de adult. c. pe. & C. eo. qm̃ Alexandrum. extra, de ord. cog. c. ij. & hoc quidẽ verũ est, nisi accusator eũ accuset de crimine excepto. nã tũc obiectu criminis, nõ põt eũ à sua accusatiõe repellere: nisi sit eis capitalis inimic⁹, vel cõspirator: vt hæc habentꝰ & not. extra, de accu. aũ P. & de simo. licet Heli. & hæc sit diuersa in excipiẽte, & accusante: quia in excipiẽte nõ q̃riꝰ de iure accusati, sed de iure accusatoris: & qui excipit, nõ accusat: vt C. ad l. Cor. de fal. l. falsi. ff. de accu. hi tantũ. Itẽ probato crimine in modũ exceptiõis, nulla pœna puniꝰ actor: sed tãtũ ab accusatiõe repelliꝰ. & vi16 de quæ hic desunt j. da accus. ¶ † Postremò dicendũ all quid iuris sit, quando à diuersis partibus diuersę quæstiones proponunꝰ, quarũ altera est criminalis, altera ciuilis: & quidẽ si actor ciuilẽ proponit accusatione, reus aũt criminalẽ, criminalis pri⁹ tractabiꝰ q̃ ciuilis: vt C. de ord. iud. l. pe. & fi. & iij. q. xj. ciuili. nisi ciuilis sit p̃iudicialis criminali: qa tũc primò tractabiꝰ ciuilis: vt iij. q. xj. si crimẽ. & C. de ordi. iudi. l. fi. & s. dictũ est. Vtrũ libell⁹ sit necessari⁹, & lit. côtesta. ĩ p̃iudiciali q̃one no. j. ĩ tract. libel. ĩ ti. d ord. cog.

SVMMARIVM.

1 ☞Petens se restitui, non potest nisi de alia spoliatione reconueniri
Excipi potest de spoliatione contra agentem, etiam de spoliatione.
2 Duobus, vno cum petitoria actione, altero cũ possessoria simul ad inuicem concurrentibus, vt vterq; prius agat, quis eorum sit præferendus.
3 Actore primò petitorio agente, & reo secundò possessorio conquerens de spoliatione, qualiter sit consulendum.
4 Petitorium & possessorium in iudicio posita si sint super diuersa, quid iuris.
Recõuentio quo casu tm̃ ante litis cõte. fieri possit.
5 Spoliatio duobus modis põt in iudicio proponi.
6 Impetrans contra aliquem super petitorio, an ille aliquis possit contra impetrantem agere possessorio, coram eodem iudice.
7 Quæstio spoliationis in modum actionis vel exceptiõis ꝓposita, semp repellit agentẽ in cã criminali.
8 Exceptio spoliationis, quibus causis, & à quibus, & quot modis fieri possit.
9 Contra procuratorem nomine dñi agentẽ, an possit excipi ꝙ ipse procurator reum spoliauerit.
10 Exceptio de spoliatione nõ à tertio, sed tertiæ personæ facta, puta à qua cã est habita, an fieri possit.
Possessor alicuius pignoris, aduersus secundum creditorem non defenditur, ex iure primi creditoris.
11 Exceptio spoliationis rerum priuatarũ contra agẽtem de re spirituali vel quasi, an admittatur.
12 Depositarius vel commodatarius, cui res deposita vel commodata aufertur, an poterit restitutionem petere.
Restitutionem petens, debet ꝓbare possessionẽ & deiectionem.
13 Debitor conuentus, qui tenetur per iuramentum soluere certa die, an possit opponere exceptionem spoliationis.
14 Spoliatus non tenetur respondere spoliatori, ante restitutionem: nec vnq̃ est ei respondendum, si nõ sit soluendo.
15 Spoliatore vltra mare rem habente, satisdationibus est insistendum.
16 Recipiens à spoliatore condignum, videtur spoliationi renunciare.
17 Actio & exceptio quo casu, & ĩ qd differãt: & n. se.
19 Epõ petente ab Archidiacono iura epalia, quæ possidet, si archidiaconus dicit se non teneri respondere, & c. cuius libellos sit recipiendus.
20 Iura episcopalia in multis consistunt.
21 Publicatis attestationibus, & sup eis factis disputationibus, an qs possit adhuc redire ad possessoriũ.
Suspensio petitorij, an possit fieri post conclusionẽ seu renunciationem.
22 Quæstione de possessione orta, & de proprietate prius possessionis quæstio finietur.
23 In quæstione de possessione & proprietate, si prius super proprietate feratur sententia, an teneat.
24 Regula ista, dolo petit quis, quod restituturus est: locũ habere dicitur, tam in petitorio q̃ possessorio.
25 Appellatio dicitur extinguere & suspendere ꝓnũciatum; qua pendẽte nihil est innouandum. nu. seq.
Causa possessionis, nil habet cõe cũ proprietate.
27 Iudex qua parte habeat pronũciare, vbi actum est merè possessorium: & ab altera partium plenè probatum est de possessorio.
28 Petitorio intentato, an possit ad possessorium recursus haberi.
29 Agi simul interdicto retinendę possessionis, s. vtrobi, & vti possidetis, & petitorio, an sit possibile.
Possidenti non datur rei vendicatio.
30 Rei vendicatio ratione solius detentionis rei, potest dari ei, qui possidet: cùm alius detinet.
31 Intentanti interdictum vti possidetis, an possit exceptio spoliationis opponi.
32 Iudex qualiter pronunciabit, vbi agitur interdicto vti possidetis, si partes probant æqualiter se rem, de qua agitur, possidere.
33 Possessio quibus modis possit admitti, & absq; vi tio comprehendi.
Iactare pecuniam suam, nemo præsumitur.
34 Cautela pro aduocato, per quam poterit facere suũ clientulum obtinere.
35 Cautela ad obtinẽdã & apprehẽdendã possessionẽ alicuius rei absq; vitio, quam ad se asserit pertinere.
36 Ecclesia nunq̃ moritur, nec eius possessiones, etiam beneficio vacante, dici possunt non possessæ.
37 Vacante ecclesia, apud quos remaneat iurisdictio.
Ecclesia an dici possit per canonicos possidere, sicut & ciuitas per suos ministros.
38 Duobus de possessione contendentibus, quorum vnus turbat alium, & ambo dicunt se in solidũ possidere, nec volunt de se inuicem conqueri: an possit iudex eos cogere petitiones amborum offerre.
Interdictum vnde vi, seu constitutio, si quis in tantam, quo casu specialiter adaptentur.

a *De peti. & posses. & spolia. Rubri.*[a]

SVperest Vt aliq̃ de possessorio & petitorio, primò dicam⁹: postea de spoliatione pauca dicturi. ¶ 1 †Sciendũ igitur est ꝙ petẽs se restitui nõ potest reconueniri, nisi de alia spoliatione. extra, de ord. cog. c. fi. Nec sibi põt de ꝓprietate referri q. super eo qđ repetit, nisi primo fuerit restitutus: vt ibi. & extra, de resti. spo. in literis. & c. seq. & c. ex cõquestione. & c. solicitè. C. de rei vend. ordinarij. ff. de iudi. si de vi. ¶ Et [illegible] ꝙ vbi duę quęstiones possessoriæ principaliter ꝓponunt à diuersis, & de diuersis reb⁹: illæ tanq̃ mutuæ petitiones, simul & vicissim sunt tractãdæ: secundũ regulã, qui prior appellat, &c. vt extra, đ or. cog. c. ij. §. nos aũt. Quod dic vt s. ti. ꝓxi. & s. de recõuẽ. §. vidẽdũ. cõtra agentẽ etiã de spolia. põt de expoliatiõe excipi & agi vt j. ver. si verò spoliatio. Si aũt vtraq; possessoria q. sit sup eadẽ re: iudex vltimo factã violẽtiã pri⁹ purgabit. ff. de vi & vi ar. colonus. & l. cùm fundus. ¶ 2 †Sed pone ꝙ duo, vn⁹ cũ petitoria actiõe. & alter cũ possessoria actiõe, s. spoliatiõis, cõcurrunt, simul ad inuicẽ: vt vterq; pri⁹ agat, qđ fiet tũc? Rñdeo, forte diuidat. ff. de iudi. sed cũ ambo. nisi alleget recens spoliatio vel rixa. de qua etiã tpe feriato agit. ff. de fer. solet. vel nisi actio dicat tpe peritura: vt no. ea. l. quo casu, siue agẽdo siue recõueniendo sufficit, ad perpetuãdã actionẽ, libellũ porrigere, secuta p executorẽ cõuentiõe, scđm Vin.[b] ¶ 3 †Si verò vn⁹ agit primò petitorio, & reus secũdò possessorio, cõquerẽs de spoliatiõe, distingue: nã aut ambæ q̃ones sunt circa eadẽ rẽ, aut circa diuersas. Si circa eãdẽ rem, dicũt Io. & Inno. iij. & Vin. ꝙ parat pręiudiciũ, petitorio pri⁹ ꝓposito p possessoriũ: sed ò etiã ĩ modõ recõuẽtionis ꝓpositũ. & ꝙ sup possessorio cognoscet pri⁹, & ꝓnũciabit petitorio pri⁹ ꝓposito suspẽso: vt n pręc. decre. ex cõquestiõe. & e. ti. literas. & c. seq. extra, vt lite nõ cõtest. accedẽs. ij. in fi. Secus si sunt sup diuersis, vt j. dicet. & hoc siue possessoriũ pręcedat siue sequat, scđm Io. & Vin. ar. iij. q. j. per totũ. extra, de rest. spo. ĩlr̃is. & c. Itẽ cũ qs. & c. lr̃as. & in p̃. c. accedẽs. Dñs me⁹ no. in decre. ex cõquestiõe. cõtrariũ, dicẽs ꝙ vbi ab vna pte ꝓponit pri⁹ petitoriũ, & alia ps recõueniẽdo ꝓponit possessoriũ recuperãdæ possessiõis: hoc possessoriũ regulariter nõ ĩpedit petitoriũ primò ꝓpositũ, nec retardat: sed sunt mutuæ petitiões, q̃ vicissim sunt tractãdæ: vt s. dixi. Pro eo facit extra, de ordi. cog. c. ij. §. nos aũt. ibi: tm̃ ĩ modũ exceptiõis ob. &c. & rñdet multipl̃r ad iura p̃missa.[c] B. verò tenẽs q̃si viã mediã, dicit[d] ꝙ si re⁹ ante litis cõte. sup petitorio nihil dixit de possessorio post litẽ cõtest. nõ audiet volẽs de spoliatiõe obijcere: nec agẽdo[e] nec excipiendo, quãuis, scđm eũ, al̃s possit recõuentio fieri post litẽ cõte. ante litẽ aũt cõte. bñ potuit opponere, vt dicit qa qual̃cũq; ꝓponat, spoliatio dilatoria ẽ. Sed cõtra ĩ decr. ex cõquęstiõe: vbi post litẽ cõte. admissa fuit sup possessorio petitorio omisso. Sed ibi mulier ante litis cõtest. instãter ad hoc petierat se admitti tã

¶ Præiudicialis quæstio prius est tractanda in petitorio. secus ĩ possessorio. versi. certum. G.
¶ In excipiendo non quæritur de iure accusati sed đ iure accusatoris. versi. si. ad fi. B.
a ¶ De peti. & possessorio & spoliatione. Rubrica. ¶ Nullus ex practicis authoribus directè posuit hanc rubricam. ¶ Tã. tamẽ parte secũda posuit rubricas de libello recuperandæ possessionis, seu restitutionis. Item adipiscẽdæ. Item & retinendæ & sic super tribus possessorijs. Ros. ĩter interdicta tractat de interdicto vn. de vi, quod vi aut clam, vti possi. & vtrobiq;.
b ¶ Secũdũ Vĩ. cuius ad literã sunt hæc verba, de or. co. c. fina. ADDE quòd hoc nõ placet domi. Ant. nec abb. ibi. ADDE tu ad id, quod hic notabiliter dicit, s. vt spoliatio etiã die feriato agi possit hoc tenet notanter Rota in nouis. deci. cxl.
c ¶ Iura præmissa. Istud dictũ Host. & exempla, per quæ istud iustificat: & quomodo respondeatur ad illa, scripsi in præ. decre. ex conquęstione. super ver. restitui. pro dicto autem Ioã. & sequacium facit cle. de causa posses. causa. vt ibi no. in gl. pe. Nec de hac opinione aliquis turbet: qa præter matrimonium carnale vel spirituale, quod pronunciari petitur non tenere, nunquam practicabitur quòd agẽs petitorio reconueniatur possessorio recuperandæ super eadem re: vt dixi in fi. præ. glossæ. Ibi etiam inuenies, quomodo finaliter Hos. accessit huic opinioni. ADDE quòd cum hac opi. Ioã. And. in d. c. ex cõquestione. transit Abb. Pan.
d ¶ Dicit. in præd. decre. ex cõquæstione. in iij. glo.
e ¶ Nec agẽdo. Vt scripsi super hoc verbo sup dicta l. Ber. Innoc. ibi. & in decre. ij. de cã pos. tenet ꝙ ĩ causa matrimoniali, etiam lite sup matrimonio cõtestata possit reus restitutionẽ petere: & prius auditur.

a ¶Reus.lib.vj.

b ¶Potest. De hoc suprà titu.ij.§.sequitur.

c ¶Secundùm Ber.In c.ex conquestione.statim autem intrat author gloss. decre.vltimę de ordi.cognitionum.

d ¶Spoliatione. De alia re non:nec esset necesse contra sic agẽtem excipi de spoliatione de qua agitur: sed satis est allegare priuilegium in tentantis, interdictum, vt clarè ꝓbat præ.decre. vlti. vt ibi plenè scripsi post Innocen.& Hostiē. super verbo, audiendus.& ibi rñ detur absurditati, quæ contra hoc posset opponi: quòd prouocans ad interdictū ex solo facto suo impediat aduersarium agere.

e ¶Posuit propositi. à reo originali.

f ¶Sed pone. Vt scripsi super glo. primā decre.vlti. de ordi.cog. Hoc verum si aduersarius obmutesceret, & contra agẽtem de sua spoliatione non exciperet.

g ¶Poteris agere.ꝗ excep.non est dubium.

h ¶Ex conquestione. Vbi scripsi in prin.c.& in prin. magnæ glo.

i ¶Frequens .libr. vj.

k ¶Quidam.Ioan. S.qui hoc not.ij. q.ij.c.j.

l ¶Licet Heli. Ad materiā facit qđ plenè not.in prę di.gl.magna,ver. si quis etiam. in princ.ij.colum.

m ¶Inhibitionem. Apertius facit de conces. preben.c. penul.li.vj.& ibi in suffra.vide casum l. Claudius. infertis allc. duę leges quæ hic sequuntur,dicūt ꝙ regula,nullus plu ribus.lib.vj.

n ¶Vir. Necessaria fuit ista remissio, quia tuditer ꝓposita fuit quęstio.Hosti. autem quęrit de illo,qui vendicat aliquam vxorem,& vxor excipit de spoliatione rerum suarum. Huic quęstioni bene cōuenit responsio:conueniret etiam solutio illi parti,quæ narrat de possessorio,quando vir peteret restitutionem coniugis, & allegationes Host.bene faciunt,etiam ad hanc quęstionem.& hoc forsan intellexit author dum dixit de re spirituali vel quasi.

ADDE quod Abb.in c.ij.extra,de ordi.cog.sequitur dictum Specu.& illud dicit notandum ad d.c.frequens.

corā ordinario,ꝗ corā delegato:& nihilò min⁹ post lit.cōte.petijt restitui:& cū nihil ꝓficeret,appellauit. 4 ¶†Porrò si petitorium & possessorium sunt circa diuersa, sub distingue. nā aut spoliatio proponitur in modū actionis,aut in modum exceptionis.si in modum actionis,puta q̄a reus directè petit restitui:tūc sunt duę mutuę petitiōes,& sunt simul & vt causam tractādę & vna sñia terminādę: vt suprà dictū est exceptis quibusdam casibus,in quibus prius expedie͛ possessorium,vt dixi suprà de recōuētiōe. §.vidēdū.ver.& si iudex.& postea petitoriū examinabit:& tūc cū in modū actionis ꝓponi͛,secundū B.pōt fieri reconuentio de spoliatione etiam post litem contest.vt ibi,& extra,de rescriptis.c.dispendia.§.reus.[a] Dñs meus tñ dicit per eundem §.ꝙ recōuentio tm̄ ante lit.cōtest.fieri pōt.[b] Si verò spoliatio in modū exceptionis proponitur, tunc primò tractabi͛ exceptio spoliationis, suspenso petitorio:vt in prę.decre.de ordi.cogno.c.ij.nec hoc casu post litē cōte.pōt excipi de spoliatione:secundū Bernar.[c] cùm sit dilatoria. 5 Sed & si peto me restitui,quia dico ꝙ me spoliasti:tu potes excipere contra me,& dicere quòd ego te spoliaui. Hoc habetur extra,de ordi.cog.c.fi.in fi.& dictio,ꝗcꝗ,ibi posita, impropriè ponitur;quia nihil aduersatur. Poteris etiā agere contra me de spoliatione,[d] vt ibi.& eod. titu.ca.ij.& tunc erunt mutuæ petitiones,vt suprà. & idē quādo petitorio agitur, q̄a dupliciter potest opponi spoliatio,vt ibi .diuersi tamen sunt effectus:quia spoliatione per modum exceptionis probata,agens repellitur, sed non restituitur:sed si probetur in modum actionis.restitue͛ opponens ante ingressum principalis causæ,vt ibi. ¶†Cùm igitur secundum hoc spoliatio possit ꝓponi[e] in modum actionis & exceptionis,caue tibi,& attende ꝙ tibi magis expediat.si enim magis expediat tibi possidere rē aduersarij, quā tuam recuperare : excipias si aduersarius te in querela præuenit:quia probata exceptione nō cogeris respondere aduersario:nisi primò fueris restitutus: vt in prę.duabus concor. Si verò tibi magis expediat recuperare rem,qua spoliatus es, propone directè spoliationem : quia probata,restitueris: vt ibidē.& hæc vera sunt,cū super diuersis fit conuentio,& spoliationis obiectio . Secus si super eadē re fit cōuentio & recōuentio:tunc enim vtilius est directè restitutionem petere: quia spoliatione probata,duo consequerētur,s.ꝙ restituetur ante ingressum etiam principalis ,& prius audietur, licet aduersarius suam prius proposuerit actionem:vt s.in princip.versi.si verò vnus. Si verò in modū exceptionis nō restitue͛,licet repellat agentem, vt s.scd̄m B.& Ioā.vt not.extra.de ordi.cog.c. fi.ij.q̄o.j.c.j.licet dñs meus dixerit vtile esse excipere:q̄a sic probata exceptiōe spoliatiōis,repelle͛ agēs,& postea poterit rem repetere,& eam recuperare,secōdum ea quę no.j.ver.sed pone.[f] 6 ¶†Qualiter autē super iure eligēdi petitorium & possessorium intētantur,dic vt j.de causa pos.& proprie.§. in confessoria. ver.hoc etiā.& si impetro contra te super petitorio,tu potens agere[g] contra me possessorio corā eodē iudice?not.scd̄m papam extra,de restitu.spo.ex conquestione.[h] 7 ¶†Illud autem certum est quòd in causa criminali,quæstio spoliationis in modum actionis vel etiam exceptionis proposita, semper repellit agentem . Sic intelligo iij. q.j.p totum.& q.ij.oportet.& c.audiuimus.extra,de

o ¶Quæstionibus stude. Pro authore,qui vult excitari ingenia,facit decre. cum Marthæ.in fi. de celeb.missa.vbi sic fecit papa. Et resumendo primā quæstionem,quæ loquitur de hærede, ꝙ intelligendum est de vniuersali. quod dic vt no.de testa.si pater lib.vj.in vlti.gl.& de isto tenendum est,cùm agere posset de spoliatione sui authoris.extra,de testa. significauerunt.ff. de vi & vi armata.l.prima ad fin. §.hoc interdictū. Institu.de perpe. & tēpora.actio. §.sed hæredibus. Fortius igitur excipere poterit.extra, de regulis iuris qui ad agendum.libro vj.cū cōcor.Item cùm contra talem agi posset de spoliatione, facta per suum authorem in eo quod peruenit : vt præ.l.j. in fi.& eo.tit.l.iiij.§. fin.quod vide nota.de restitutione spoliato. cùm ad sedem.in glo.penultim. Æquum est ergo,quod talis vniuersalis se de illa,qua conueniri posset, tueri & excipere possit:cum quod cōcedi͛ actori impugnanti,fortius competat reo defendenti. extra, de exceptio.cùm inter. versicu. ac satis. Ad id regula,fauorabiliores. ff. de regulis iuris. vbi nota exēpla ad vtrunq. Facit regula , is qui in ius. eodem titulo, libro sexto. De singulari verò successore , cū sibi nec contra ipsum competeret actio: contrarium est dicendum.quod intelligas iuxta nota. in præd.glos.penultu. decre.cum ad sedem.& sic loquitur versic.præcedens, item nunquid. hic allegatus. Et sic expedita sit j.& ij. quæstio . Et quo ad primam,non obstat fauor recuperandæ dotis. ff.soluto matrimo.l.j. de regulis iuris.in ambiguis. Cui responde per decr. nuper.ad fin.extra,de dona.inter virum & vxorē. Item petitioni restitutionis,quæ fauorabilis est,& priuilegiata extra,de ordi.cog.c.vlti. Bene obstat exceptio spoliationis,vt ibi,in fin. Nec dicas priuilegium spoliati esse personale,& sic non competere successori,etiam vniuersali.de reg. iur.priuilegium.lib.vj.quia,vt ibi scripsi post Dy.super prima gl.illud procedit, vbi persona ꝓxima est finalis & immediata causa priuilegij.quod hic nō est:cùm illud etiam concedatur in odium spoliantis : vt ꝓbat clemen.de restitutio.ē

restitu.spo.frequens.[i] Imò etiā dixerunt quidam[k] quòd tunc non solùm repellitur accusator , verum etiam probata exceptione restituitur. argu.iij.q.j. ejs.& q.ij.cum ecclesiæ.& ij.q.ij.nullus. Contra credo quia ad hoc non est actum.extra,de ordi.cog.c. ij.§.verum. Sed ipsi illud intelligunt in causa ciuili. Item contra eos est extra,de testi.veniens ij. & cap. constitutus in fin.& ff.de excu.tuto. spadonem.§. qui absolutus.extra, de accu. qualiter.ij.§. penulti. & de simo.licet Heli.[l] 8 ¶†Et breuiter tene , quòd vbi ciuiliter agitur, non potest excipi de spoliatione ab alio ꝗ ab actore facta : vbi verò criminaliter agitur,tunc potest excipi de spoliatione facta à tertia persona:& hæc exceptio probanda est intra xv. dies à die obiectionis,die ipsa non computata: alioquin in expensis condemnabitur excipiens. Et qđ dixi, quòd criminaliter accusatus potest excipere de spoliatione, verum est,cū tota sua substātia, vel maiori parte spoliatus est. Et si tunc excipiens nolit exceptionem probare , vt sic semper accusatorē repellat,debet ei certum tempus præfigi à iudice, intra quod restitui petat:quod si non fecerit, ex tūc poterit in accusatione procedi,exceptione huiusmodi non obstante:nec agenti super ecclesiasticis potest excipi de spoliatione rerum profanarū,& econ 9 tra. Hæc leguntur in prædi.decre.frequens. ¶†Sed nunquid contra procuratorem nomine domini agētem,potest excipi quòd ipse procurator spoliauit reum? Respon.non.ff.de doli excep.si procu.agit. ¶Item nunquid contra syndicum nomine alicuius collegij me reconuenientem , possum excipere de spoliatione per aliquem de ipso collegio facta? Re- 10 spondeo,nō : vt xij.q.ij.qui manumittun. ¶†Item nunquid potest excipi de spoliatione non à tertio, sed tertiæ personæ facta:puta à qua causam habeo? Et videtur quòd sic: extra, de iure patro. cùm dilectus.vbi possessor defenditur contra petitorem ex iure tertij , pro quo legatus fecerat inhibitionem.[m] Ad idem ff.de exceptio.l.nemo.& l.is qui. Dic contra.ff.si vsufruct.pe.vel fru.ff.si pars hæredi. pet.l. j.Nam possessor pignoris aduersus secūdum creditorem non defenditur ex iure primi creditoris. ff. qui po.in pigno.ha.creditor.& Claudius.§.sed sicū alio. Et ad hoc facit: quia ex iure tertij iuri meo non subiecti,nulli nō competit defensio,sicut nec actio. ff.de verbo.obliga.stipulatio.§. alteri. ff. de pactis. si vnus.§.item ne experiar.& l. si tibi. & ad hoc facit extra, de his quæ fiunt à maio.par. capi. quæsi- 11 uit. ¶†Quid si ago possessorio vel petitorio contra vxorem: ipsa verò excipit de spoliatione? Dic quòd non admittitur exceptio spoliationis rerum priuatarum contra agentem de re spirituali,vel quasi:vt in præ.cap.frequens.in fin. De hoc secundum dominum meum in Summa,de restitutione spolia. §.quando.versicu.quid si vir.[n] ¶Quid si matrimonio soluto ab hærede viri defuncti vxori superstiti dotem repetenti opponitur quòd ipsa spoliauit virum viuentem propriis rebus? ¶Item etiam quæri potest in quolibet successore excipiente de spoliatione facta ei,cui successit,cum quo eadem persona censetur,vel à quo causam habuit: vt supra versicu. item nunquid potest? ¶Item quid si agenti contra te actione reali vel personali,excipis,& quod te per vim tuo filio spoliaui? in his quæstionibus stude.[o] 12 ¶†Sed nūquid depositarius vel cōmodatarius, cui res deposita vel cōmodata aufertur , poterit petere

causa possess.c.ij.respon.facit eo.tit.pastoralis.in fine. Potest etiam dici, quod est priuilegium causæ. vt in prædic.decre.vlt.de ordi.cogni. & sic transit ad vniuersalem successorem: vt scripsi post Dy.vbi s. Et per hæc sunt expeditæ prima & secunda quæstio. De tertia sciendum Innocen.& Hosti. dixisse in decre.secunda,de ordi.cog.vbi scripsi in gl.hanc exceptionem. in prin. exceptionem spoliationis competere, vbicunque ius possessionē restitui præcipit: sed in casu quæstionis id procedit, vbi filius erat in potestate patris.ff. de liber. exhib.l.j.§. secundo ibi omni modo restituendum putauit, si in potestate est.& de hoc de conuer.infide. c.secundo.in prima gl.& ff. de rei vendicatio.l.j.§.j. Item gl.iiij.in decre. pastoralis.de causa possess.ante fin. videtur ponere hoc interdictū inter possessoria: licet lex prima §. quædam.ff. de interdict. innuat quòd proprietatis causam contineat: & veritas est quòd non est possessorium tale, quia in ipso interdicto sit necesse possessionem & spoliationem probari, quocunque modo agatur ex not.in glos.prædictis,& plures modos ponit Roffre.vbi de interdictis tit. de lib.exhiben. Sed fateri oportet quod quia potest fieri spoliatio filij in potestate constituti,& sic possessio competit patri,si volet intentare possessorium & tamen fatetur quod qualitas causæ requirit etiam tunc de proprietate probari: sicut supra de restitutione spoliatorū. ex conquestione. eodem titu. ad decimas. libro vj. & vide quod no. in clemen.de causa poss.c. vno. in vlti.glo.Idem ergo erit in exceptione.Facit iij.q. j.c. secundo. in fin.vbi potestatibus carent.& ij.quæstione.ij.in scripturis.in fin.ibi: potestati eorum,&c. & c.sequens.dicit omnia iura restituenda. Constat autem patriam potestatem,ius esse.Institu.de patri po.§.j.ff.de his,qui sui vel alie.iur. sunt.l.j. & iij.ergo eius possessio prius est restituenda,quàm respondere cogatur: vt in prædictis canonibus.

restitutionem.[a] Et videtur quòd non. nam restitutionem petens,debet probare possessionem & deiectionem:vt extra,de restit.spoli.olim.ij. extra,de offic.deleg.consultationibus. At rei commodatæ & depositæ dominium & possessionē retinemus:vt j. versi.sed nunquid.Sed dic quòd potest per conditionem ex canone illo,iij.q.j.redintegrāda[b].C. de præto.pig.l.fi.¶ Quid de misso in possessionē causa rei seruādæ.de hoc suprà,de primo & secūdo decre.§.iam de effectu.ver.sed quid si missus.

13 ¶ †Quid si debitor cōuentus, tenetur per iuramentum soluere certa die? Respond.non potest opponere exceptionem spoliationis. extra, de iureiuran. debitores.sed fideiussores sic.ff.de compensa.si quid.[c]

¶ Quid si aliquis cōqueritur de aliquo,quod impedit eum filium suum baptizare,vel sepelire, vel parietem ruentē reficere. Dic quod non admittitur contra eum exceptio spoliationis. argumen.iiij. di.baptizari.viij. q.iiij.nonne.ff.de oper.noui nun.l.j.§.si quis riuos.secus si prosequeretur,& opponeret de iniuria sibi iam irrogata,dicens,Cōqueror de P.qui me non permisit baptizare vel sepelire filiū meū. tunc enim elidi potest eius actio,per exceptionem spoliationis.

14 ¶ †Sed cùm spoliatus non cogatur respōdere spoliatori ante restitutionem: vt extra, de ordi.cogni.si per.quid erit,si spoliator non sit soluendo?[d] Et videtur quod nunquam sibi respōdetur.xiiij.q. vj. si res. Potest dici quòd si euidens est,eum nihil habere,iudex audiet causam suam, vt inde faciat compensationem spoliato.argumen.extra,de resti.spolia.olim.ij.

15 ¶ †Sed quid si spoliator habet rem vltra mare:nunquid interim cogendus est aduersarius respondere? Respon.tunc est satisdationibus insistendum.ff.de pignoribus.si fundus.§.secundo. & si satisdat de re vel æstimatione danda,vel si seruus mortuus fuerit,audiendus est,extra,de solu.Odoardus.

16 ¶ †Sed si spoliasti me beneficio cum cura, & postea recepi aliud cum cura: nunquid si me conuenis, potero contra te opponere de spoliatione? Et videtur quod non:nā videor renunciasse priori,recipiendo aliud cum cura.extra,de præben.de multa. Dic cōtra,quia datur restitutio ad rem,& fructus, ad interesse,& ad omnia,quæ ibi erant.ff.de vi & vi arma.l. interdicto.& datur vsufructuario finito vsufructu. ff.de vi & vi arma.idem est §.fina.¶ Hoc etiam no. quòd petenti restitutionem non potest opponi compensatio.C.de compensa.l.fina. quia sic indirectè admitteretur reconuentio:quod non est dicendum.argumen.extra,de exceptio.cùm inter.in fin. Sunt & alij casus, in quibus cessat reconuentio, vt dixi supra titulo proximo.

17 ¶ †Sed pone, ecce ago contra te possessorio:& tu reconuenis me possessorio:& ego oppono contra te per modum exceptionis,de eadem spoliatione de qua te conueni:nunquid debeo admitti? Respon.sic:quia ad aliud proponitur vt actio,& ad aliud vt exceptio, argumen. ff.de inoffi.testamen.contra veterani.§.sed nec impuberis.& extra, de testi. veniens.c. cùm in tua.& per meam exceptionem repellens:vt extra,de ordi. cogni.c.secundo,& c.fina.

18 ¶ †Sed nūquid potes tu excipere[e] contra me,de tua spoliatione, seu replicare? Respon.sic:& elides meam actionem,& sic remanet efficax conuentio & reconuentio, exceptione & replicatione sublatis:quia sicut exceptio mea elidit intentionē tuam,sic & replicatio tua meā exceptionem:vt ff.de excep.l.ij.[f]

19 ¶ †Circa hanc materiā quæritur. ecce epūs petit ab archidiacono iura epalia, quæ Archidiaconus posidet. dicit Archidiaconus, non teneor respondere libello episcopi, donec fuero restitutus ad ius examinandi clericos ad ordines promouendos,quo me epūs spoliauit.argu.extra,de restitutio.spolia.olim nobis.extra,de offi.archid. vt nostrū. Et si super hoc offert libellum contra ipsum episcopum,quæritur quis libellus debet in cognitione procedere. Et obtinuit quòd libellus archidiaconi deberet procedere:vt extra,de ordi.cogni.c.ij. & fi.& dictum est s.eodem.§.in prin.ver.si verò.

20 ¶ †Quid si epūs vult de libello suo tollere illud capitulum,scilicet ius examinandi? Et videtur quòd tunc vterque libellus procedat tanquam duæ mutuæ petitiones:quia cum iura epalia in multis consistant:vt extra,de offi.ordina.conquerente.licet archidia. se dicat spoliatum in vno: nihilò minus libellus debet super alijs procedere. In contrarium videtur quia licet spoliatio facta fuerit in vno capitulo tantum: non tamen tenetur archidi.etiam quo ad alia respōdere libello.habet enim spoliatus priuilegium,&c. vt extra,de restitu.spoli.frequens.[g] & ij.q.ij.nullus potest. Pro hac parte de præcepto domini Clementis papæ iiij.pronunciatū, scilicet solum libellum archiadia. procedere. licet quasi inuitus & remittens. Nam hæc pronunciatio, contra ius fuisse videtur: quia cùm petitorium & possessoriū essent circa diuersa,erant tanquam mutuæ petitiones tractandæ:vt s. eo.§.ver. porro. & maximè cùm petitoriū primò esset per episcopum propositū:nec præmissa interlocutoria impediebat libellum, nisi solùm ratione illius capituli de iure examinādi: quia quot sunt in libello articuli,tot sunt petitiones: vt j.titu.proxi. §.ij.in prin. Potest tamē defendi dicta sententia, secundū opinionem Gof.& aliorum dicentiū quod siue procedat siue sequatur, possessorium prius expedietur:siue sit circa eandem rem, siue sit circa diuersas: vt no.Gof.in Summa de ordi.cog.§. sed si ego. ver. vel si velis. Et ex hoc fuit idem dominus papa motus ad sic iudicandum, & sic ipse in consistorio meam sniam,à qua appellatum fuerat,defendebat.

21 ¶ †Et scias quòd post publicationem attestationū & etiam post disputationem super eis factam, potest quis adhuc redire ad possessoriū. Vbi enim non renunciauit adhuc poterit instrumenta, confessiones,& probationes inducere: & sic non potest dici de causa liquere. Post conclusionem autem vel renunciationem non potest fieri suspēsio petitorij: vt in prædi.cap.pastoralis.[h] nisi malitia spoliatoris, vel casus,vel alia iusta causa iudicem moueat, vt in possessorio,petitorio suspenso, procedat: vbi autē ab alterutra partium peti potest sententia: tunc renunciari non potest: vt ibi.arg.tamen contra, quod etiam post conclusionē in petitorio, potest quis ad possessorium transire.extra,de testibus significauerunt.in fine.Sed dic quod tunc iudex vtrunque simul determinabit. ¶ Vtrum autem is,qui redit,seu suspēdit,restituet expensas:no.j. de expen.§.si ante. ver. quid si suspenso.[i]

22 ¶ †Vt autem paucis vtamur, nota quod orta quæstione de possessione & proprietate: prius possessionis quæstio finietur:vt C. de interdi.l.ij.ff.de iudic.si de vi. Tamen,secundūm canones,simul agi potest vtraque.extra,de capel.mo.c. secundo.in princi.& de causa possessio.& propria.c. secundo. Sed licet in pronunciatione, præmittenda sit possessio:in executione tamen debet proprietas præualere: vt eodem titu.cùm dilectus.vbi de hoc. Ioan. tamen dixit quòd non potest simul agi petitorio & possessorio:nisi in incorporalibus,vt in seruitutibus. Et est ratio:quia in illis datur actio etiam

a ¶ Restitutionem. De actione furti non dubitatur, quin talibus detur. C. de fur.l.fi. Sufficit enim in ea quòd intersit, vt no.extra, de fur. qui cum fure. in iij.glo.& quod super ea dixi.

b ¶ Redintegrāda. puto quod inducat illum versic.electio. cùm præmisisset de spoliatis, lex loquitur in pignore conuentionali ex prætorio. vide de dolo & contumaci. contingit. in fin. vlti. glo. & quod ibi dixi. Circa quæstionem autē hoc scias, quod res cōmodatæ vel depositæ licet specialiter non veniant sub interdicto ratione prædicta: rōne tn̄ accessorij beneuenirent, occupatæ fuissent cū ecclesia vel hæreditate vel re simili. Super quo vide quod scripsi de causa poss. cùm super. in magna gl. circa medium. ver. nam & res depositæ.

c ¶ Si quid. Hoc est quod statim sequitur, no. Vinc. de ordi.cog. c.ij. vt ibi scripsi super glos. hoc patet.

d ¶ Sit soluendo. Hāc & duas quæstiones sequentes ponit Vincē. in decre. præd.de ordin.cog.c. vlti. in fin.

e ¶ Tu excipere. hoc concedo:sed replicationē non, vt statim dicam,

f ¶ L.ij. Hoc dictum de replicatione quod ponit glossa vnica in fine in decre. vlo. de ordi. cog. non procedit, licet etiam placuerit Dama. & Hostien. Replicatio etiam excommunicationis nō impedit exceptionem, vt ibi scripsi.& vide de excep.à nobis. quod ibi scripsi sub iiij. & vj. mēbro. vbi patet quòd fortius habet replicatio afficere exceptionem, quam exceptio actionem. & patet Institu. de repli.in prin.

g ¶ Frequens.lib.vj.

h ¶ Pastoralis. Facit clemen.de causa pos.causa.

i ¶ Suspenso. De illo, qui obtinuit in possessorio,& postea succubuit in petitorio, an teneatur ad expensas: scripsi in decre. pastoralis. super glossa penultima.

a ¶ Secundùm papam. Vt ibi dixi, in vlti. glo. decre. cùm dilectus.
ADDE quod dicta huius ver. sequit Abb. in c. cū dilectus. extra, de cā pos. & ꝓprie. qui pro hoc allegat gl. ij. q. vj. diffinitiuā. & Bar. in d. l. prolatam.

b ¶ In petitorio. A qua non est appellatum, & sic trāsiuit in rem iudicatam. & sic differt à sequenti.

ADDE an & quando ad petitoriū suspēsum posit redire etiam coram iudice io causa appellationis: vide Rotam in nouis. deci. in dec. i. c. x. x. xj.

e ¶ Et melius, scdm Odof. vt ipse idē author dicit j. de sen. execu. §. j. versi. sed pone. qui superfluè ibi ponitur: saluo quòd hoc ibi exprimit: & casum legis & decre. quæ sunt allegatæ j. in fi. qu. hic exprimi poterant.

c ¶ Habet. Contrarium de possessorio no. in decre. in literis. de restit. spolia. & regula, dolo facit. de regu. iur. li. vj. Dic vt ibi dixi super vnica glo. Et aduerte, quia solutioni quæstionis videtur cōtraria opinio Dyni dicentis quod licet res iudicata in petitorio paret præiudicium possessorio adipiscendæ vel retinēdæ, possessorio recuperandæ non: vt dixi post eum, de causa pos. & proprie. pastoralis. super glos. ergo sic. & super regula, qui ad agendum. de regulis iur. lib. vj. Cessat autem contrarietas, si de primis possessoriis intelligas quæstio, vt si agens possessorio retinendæ, reconuenitur petitorio, vel econuerso tñ, vt patet ex sequenti quæstione, quæ huic ē vnica, actor egit petitorio & possessorio: & si intelligas de possessorio adipiscōdæ, cessat et cōtrarium: vt s. Si de possessorio recuperandæ, imputet sibi, qui in his terminis quæstionis egit vtroq; iudicio, cùm potuisset solo possessorio vti. Nocebit ergo sibi sententia lata super proprietate quo ad possessorium omne sibi competens, ante sententiam secus si post, vt scripsi in decr. cùm dilectus, de cā pos. in vlti. gl. & vide distinctionem, quā posuit eo. tit. pastoralis.

ADDE qđ dicam in hac addi. tenent Bar. & Alex. iud. §. nihil cōmune. in l. naturaliter. ff. de acquirē. pos. do. Anto. & Panor. in c. pastoralis. §. alleg.

d ¶ Pronunciatum. Hoc facit contra: quia secundùm hoc non debet haberi ratio sententiæ latæ in petitorio, in qua est appellatum. quod si cōceditur, nil impedit executionem super possessorio.

possidendi. 23 ¶ † Quid si primo super ꝓprietate sententia lata fuerit? Dicunt quidam non valere, argu. C. de senten. prolata. alij contra, quia iste non est ordo iudiciorum, sed actionum. Postea tamen nō est super possessorio ferenda: quia non prodesset. secundum papam.[a] Sed si primò lata est in possessorio, bene potest postea ferri in petitorio: vt extra, de testi. significauerūt. 24 ¶ † Quid si pro vno lata est in petitorio,[b] & pro alio in possessorio: nunquid is, pro quo lata est in possessorio, potest petere eam executioni mandari? Respon. non: dolo enim petit, quod restituturus est: vt de doli exceptio. dolo. ff. de iudi. si de vi. quæ regula tam in petitorio, quam in possessorio locum habet.[c] 25 ¶ † Quid si is, contra quem in petitorio lata est sententia, appellauit: nunquid appellatione pendente poterit petere quòd sententia super possessione pro se lata, & à qua non extitit appellatum, executioni mandetur? Respondeo, nō, per præ. decre. cùm dilectus. quia appellatio extinguit, i. suspendit pronunciatum:[d] vt ff. ad Turpil. l. j. in fi. qua pendente nihil est innouandum. infra, de app. §. nouissimè. Alij contra. sententia enim super possessione lata, debet aliquid operari: vt ff. de leg. j. si quando. 26 ¶ † Et quod dicitur, nil innouandū esse, appellatione pendente: verum est in eadem causa: sed causa possessionis nil habet commune cum proprietate: vt ff. de acquiren. pos. naturaliter. §. nihil. vel inspiciendum est, an causa possessionis sit cum proprietate annexa, vt separari non possit: & tunc non fiet executio. alias sic. Vel dic, & melius,[e] quòd refert an reus, contra quem actum est petitorio & possessorio, absolutus sit in petitorio: ideo quia probauit se dominum esse, vt tunc actor petens executionem in possessorio, in quo obtinuit, non audiat, vt supra: an verò ideo quia actor nō ꝓbauit, iuxta regulam, actore nō probante, &c. vt tunc audiatur, vt supra. Non enim sequitur, absolutus est, quia actor non probauit. ergo res sua est: quia bene potest esse contrarium. argu. extra, de rescrip. olim. in fi. Hæc distinctio ꝓbatur ff. de iureiurā. sed & si. responso. j. extra, de causa pos. & proprie. cum ecclesia. in fine. 27 ¶ † Quid si actum est mere possessorium: & ab altera partium plene probatum est de dominio: nunquid iudex poterit super dominio ꝓnunciare? Dicunt quidā quod sic: vt extra, de causa pos. & ꝓprie. pastoralis. Alij cōtra. C. qui leg. ha. stan. in iudi. momētaneæ. ff. de peti. hæredi. si quis libertatem. §. finali.[f] 28 ¶ † Potest etiam agi petitorio & possessorio separatim: nam altero intentato, puta petitorio potest ad aliud, scilicet ad possessorium recursus haberi: vt extra, de causa pos. & proprie. pastoralis. & c. cùm dilectus. & de testibus significauerunt. argumen. cōtra. C. quomodo & quando iud. aut. qui semel. vbi dicitur quod ꝓponēs actionem, in ea persistere debet vsq; ad finē: alias cōtra eum proceditur, ꝓut ibi dicitur. Dic quòd suspenso petitorio, bene potest recursus haberi ad interdictum possessorium, scilicet vnde vi, quod vi aut clam: vt in præ. concod. & hoc in odium inferentis vim.[g] Et sic hoc est speciale in spoliatione, priuilegio spoliati. argu. extra, de ordi. cog. c. fi. cum suis concor. Sed præ. auten. loquitur regulariter. Item ibi contumax erat is, qui iudicium intentauerat: in præ. verò concor. non.[h] Suspenso ergo petitorio, potest recursus haberi ad interdictum recuperandæ vel adipiscendæ possessionis: non autem retinendæ: vt quidam dicunt. vt in capit. pastoralis. Sed tu dicidem de interdicto retinendæ, secundum papam, vt etiam infrà ꝓbabitur.

29 ¶ † Sed nunquid potest simul agi interdicto retinēdæ possessionis, s. vtrobi, & vti posidetis & petitorio? Dicunt quidam quod non, per præ. l. C. de interdictis.[i] Esset enim agens sibi contrarius: vt no. in præ. c. pastoralis. Nam posidenti non datur rei vendic. vt Insti. de act. §. j. extra, de iudi. examinata. Contrarium credo extra, de capel. mo. c. secundo. Nec obstat quòd posidenti nō est prodita rei ven. nec etiā 30 agens est sibi contrarius. † Nam ratione solius detētionis rei, datur vēdicatio ei, qui posidet, cum alius detinet: & sic posidenti, & non detinenti, datur rei vendicatio. ff. de rei ven. officium. vbi dicitur quòd ad rem commodatam vel depositam, possum agere rei vendica. contra eum, qui detinet: cum tamē eius possessionem & ꝓprietatem retineam. ff. commo. rei commodatæ. ff. deposi. licet. Et si potest intelligi præ. decre. de capel. mona. argu. ad hoc ff. de acquiren. pos. naturaliter. §. nihil.[k] Item alia ratione, non est sibi contrarius: quia sicut datur interdictum in possessorē, scilicet decretū: ita datur vtile, in his, quæ quasi posidentur: vt ff. de seruitu. quoties. maximè autem potest simul agi vtraq;, si mora erat periculum allatura. ff. de ope. no. nū. de pupillo. circa. prin. Interdicto autem recuperandæ possessionis, & petitorio simul, indebitatè agi potest: vt in præd. c. pastoralis. & eod. titu. per totum. & de sequest. pos. c. j. 31 ¶ † Sed nunquid intentanti interdictum vti posidetis potest exceptio spoliationis opponi? Dixit Vincen.[l] quòd si agitur vt non turbent possessionem, ne offendāt inquilinos, & putatores vinearū: non debet opponi exceptio, nec obstare: quia iudicis est impedire lites futuras. extra, de do. & contu. in fine. nec debet aliquis sine iudice turbare alienā possessionem. Si verò agitur ad pœnam ꝓpter vim inquietatiuam, vt ff. vti posi. l. j. & l. penulti. §. fi.[m] tunc exceptio spoliationis prodest, & admittetur. 32 ¶ † Et nota quòd cùm agitur interdicto vti posidetis, si partes probant æqualiter se rem, de qua agitur, posidere, iudex pronunciabit, Vti posidetis, ita posideatis. Sed contra: quia si vterq; probet se æqualiter posidere, cùm non sit maior ratio quare vnus posideat quàm alter: non constat ei qui posideat. vnde debet supersedere, cùm super re incerta non sit sententia ferenda: vt infra, de sententia. §. qualiter autem. prope principium, & secundùm hoc neuter obtinebit: vt nota. extra, de ꝓbat. licet. ad fin. in gl. bene tamen locus, &c.[n] 33 ¶ † Quid si ego peto fundum à P. & possessionem eius, contendo sine causa, vel ex iniusta causa probo me possedisse per decē annos, sed nō ꝓbo titulum: P. ꝓbat se possedisse biennio, nec ꝓbat titulū? Respon. dicunt, quidā quod ego debeo obtinere: quia præsumitur quòd a me clam possederit, cùm non fui absens,[o] nec negligens, nec sine successore decessi. quibus modis pos. amittatur, & sine vitio apprehenditur. ff. de vsu. furtum. in fi. Institu. eod. §. quod autem. ff. de acquiren. pos. clam. quia nō præsumitur quòd aliquis iactet pecuniam suam. ff. de ꝓb. cum de indebito. Ros. dixit quod mihi iudicis officio subuenitur: vt C. libro x. de agri. & censi. si coloni. & arg. ff. de aqua plu. arcen. in summa. §. idem Varus. Alij contra, quòd P. vincet eo iure, quo possessor. ff. si vsusfru. peta. vti frui. quia qualiscūq; possessor, &c. ff. vti poss. l. secunda. & vbi iura partium obscura sunt, &c. extra, de probatio. ex literis. Instim. de interdic. §. commodum. & ad hoc C. de rei vendica. l. fin. & quod no. extra, de restu. spolia. sæpe. & hoc verius videtur. Debeo[p] enim probare quod ille clam

f ¶ §. fin. Vide ver. illud autem. §. eo. cum remissione, quam dedi in fin.

g ¶ Inferentis vim. Vt pater in cle. de causa pos. & an liceat casus cōuersus, vide quod ibi no. in glo. per hoc.

h ¶ Nihil. Vide de hoc quod plenè scripsi in c. pastoralis. super gl. penult. in secunda apostilla.

i ¶ De interdictis. supra versi. vt autem. Nec mireris de distantia: quia ver. sed licet. ibi proximus vsq; ad ver. pōt etiā. fuit additio.

k ¶ Nihil. Et facit qđ ibi no. & plenius scripsi in præ. c. pastoralis. sup glo. ad intelligentiam. & sup vers. vti posidetis.

l ¶ Dixit Vinc. in decre. ij. de ordi. co. vt ibi scripsi sup gl. hoc patet. sed Innocē. in decre. fi. eo. tit. simpliciter tenet agētis vti posidetis obstare exceptionem spoliationis vt ibi scripsi in gl. magna, post prin. Vtrunq; dictum puto verū: illud simpliciter, illud verò sic limitatū ꝓpter moræ periculum. §. versic. proxi. vide tamē quod plenè scripsi post eum. & Hostien. de præscrip. veniens. in glo. iste eps.

m ¶ §. fin. Et vt ibi no. in vlt. glo. venit in hac pœna interesse possessionis turbatę, qđ quandoq; posset excedere æstimationem possessionis. Et simile dixi de interdicto, vnde vi. §. de recōuē. §. ij. versic. quid si conuentio.

n ¶ Locus, &c. Ibi patet quod id, quod hic in prin. dicitur, ꝓcederet quādo duo æqualiter ꝓbarent se possedisse, tamen diuerso modo.

o ¶ Absens. Hoc resumam. in fi. §.

p ¶ Videtur. Secūdum Alb. Gal. cuius vsq; hic, excepto dicto Ros. fuit iste versi. titu. de testibus. in vlti. col.

vel precariò

a ¶ Minorem. Vide ad materiam s. de actio. seu peti. §. sequitur. ver. quid si ago. & quod scripsi de resti. spo. cùm ad sedem. super in glo.

b ¶ Ros. Qui hoc posuit de interdicto vtrobi. in j. col. Pe. & Abb. hanc reci tabant in decre. licet. de pba. & vt ibi scripsi super glo. bene tamen.

c ¶ Sedem. Et ibi hanc cautelam no. Pe. de Samp.

vel precariò possideat: aliàs mihi nõ creditur. ff. de administratione tuto. hic autem. ff. de dolo. l. dolũ. ff. de regu. iur. semper in dubijs. Sed Iaco. Bal. tenet prius dictum, dicens quòd si constat me olim posse disse: licet P. nunc inueniatur possidere: tamen ego fortior sum in possessione: quia cùm semel possede sim, præsumor possedisse, nisi probet me amisisse posses. C. de pba. siue. ff. de acqui. pos. si id quod. §. quid autẽ. & l. possidere. §. quod si quis. quare præsumitur P. clam possidere, vt dixi: nec prædicta præsumptio locũ habet in possessio. sed in dñio: vt C. de in integrum resti. si cùm minorẽ.[a] ¶ †No. tamen 34 diligenter cautelam tu aduocate, per quam poteris facere tuum clientulũ obtinere. Si enim vides vtranq; partem æqualiter probare: dic ei, si potẽs est, quòd possessionem, de qua controuersia est, manu armata ingrediatur, & q denunciet aduersario vt veniat ad possessionem si audet: qui si non veniat, quia suspicatur se posse repelli, statim perdit possessionẽ, quam se dicebas habere. ff. de acquir. pos. si id quod vnde tunc clientulus tuus erit potior, & si ea re eiectus ad iudicem dicens: dñe talis me violenter de possessione deiecit, & eam ppria authoritate ĩgressus est, vnde enim peto puniri & priuari iure quod se in re dicebat habere: cum authoritate ppria ingredi non debuerit, per l. si quis in tantam. C. vnde vi. & xvj. q. vj. placuit. clientulus respondebit: domine, imò pro me, sñia est ferenda: q̃ue enim pbaueram me possidere, sicut & ille vnde meã pos. & nõ alienam sum ingressus, & sic meã pos. retinui, & aduersarius, si qđ habebat perdidit, per præ. l. si id qđ. Sic fecit fieri Rogerius Mutiñ. prout recitãt Vber. de bo. & Ros.[b] ¶ †Item nota & aliam cautelam, si 35 vis q amicus tuus apprehendat possessionem alicuius rei absq; vitio, quam ad se asserit pertinere, eo ignorante, fac possessorẽ spoliari, & cõfestim deserere possessionẽ corã testibus: & sic ea vacua remanẽte, nuncia amico tuo vt vacuam apprehẽdat possessionem: nec per hoc videbit ratam habere spoliationem. nec dicit rẽ à deiectore recipere, sc̃dm ea, quæ habent & no. extra, de resti. spo. cùm ad sedem.[c] & de ordi. cog. cũ dilectus. imò vsucapere posset, put ibi no. in gl. sic patet. ver. sed hoc nõ est.[d] vnde habebit cõmodũ retentionis: vt xvj. q. iij. §. põt. ver. q si mala fide. extra, de ordi. cogni. cum dilectus. ppe prin. C. de præscri. xxx. vel xl. an. si quis emptionis. nec competit contra eum interdictum vnde vi. & in hoc fuerunt decepti hospitalarij, in præd. c. cũ ad sedẽ. credẽtes interdictum vnde vi hoc casu locũ 36 habere. ¶ †Sed pone, vacante ecclesia P. occupauit quandam pos. ad eam pertinentẽ: electo autem ibi prælato, repetit prælatus dictam pos. à P. petẽs eũ tanq; inuasorẽ puniri. sed P. dicit q intrauit vacuã & vacantem pos. vt ff. de vsu. nunq;. §. vacuum tempus. & C. vnde vi. quærebatur.[e] Sed dic q nõ dicitur vacua talis pos. quia ecclesia & locus, dicitur possidere, & ius habere: vt C. de episc. & cleri. l. raptores. §. sin autem ibi: & plenam pos. earũdem rerum, &c. & de sacrosan. eccle. iubemus. §. si qñ. quia ecclesia 37 nunq; morit: vt xij. q. ij. liberti. ¶ †Quid si ciuitas p ministros suos possidet: vt ff. de acqui. pos. l. j. in fi. sic & ecclesia possidet p canõicos: quia vacãte ecclesia, apud eos remanet iurisdictio: vt extra, de maio. & obe. cũ olim. & c. his q̃. vñ nõ est necesse q factus epũs intret quãlibet possessionẽ: sed sufficit q intret 38 pos. epãtus. argu. ff. de acquirẽ. pos. possideri. ¶ †In summa no. secũdũ Iac. Bal.[f] q vbi duo cõtendunt de posses. & quilibet dicit se in solidũ possidere, & vnus turbat aliũ in possessiõe, nec vult vnus de alio cõqueri, nec vult vnus alteri libellũ dare quasi sustineat ptes rei, & cõmodo possessionis fungat: iudex põt ex officio suo eos citare, & cogere suã petitionem offerre: vel põt illud iudiciũ possessoriũ sine libello determinare, recipiendo pbationes vtriusq; ptis: vt sciat qs illorũ subire debeat onera petitoris, & quis vtat cõmodo possessionis: vt arg. ff. de lib. cã liberis etiã. §. si qs ex seruitute. & qa hoc vult iudex, s. vt sine libello quæstio finiat, cui' iussus facit vt cõtractus teneat, q alias nõ teneret: vt ff. qđ cum fal. tu. aut. l. j. & C. de lit. cõtest. aut. q libellũ. quæ est iij. q. iij. §. spatiũ. Ex officio eñ suo debet ptes cohibere ne veniant ad arma & rixas. ff. de vsufru. si cui' §. deniq; & vim fieri vetabit ei, quẽ in possessione inuenerit potiorẽ: de hoc ĩfrà, de libel. cõcep. §. nũc dicendũ. versi. xxij.[g] ¶ †Postremò no. cõsiliũ sapien-39 tum, circa interdictũ vnde vi. & cõsti. si qs in tantã. si enim nõ possum pbare qñ̃o possedi, cõsulũt vt possum pbare qñ̃ sum deiectus, qđ intrem in fundum testibus & tabellione præsentib', & si is, q possidet, pmittit possessionẽ habeo. Si verò me intrare volentẽ nõ admittit, sed me incõtinẽti possessiõe expoliat: de quo fieri faciã publicũ instrũm: possessionẽ amitto incõtinenti: vt ff. de acqui. pos. clam. §. fi. & l. qđ si nolit. & l. si id qd. & sic habeo ĩterdictũ. nam si pbo q olim hoc anno possederim, illã possessione, aĩo retinui, qđ semp de quolibet præsumit s. q aĩo retineat, nisi fortè videres illum possidere: vt ex tua patientia pararetur tibi præiudiciũ: vt C. de acq. pos. minus. & nisi longũ tẽpus trãsierit, quo fuit ille in possessione. nã ex longo tpe sequit obliuio. ff. de vsufru. furtum. secũdùm Ros.[h] ¶ Quæ aũt hic desunt, dic vt suprà de act. seu petitione. §. sequitur. ver. rursus.

SVMMARIVM.

1. Iniustè suspensus aut excõmunicatus, ante oĩa est restituendus.
2. Vxoris restitutio, quibus casibus sit viro denegãda.
3. Excommunicatus petens restitutionem vxoris, an sit audiendus.
4. Spoliatio multis modis, seu de diuersis rebus committi potest.
5. Spoliat' officio, quo casu agere possit, & quo non.
6. Spoliatus communione fraterna, an ante restitutionem sit audiendus.

Casus restitutionẽ impediẽtes sunt ĩpures.

iureiuran. iusiurandum. §. j. hoc iusiurandum. Alij contra: vt in præ. §. sed quia.[a] ¶ 4 †Quid si non exacto iuramento procedit in causa, & sententia fertur?[b] Dicit Pil.[c] tenere: quia nõ est præstandum, nisi exigat. l. ff. de oo. ope. nunc. de pupillo. §. qui opus. & in præ. l. iusiurandum. secus si exactũ fuit. C. de sent. & interlocuto. om. iud. prolatam. Hoc prosequere, vt not. extra, de testi. tuis. & suprà, §. j. in princip. Hoc tamen puto, q si omissum sit[d], poterit quandocunq ante sententiam exigi.[e] argum. ff. de dam. infect. bona. §. pe. De hoc extra, de iureiuran. ex literis. in Summa do. mei, de lit. contest. §. & qñ. suprà. §. proxi. versic. quartum. ¶ 5 †Item quæritur, qui iurabit in illis casibus, qui sunt ff. de appel. nõ tantùm. & ij. q. vj. non solent. ff. de libera. causa. l. j. ij. iij. & iiij. quibus potest coniuncta persona à condemnatione alterius appellare, & appellationem prosequi, & contra voluntatem eius agere. Dic q appellans, quasi suam fecerit causam per appellationem. ¶ 6 †Quid si moueo plures quæstiones, & contra plures[f] coram eodem iudice? Dic q in qualibet per se iurabo: non semel pro omnibus. arg. ff. de excep. rei iudic. & an eadem. & arg. extra, de iureiuran. clericus. quia res inter alios acta, &c. extra, de fide instru. inter dilectos. versic. porrò si. & hoc quando negotium non est cõmune. Sed si est commune, & indiuiduum: tunc omnes iurant vel vnus pro omnibus: quia malitiis, &c. ff. de rei vendicat. io fundo. extra, de rescript. ex tenore. & C. si vnus ex pluribus appel. l. j. secundùm Iacobum Bald. & Alber. Pap. ¶ 7 †Sed nunquid hæres defuncti iurabit de calumnia? Respondeo, sic: vt in aut. principales. & in præ. l. qui bona. §. penulo. quia licet defunctus non fuerit calumniatus, sed habuit bonam fidem: fortè hæres habet malam. ff. de accusat. sicut. C. de te. credi. generaliter. respon. j. Idem forte[g] in procuratore, ad quem causa transit. infra, versi. fin. Alij dicunt cõtra, quia hæres, eadem persona cum defuncto censetur. in aut. iusiurandũ quod à mori. præs. §. ij. Tertij dicunt q debet solummodo iurare, se nil dedisse, nec daturum. in aut. colla. ix. vt litig. iurent. in princip. ¶ 8 †Quid si iudex, coram quo iuratum est, obiit, vel mutatus est? Dic q non iurabitur coram alio iterum, quia idem censetur iudicium: vt ff. de iud. mortuo. l. cùm proponebatur. Ioan. contra arg. ff. iudi. sol. l. iij. & l. quærebatur. & l. cuio apud. in aut. de testi. §. quia verò. C. de iudic. properandum. §. si autem in medio. Dicunt alij q partes iurabunt, quòd nec dederũt, nec dabunt aliquid huic iudici, vt pro eis iudicet: vt in præ. aut. vt litig. iurent. in princip. Sunt etiam, qui dicunt, tunc de veritate fore iurandum. C. de eden. l. ij. ¶ 9 †Quid de causa iuris patronatus? Dicunt quidam[h] non de calumnia sed de veritate in ea iuran, cùm sit annexa spiritualibus. extra, de iur. patro. ad aures. extra, de iudi. quãto. suprà in §. proxi. versi. sed nunquid tunc. Alij contra: cùm non sit merè spiritualis. & exponunt extra, eo. literas. nulli inducunt, id est, prohibent. ij. q. v. consuluisti. ¶ 10 †Quid si causa modica est? Dicunt quidam non iurari. nam & sententia sine scriptis lata, tenet: & alia solẽnitas propter exiguitatem omittitur. C. de senten. ex breuiculo reci. aut. nisi. ij. q. j. in primis. Dic contra, vt ff. ad exhib. thesaurus. vt extra, de præbend. maioribus. & de appella. c. de appellationibus. nisi iudex ex officio suo, extra ordinem cognoscat: nam tunc non puto iurandum. argum. ff. ne vis fiat ei, qui in pos. mi. l. j. in princip.[i] ¶ 11 †Sed quæritur si quis post iuramentum calumniæ mutauerit actionem:[k] an iterum iurabit in noua proposita? Respoo. sic: quia noua actio est, & alia: & in qualibet iurandũ est. §. eo. l. ij. in princip. quia & in hac potest calumniari. ff. de dam. infect. qui bona. §. penul. Super actione enim iuratur. ff. famil. ercisc. inter cohæredes. §. si familiæ. Alij dicũt q potius super facto iuratur. arg. C. eo. aut. in isto. iuratur tamẽ, quia causa mutatur. ¶ 12 †Sed pone q peto à te decem: tu confiteris debitum, sed opponis[l] exceptionẽ pacti de non petendo: quæritur quis primò iurabit. Et videtur q excipiens: cùm constet de actoris intentione, & reus in excipiẽdo sit actor. ff. de exceptioni. l. j. Dic contra: quia originalis causa inspicitur. ff. de dona. id quod.[m] ¶ 13 †Quid si instantia sit triennio finita? Respõdeo, iterum iurari. Idem dicit Ioan. si iudex in medio triennij mutetur: vt §. versicu. quid si iudex. ¶ 14 †Quid de quæstionibus incidentibus vel emergentibus: nunquid iurabitur in eis de calũnia? Non videtur, cùm sit in principali iuratũ: & idem iuris sit in principali, & in accessorijs: vt extra, de offic. deleg. prudeotiam. in fine. & quia semel tantùm iuratur. C. eod. autheoti. in isto. sed hoc verum est in eadem causa. Vnde dic cõtra: vt ff. de damno infecto. qui bona. §. si quis. & ad exhibend thesaurus. & qui satisda. cogan. de die. §. penul.[n] ¶ 15 †Quid ergo. pone, peto à te fundum: tu dicis, te illud non possidere, nec dolo desijsse possidere. ego peto q iures de calumnia: quæritur quid iuris. Et certè cùm non possideam, nec dolo desierim possidere, non compellor iudicium subire: vt ff. de rei vendi. qui petitorio. in principio. & §. penultimo. ergo nec iurare. ff. de iudic. sed si restituatur. §. ex quibus. & de iureiuran. tutor §. fi. dic tamen esse iurandum: & sic obtinuit.[o] ¶ 16 †Sed nunquid super omnibus exceptionibus etiam in declinatorijs, est iurãdum de calumnia? H. dicit quòd sic: vt not. suprà, de exceptio. §. viso. versicu. sed nunquid. & C. eod. l. j. & probatur ff. qui satisd. cog. de die. §. fi. ff. de noxal. l. quoties. §. penul. Quidam tamen dicunt sufficere de malitia iuran, super declinatorijs. extra. de resti. spoliat. literas. & de electio. cùm dilecti. supra, §. j. versicul. in casibus. ¶ 17 †Sed nunquid in prætorijs stipolationibus iurabitur de calumnia? Videtur q sic. C. de iur. calum. l. j. ff. de damno infecto. prætor. in princip. & l. qui bona. §. fi. ¶ 18 †Quid si post præstitum iuramentum de calumnia subrogetur procurator in causa? Dic per eum iterũ esse iurandum,

c ¶Dicit Pile. vbi §.

d ¶Omissum fit. Nota quia distinguit inter omissum & remissum.

e ¶Exigi. Vt in præ. decre. prima. in princ. lib. vj.

f ¶Contra plures. Amphatur hæc quæstio, scilicet qñ vnus contra vnum plures quæstiones mouit: vel plures contra vnum plores quęstiones mouent: & omnibus conuenit sequens solutio. Alia quæstio de tutore duorũ popillorum inuicem hoganõum, not. in l. ij. C. eo. titu. in §. quod obseruatum in glo. ij. in fi. Consilium est quòd in altera det actorem. Simile §. de aduo. §. j. versic. quid si aduocatus.

g ¶Idem forte. Sic sub dubio forte, loquitur Accurs. in præ. authen. principales. in j. glo. Tu dic sine forte: vt in princ. huius §.

h ¶Dicunt quidam. Barto. eo. titu. c. ij. in j. glo. & vide quod super ea dixi.

i ¶In princi. Hic scias quòd in causis, quibus proceditur simpliciter & de plano, &c. hæc iuramenta de calumnia, malitia & veritate, pręstari debent: vt in cle. sæpe. de verb. signifi. ibi: citatione, &c.

k ¶Actionem. Si dicatur accumulando procedi, hoc dico: quia ex quo ponit iuratum, ponit litem contestatam: & sic non est locus mutationi. C. de eden. edita. Vide Cyn. C. eo. l. ij. io parte. j. q. xiiij.

l ¶Sed opponis. Sup. in ipsa contestatione antequàm iuretur de calumnia. aliàs superuacua esset quæstio.

m ¶Id quod. Sic dixit Accur. in l. ij. j. respon. in glo. sic ergo.

n ¶§. pe. Aliàs vlt. in princi. Has leges tenuit do. meus in legibus, do. Mar. in quęstiõe, quæ incipit, minor xxv. q si filius, qui minor xxvj. adiuit hęreditatem patris. cõuenitus actiõe personali vt hæres, & dato termino ad respondendum, ipse dicens se inconsultè adiuisse hæreditatẽ, quæ locuples putabatur, petit restitui ad cõlectionem inuentarij, & actor dicit id peti animo differẽdi actionem, & petit q iuret de calũnia, quòd audiẽdus est. Non obstat q secũdum hoc bis iurabitur, §. secundò post litem postea contestatã. super personali contra aut. de his qui ingre. ad appel. in fi. vnde sumpta est aut. hoc sacramentum. C. eo. titu. quia id procedit in eadem instãtia, vt dictum est §. sec in diuersis, per iura prædicta. Ad idem ff. de edend. si quis ex argẽ. §. exige. & de iureiur. iusiurãdũ. §. qui iusiurandũ. & facit qđ de causa appellationit dictũ est §. vers. quid de causa. Item si diceretur q restitutio peti non possit in modum exceptionis: negari nõ põt, quin hoc petatur incidenter. C. vbi, & apud quos. l. vlti. in fi. & extra, de restitu. in integ. c. fi. & eam esse prę iudicialem actioni propositæ. C. de iure delib. l. sancimus. §. donec. Facit Instit. de act. §. præiudiciales. & sic pro cognoscenda de nr. cog. tunn. & hoc quia in perpetuũ vel ad tempus actionẽ excludunt, habent instar exceptionũ. Ad tollendum ergo suspicionẽ, purget se per iuramentum. C. de his, qui ad ec. confu. l. vlti. §. sic vbi. Procedit autem secundum eum, q per se iuret, si est maior xxv. & intra tempora restitutionis. Si autem est adhuc minor, iurabit curator. De hoc infra, §. proximo. in prin. & ver. sed cùm pupillus. Si dicamus q hoc casu recipiatur iuramentũ de malitia, de quo §. §. proximo. ver. secundum. & dixi eo. § post prin. cessabit omnis difficultas. Et huic est simile quod notat Guid. de Suza in l. seruum. §. publicè. ff. de procura. dicens quod qui allegat causat absentiæ, iurabit quòd animo calumniandi illas non allegat, cum iuret istud solum capitulum. & sic non obstat authen. hodie. de qua suprà.

o ¶Et sic obtinuit. Hoc tenet Alber. Papi. super l. fin. ff. de rei ven. per l. de die. §. fi. in princ. allegat. §. & j. versicu. proxi. Ad iura quæ prohibent his iurari, respondet, illa loqui post litis contestationem cum iuratum est.

cùm calumniosè posit probationes Inducere, & alis facere. Alij tamen cõtradicunt, quod dic prout not. secundùm papam, extra eo.c.j.super versic.j. sed nunquid hæres.[a]

SVMMARIVM.

1 Sacramentũ omnium possessorum desideratur dum res venditur ciuitatis.
2 Abbas an iurabit de veritate, vbi collegium litigat per syndicum.
Iuramentum de calumnia, semel tantùm in causa præstandum est.
3 Prælatus ecclesiæ causam per se prosequens [non] posit iuramentũ committere syndico, seu œconomo.
4 Pupillo an expediat iuramentum præstari, vbi agit causam momentaneæ possessionis.
5 Pater an iurabit [de] c[alu]mnia in bonis aduentitijs.
6 Conuentus reali actione, nominans dominum in iudicio, an iurare habebit de calumnia.
7 C[ler]icus an possit iurare de calumnia.
8 M[in]or, cuius nomine litigatur, an posit, vel debeat iurare.
Impubes iurare non potest secundũ Canonistas.
9 Omnib[us], vel maiori parti de municipio iurare licet.
10 Procurator an posit iurare de calumnia. & numero 12. & 13.
11 Procurator agens, & defendens nomine absentis, non iurabit, sed dabitur ei dilatio, vt denunciet vero domino, vt veniat iuraturus.
14 In procuratorio alicuius, aliàs sufficienti ad causam si non exprimatur, quòd posit iurare de calumnia an poterit iurare.
15 Syndicus quo casu, & quando posit iurare.
16 Hæres defuncti, an posit, aut debeat iurare.
17 Iudæus litigans cum Christiano, an iurare permittatur super Euangelia.
18 Iuramentum calumniæ, cuius expensis mittetur ad principalem absentem.

A quibus sit iurandum de calumnia.

RESTAT Videre à quibus sit iurandum. Et quidem regulariter principales personæ debent iurare: primò actor, & postea reus. C.eo.l.ij.§.j.& ij. & authen. principales. extra eo.c.iij. & c.cæterùm. Itẽ tutor & curator[b], œconomus, syndicus, actor[c], & procurator vniuersitatis, & episcopi, & archipiscopi, parẽtes & orphanotrophi, & omnes alij, qui legitimam habent administrationem, vel à lege vel iudicis authoritate: vt C.eo.l.ij.§.j. & §. quod obseruari. & authent. principales. C. de bo.ma.l.j. Instit. de cur. §.fin. C. de epis. & cler. l. orphanotrophos. & auth. sed hodie. extra eo.c.iij. & c. cùm causam. ff. de cond. & demõ. l. municipibus. ff. de noxa. act. quoties. §. si tutor. & iurent omnes tutores. vel vnus. C. si ex pluribus tuto. omnes conue. poss. l.j. ¶ Item curator bonis datus. C. eodem. l. ij. § primo. 1 ¶ Idem in his qui præsunt municipio, seruatur[d], vt omnes, vel maior pars, iurent de calũnia. C. eo. l. ij. hoc etiam & in præ. l. municipibus. & arg. extra de senten. excõmu. Romana. §. fin. secundũ Azo. licet Placen. dixerit maiorem partẽ ciuitatis debere iurare, vel ipsam vniuersitatem: quod est difficile. arg. tamen ad hoc, quia sacramentũ omnium possessorum desideratur, dum res venditur ciuitatis: vt C. de vend. re. ciui. l. fin. & similiter dum tractatur de defensore ciuitatis eligẽdo: vt in auth. de defen. ciui. §. in tantũ. papa not. extra de iudi. pastoralis. tutius esse, quòd vniuersitas iuret per alium, vel per eum, qui litem contestatus est. quod indubitatum est in vniuersitate religiosorũ: vt infrà versic. proximo. 2 ¶ † Quid si aliquod collegium litigat per syndicũ, nunquid abbas iurabit de veritate, cùm ipse syndicus iuret de calumnia? Dicunt quidam quòd sic, vt infrà dicetur in minore adulto. & hoc ideo, vt veritas appareat, et ne ecclesia turpe lucrũ sectetur, extra, de iura. calum. Imperatorum. ff. de offic. præsi. illicitas. §. veritas. ff. de cõdi. indeb. nam hoc. extra, de pœnis. fuam. liiij. distin. generalis. in fi. C. de hæreti. quoniam. xuij. q. ij. quanquàm. arg. cõtra, cùm abbas non sit dominus, sed procurator. extra, de dona. c. ij. xij. q. j. si priuatum & aliud videtur in mi[nore] ... dominus est, & cõmodum, & incommodum e[ius] ... vj. biduũ. Preterea cùm hæc causa n[on] ... [ciui]tatis, non sua: vt ff. quod cuiusque vni[uersitatis] ... l. sicut. §. j. & xij. q. ij. qui manumittitur. ... [constitu]are syodicus ab ea cõstituitus. ff. quod cu[iusque] [vni]uersi. no. nulli. extra, cod. c. j. non Abbas. [Et] ideo dixerunt alij, quod si Abbas scit veritatem, & procurator est trussator: tunc Abbas iuret, & non alias. C. de procur. l. fi. sed illa lex loquitur, cùm principalis persona conuenitur: & Abbas non potest dici principalis, vt dixi: & ideo dixit Alber. Pap. quod si syndicus est litem contestatus, ipse iurabit. C. de iudicijs. properandum. versus fi. & C. de rebus cre. l. penul. §. penul. & C. de iura. calum l. fin. §. j. & nõ Abbas: cùm ipse posit testem produci. extra, de testi. insuper. ne fungatur duplici officio: vt ff. de pactis. plures. extra, de milite. c. fin. & ne ecclesiæ præiudicetur de facili, eo fortè iurare nolente. C. de seruis fugi. quicunque. C. vnde vi. meminerint. & sic dicit fuisse iudicatum Vercel. Sed certè malè, salua pace iudicantiũ. nam licet lis contestata sit per syndicum, etiam nomine Abbatis & conuentus agentem: Abbas tamen ipse habẽs ad hoc speciale mandatum à capitulo, iurabit de veritate nomine suo, & in animas eorum, vel maioris partis, qui sunt de conuentu: vt extra, de testibus. ad hoc. aliàs incipit, præsentium.[e] & tunc etiam poterit esse testis in causa: secus si ipse causam per se duxisset. Non tamen nego, quin & per syndicũ vel procuratorem posit de veritate iurari: secundùm quod not. per papam extra, de iura. calum. c. fin. Dominus meus tamen dicit, quòd in præ. decre. non iurabit Abbas tanquam testis vel tanquam procurator, sed tanquam nuncius, & pro conuentus. Quæ & alia dic vt not. in præ. c. ad hoc. secundũ omnes. Sed & si Abbas causam ducat, ipse iurabit in animas conuentus. Et de hoc not. extra, de elect. dudum. ij. in glo. B. quæ incipit, no. ergo ius, &c. Iuramentum autem calumniæ à syndico præstitũ, Abbas non cogitur subire. extra, de iura. calum. Imperatorum. de hoc not. C. eo. l. ij. §. hoc etiam. Si tamen procurator negauerit positiones, dominus, ad quem spectat causæ commodum vel incommodum, eo quia nouit melius veritatem, interrogabitur per iuramentum super eis: vt infra eo tit. proxi. §. vj. ver. in summa. quod quidam cõcedunt, vbi iuratũ est de veritate. arg. in præ. decre. ad hæc. aliàs incipit, præsentiũ. Secus, vt dicunt, vbi de calumnia. Sed certè est eadem æquitas, sic hincinde idem ius, etiam vtrobique esse puto: si hoc iudex viderit expedire. arg. extra, de constitu. nam concupiscẽtiam. nec ob. præ. ad hæc. imò hoc probatur, si rectè intelligatur. argu. cõtra: quia iuramentum de calumnia semel tantum in causa præstatur: vt C. de iura. calum. authen. in isto. Sed illud verum est, ab eadem persona. Vel dic quod hoc non est propriè iuramentum de calumnia, sed iurabit respondere, quid credit super positionibus per procuratorem negatis. Et sic iurare & respõdere fecimus Archiepiscopum Rauennatẽ in causa, quæ inter eum & commune Arimini super septem castris coram nobis vertebatur.[f] ¶ † Quid si prælatus ecclesiæ 3 prosequitur causam per se, nunquid poterit committere iuramentum œconomo seu syndico? Videtur quod sic, argu. extra, eo. c. j. prope finem. ibi: huiusmodi officium alijs denegare. & ff. de procu. l. iij. Dic quod iuramentum nõ potest specialiter committi, nisi & causæ prosecutio committatur: vt extra, eo. in pertractãdis. in fi. & c. seq. ibi: qui pro eis petere & exhi. &c. & c. fi. in princip. ibi: elegerit fi. u. &c. ver. quod si. Et sic intellige eo. titu. c. j. Alioquin alicui posset hic causam committere ignoranti. 4 ¶ † Sed cùm pupillus posit agere causam momentaneæ possessionis, vt C. qui leg. perso. momentaniæ. vbi de hoc, & aliàs: vt s. de actore. in prin. nunquid iurabit? Videtur quod non, argum. ff. de iuris & facti igno. l. fin. ff. de iureiur. qui iurasse. Vel dic quod iurabit

a ¶ Nunquid hæres. Primũ dictum approbatũ est eo. tit. c. ij. §. j. lib. vj.

b ¶ Curator. Contra hoc opponitur de l. certũ. ff. de cõfes. §. penul. Solutionẽ vide per Accur. in §. quod obseruari. in glo. ij. & ibi plenius per Cyn.

c ¶ Syndicus actor. Idem Accur. in l. ij. §. hoc etiã. t. alle. & Vber. de Bobi. vt s. ad fin. Gui. de Suzar. l. neque. C. de procu. Et sit ratio, quia cũ decreto cõstituitur sicut tutor: & à satisdatione leuatur, sicut ille [ff.] de admin. tut. l. vlt. §. defensionem. ADDE Bart. in d. l. ij. Pano. in. c. ij. & c. cæterùm extra eo. vbi plenè.

d ¶ Municipio, seruatur. Dixit Pile. sua j. q. ex iure moribus recepto, consulẽ iurare præsente & consentiente maiore parte vniuersitatis. Allegat authẽ. hoc ius est. C. de sacrosan. eccl. & l. rem non nouã. C. de iudi.

ADDITIO.

¶ Adde Bar. in l. ij. §. hoc etiam. C. de iura. calũniæ. vbi dicit quod in causa vniuersitatis iuratur de calumnia per administratores, nomine ciuitatis, vel per syndicum legitimè ordinatum: & iurabit in animam constituentium, non in animam ciuitatis: quia ciuitas caret anima. Hen. Ferrandat.

e ¶ Incipit, præsentium. lib. vj.

f ¶ Vertebatur. De qua et ipse author dixit s. de testa. §. qualiter. versi. sed opponitur circa medium. Multũ depilata fuit ecclesia Rauennas honoribus & viribus suis tempore authoris, & priùs. Nam vt patet eo. ti. de teste. §. nunc tractandum. ver. hoc autẽ. ad fi. aliam causam habuit et corã authore sup quibusdã castris cum cõmuni Forliuij. Item tempore Innocen. iiij. questionem habuit cum communi Fauentiæ super villa Luci, & sancti Petri. & castro Arioli. de qua hoc eo. ti. cùm causa. de proba. licet. de testib. cùm causam. j. villa tamen Luci, hodie suo nomine possidetur: ad castrum Arioli recuperandum nunc laborat præsens archiepiscopus Rauennas, sed plus me legisse memini quòd insula Siciliæ olim fuit ecclesiæ Rauennæ, translata postea in ecclesiam Romanam: forsan quia illam regere non poterat. quod præsumo, quia nec ipsius ecclesiæ Romanæ nostris temporib[us] multum ad id laborãtis solicitudo expensa, & impositio decimarum ad id, saltem in partibus Italiæ multis annis collecta, illã adhuc debito modo potuit subiugare.

¶ Ipsius etiam ecclesiæ canonici tũc habebam & hodie retinent nomẽ Cardinalium & cantorum. Cui ecclesiæ cõpatior: quia mihi metropolitica, & quia cum meis descendentibus censualis sum ipsius: & in ipsa etiam habui filium Cardinalem, & nunc nepotem ex filio cantorem: tres vltimi archiepiscopi mei fuerunt scholares, & domini spirituales: quartus autem, quẽ præcessit do. Raynuius nunc cardinalis sancti Martini in mõtibus, meus singularissimus bñfactor pater & dominus. Hæc dãc causam deplorandi quòd nec etiam in sede ppria potitur debita libertate.

a ¶ Iurabit. Hoc breuiter tenet Accur.in §.quod obseruari.in fine tertiæ gl. allega. C.de his, qui ve.æta.l.j.

b ¶ Secundùm Vber. vbi suprà.

c ¶ Quòd sic. Latior esset litera sequens, si diceret, licet non contra eū. Mihi videtur q locus est iuramento de malitia, & q malitiose non nominat: nō de calumnia, quod respicit totam litē, post litem cōtestatam præstatur. facit eod.titu.c.ij. in fin. lib.vj.

d ¶ Iudicio. Secundùm Gui.de Suza. in l.ij.C.vbi in rem actio.

e ¶ Sed quia veremur. Ibi plenè per Accur. in glos.magna ante medium.

f ¶ Pastoralia. Vt ibi scripsi super prima glossa.

g ¶ Si tutor. Hodie iurat, si habet speciale mādatum.eo. titu.c.vlti.lib.vj.

h ¶ Domini cedētis. Quod Pla. nō concedebat hoc secundo casu, sed Accur. vbi s. tenet vt hic. & do.Azo in Summa circa mediū.& Vin.in.titu.c.vlti. sed Vincē.dicit ex causa à iudice arbitrādū per id quod sequitur.

i ¶ L.fin. Hoc & in sequenti l. corrige de procu. & in hac l.fin. tenent Iacob. de Aret.vt ibi not. Cyn. q si periculum causę pertinet ad cedentē, vt quia cessit actionem suo periculo mouēdā. ff.mand. si mandato.§. fi. tunc iurare & respondere debet. & sic loquitur l.si actor. Vel neutrum spectat ad eū, cùm causa sit propria cessionarij, vt in l.qui stipēdia. & ff.quādo appel.sit. l.j.§.in propria. vide quod dixi s.de defensore.in fin. & s.de ces.act.§.j.ver. sed nunquid.j.securè teneas quòd etiā eo casu, quo cedēs iurat de calumnia, nihilò minus cessionarius, qui litē prosequitur, iurare tenetur in animā propriam, per decre.secundā. secundo re. spon.eo. tit.lib.vj. Capitula enim inclusa in iuramento calumniæ no.eo.c. j.in princ.& C.eo. l.ij.§.j.longè plus respiciunt prosecutionem litis, quàm iustitiam negotij principalis. quod facilè patet intuenti. nec est etiam absurdum quòd etiam de iustitia principalis causæ secundùm suam credulitatem iurarent. Super quo vide quod dixi de aduocato.§.j.ver.item quod est præuaricator.

k ¶ Iniurijs. Libro vj.

l ¶ Nomine absentis. Difficultas quæ sequitur, hodie est sublata per pię.decre.vlti. eodem tit. lib.vj.

m ¶ Principales. Cuius expēsis dicitur j. ver. sed ad cuius.

n ¶ Talis iudex. Inhonestè se præponit æquali.

o ¶ Tamen not.eo. titu.c.fina.

ADDE qđ Bart. in d. §. qui alieno. dicit relata opi.Specu. quod si domin9 non potest haberi, q procurator admitteretur.

ADDE tu vlterius quòd procuratos in Romana curia, tenet iurare de calumnia, non solū in animam domini, sed etiam in animam suipsius, etiā si principalis prius iurauerit. Rota in antiq.decisio.cccc-xcij.& in nouis.decisio.xxxvij.& decisio.xl.

✠ ADDITIO. ¶ Adde tu q procurator gnālis ad lites potest iurare de calūnia, licet aliter lites specificatæ nō sint: modo habeat speciale mādatum ad iurandum de calumnia. Ita singulariter voluit Mate. no. suo ccccl.inci. nota quòd si dominus. Henri.Ferran.

p ¶ Dicit. Libri iudicum parte secūda, circa medium huius tituli.

q ¶ §. sin autē. Dicit Alb. Gal. hoc titu. post princ. quòd si defensor conuenitur in causa principali, dominus iurabit: si cōuenitur fideiussor datus ab ipso ex stipulatu: tūc ipse iurabit, vt ibi not.

iurabit:[a] quia ex quo legitimus est ad agendū: ergo & ad iurandū, & ad alia.ff.de iurisdi. om.iudi.l. ij.extra,de offic.delega.præterea.& si pupillus agit authoritate tutoris, quod potest: vt ff.de administ. tut.l.j.ipse iurabit.ff.de autho.tuto. accipientis. & C.eo.clarū.& ff.de re iudi.quidam. sed poterit petere in integ.restitu.si sit lęsus. Et hoc tenet Alber. Pap.vel fortè tutor iurabit: vt in præ.l.qui iurasse. quasi ipse videatur agere, cuius authoritate agitur. C.de ve.iur.enu.l.j.extra,de sent.excom.mulieres. secundùm Vber.[b] ¶ † Sed an pater iurabit de calumnia in aduentitijs bonis? Dic quòd sic: vt no.C. eo.l.ij.§.sin autem.& vide infrà, de libel.concep.§. iam nunc.in fine. ¶ † Sed illud quæritur, vtrum conuentus reali actione, nominans dominum in iudicio, iurabit de calūnia? Dicunt quidam q sic:[c] cùm non contra eum, sed contra nominatum sit agendum: vt extra, vt lite nō contest. quoniam.§.quod si super. Nec obstat q semel est iurandum: vt C.de iura.calum.auf.hoc sacramentum. nam per hoc sacramentum, eximitur à iudicio.[d] ¶ Quid si nominatus dicit quòd nominans bene possidet nomine ipsius nominati, nūquid tenetur nominatus iurare q non calumniandi animo hoc faciat? Respō.non, imò locum habet tūc præd.auf.hoc sacramentum. vt tantùm semel post litem contest.iuretur. ¶ † Sed nunquid clericus de calūnia iurat? Videtur q nō: sed de veritate tantùm: vt not.extra, eo.c.j. Quidā tamen dicunt contra, secūdùm leges: vt no.in præ. §.sed quia veremur.[e] ¶ Quid si quis vouit non iurare? De hoc j.§.superest. ver. quid si reus. ¶ † Sed nunquid minor, cuius nomine litigatur, iurabit? Dicunt quidam q sic: quia dicit lex quòd restituitur, si confessus fuerit.ff.de confes.certū.§.fi. vnde saltem iurabit authoritate tutoris, si eum habet.ff.de adminis.tut.l.j.§.fi. Azo dicit q si est adultus, iurabit de veritate dicenda, sed nō de calumnia si verò est pupillus, non.argu.ff.de in litem iur. videamus. ff.de confes.certum.§.fi.C.de eden. is apud. vbi de hoc.extra,de despon. impub. attestationes. Et secundùm canones impubes iurare nō potest. xxij. q.v.paruuli. & c.pueri.iij.q.iij.c.j. nisi sit doli capax.extra,de delict.puer.c.j. ¶ † Itē iurant omnes, vel maior pars de municipio.C.eod.l.ij.§.hoc etiā. ff.de condi.& de municipibus. ¶ Item vniuersitas quęq;.extra,de hære. excommunicamus.§.adiicimus. & potest vniuersitas iurare, non solùm per eum, qui litem cōtestatus est, verumetiā per alium: vt not.secundū papam extra,de iudic.pastoralis.[f] ¶ † Procurator autem non iurat de calumnia: vt C. eo.l.ij.§.sin autem. & in præ.§ si tutor.[g] arg. tamē contra extra,eo.c.pe. sed ibi syndici vocantur procuratores. Procurator enim episcopi loco syndici, seu œconomi est.argu.v.q.iij.quia episcopus.ix.q. iij.cùm simus. sed procurator in rem suā datus, bene iurat.C.de procur.qui stipēdia. prout no.C.eo. de iur.calum.l.ij.§.sin aūt alterutra. siue agat vtili nomine suo, siue directa nomine domini cedentis:[h] cùm sit causa eius propria: quia damnum & emolumentum eius est.ij q.vj.biduū. vt in præ.l.qui stipendia. nisi reus obijciat q procurator suspectus est, vel q dominus melius nouit causam: tūc enim iudex pōt præcipere, q dominus iuret.C.eo.l.fi.[i] ff.eo.si actor.extra,de iniurijs.[k] ¶ † Quid ergo fiet cùm procurator agit, vel defendit nomine absentis?[l] Dicit Vincen. q dabitur ei dilatio, vt denūciet verso domino q veniat iuraturus.argum.extra, vt lite non contest. quoniā.§.quod si super.C.vbi in rem act.l.ij.extra,de procu.dilectus. Vel dicas q mittetur ei iuramētum, vt in præ.authen. principales.[m] Potest etiā mādari iudici, sub cuius iurisdictiōe degit, vt illud recipiat quod mādabit sub hac forma.

✠ FORMA. Talis iudex[n] tali iudici salutem in domino. Nouerit vestra discretio q T.procurator P.ciuis nostri, super libello, quem vobis præsentibus mittimus inclusum, cum H.ciue nostro est litem sub nostri iudicij examine contestatus: verùm quoniam vt lis sine suspicione procedat, necesse est per principalē personam præstari calumniæ iuramentum, dilectionem vestram requirimus & rogamus quatenus ab ipso P.super dicto libello, secundùm iuris ordinem. fulti iuris communis præsidio iuramentū calumnię recipi faciatis: receptionē eandem in publicam formam in manu fidelis notarij redactam, nobis si placet per latorem præsentium transmittatis. Ideo dixi, fulti iuris communis præsidio. nam iuris authoritate recipit, & nō ex vi commissionis: quod dic vt supra, de iudi. delega.§.iam nunc.versi.secundum præmissa. Iudex aūt delegatus à Principe, committat prout not.eo.§.versicu. quandoq; etiam. Quòd si iuramentum ei mitti nequeat, fortè quia est vltra mare, vel aliàs est valde remotus, vel quia ignoratur vbi sit, tūc dabitur bonis curator, qui de calūnia iurabit: vt ff.de cur.bo. dan.l.j.& ij.ff.ex quib.cau.ma.ab hostibus.in prin. versi.ego. ¶ † Vincen.autem dicit, q non admitteret sacramentū talis procuratoris, in hoc casu.extra,de procura.petitio. Et hoc secūdùm leges, quas secuti sunt T.& Vincen.& alij. ¶ † Vincen.tamen not.[o] q secundū canones procurator potest iurare de calūnia.extra,eo.c.pe. Et potest esse ratio: quia per litis contestationem factus est dominus.C.de procura. neq;. Ioan. de Deo dicit[p] q si dominus haberi potest, ipse iuret, vt dicūt præd. leges. alioquin procurator iuret, vt in præ.decreta.& dominus debet illi mandare vt iuret in animā sui, vt dicam infrà, §.proxi. papa not. extra, eo.c.j. speciale esse in personis ecclesiasticis. q iurent de calumnia per procuratorē, etiam sine speciali mandato ad iurandum.extra,eo.c.ij.& pe.& fi. Laici verò procuratos potest iurare, si habet ad hoc speciale mandatum.ff.de iureiuran. iusiurandū quod. Procurator aūt extra iudicia factus bene iurat de calūnia: vt ff. de dam.infect.qui bona.§.si alieno. per quam legē Rex Portugallię absens fuit absolutus per do.Nicolaum papam iiij. à sententia excommunicationis. Licet enim procurator eius habēs speciale mandatum ad petendā absolutionē, non haberet expressum mādatū ad iurādū in animā ipsius Regis: fuit tamen ad iurandū admissus per hanc legē. Præterea cùm iuramentū videatur esse de forma absolutionis, vt probatur & no.extra,de sent.excō. cùm desideres.& c.ij.ius. procurator ad petendū illam, specialiter cōstitutus videt per consequens constitutus ad iurandū, sine quo absolutio nō procedit. arg.extra,de offic.deleg.præterea.& ff.de proc.ad rem.& l.seq & l.sed & id. Ipsi aūt regi, si præsens foret, debuisset iuramētū remitti: vt probat in prę. §.si alieno.& vide j.in tit. de procu.§.j.versi. item opponit q licet ibi xv. curia Romana indifferēter admittit iuramēta procuratorū, & maximè in spiritualibus. exigit tñ ad hoc speciale mādatū, vt iam dicam: nec aliud posset ibi propter viarū distantiā cōmodè obseruari.arg.lxij.dist.cùm longè. & extra,de in integ.restit.cum ex literis.in fi. si tñ principales adsiant, bene cogunt iurare. ¶ † Quid ergo si in procuratorio alicuius aliàs sufficienti ad causam, nō exprimit quòd possit iurare de calūnia? Respōdeo, dixerunt multi q pōt iurare. alij verò contra: sed certè cùm mandatū sit aliàs sufficiēs ad causam, iudex coget eum litē cōtestari, & post, tanq dominus litis, poterit iurare.arg.Insti.de his, p quos agere pos.§.procurator hodie tñ indistinctè iuramentum recipimus sine speciali mādato. De hoc suprà de procura.§ ratione aūt formæ.ver. pen. ¶ Quid de defensore, q satisdedit de iudicato soluēdo? Respon.dicūt quidā q ipse iurabit. Alij cōtra. De hoc no.ff.de procu.nō solū.in prin.C.eo.l.ij.§.sin aūt.[q]

15 ¶ † Sed quid dices de syndico? Dic q si est specialis ad vnam causam, non potest de calumnia iurare, nisi habeat ad hoc speciale mandatū, sicut nec procurator: quia non habet generalem administrationem: secus si datus sit ad oēs causas monasterij, seu vniuersitatis peragēdas. ¶ Item coniuncta persona alieno nomine defendens, iurat secūdùm formā illius auth. principales. secūdùm Vber. & Ioan. de Deo.[a] Item excommunicatus, qui cōuenitur, iurat: vt no. 16 extra, eo. c. pe. ¶ † Sed nunquid hæres defuncti iurabit? De hoc i. §. proxi. ver. sed nūquid. Item episcopus iurat. j. §. proxi. ver. item no. Item & clerici seculares in causis proprijs, vel ecclesiarū suarum: & etiam regulares, vbi sunt syndici constituti: alias non. Sic potest legi & intelligi extra, eo. c. j. & probatur co. ti. c. cæterùm. & per totum. xiiij. q. ij. q. & q. Vel dic q decre. extra, eo. c. j. vbi dicitur q clerici iurare nō audeant, prælato inconsulto, intelligitur coram iudice seculari, vel corā alio, de cuius iurisdictione nō sunt: vt extra, de foro compe. si diligenti. & c. significasti. Sed quum iurant corā suo prælato, etiam nō episcopo, habente tamen iurisdictionem in eos, satis intelliguntur de eius licētia facere. In contractibus sūt bene iurant clerici. extra, de iureiur. ex rescripto. & c. seq. arg. contra. xxij. q. v. c. fi.[b] ¶ † Sed pone, Iudæus litigat cum Christiano, 17 nunquid iurabit de calumnia super Euāgelia? Videtur q sic. C. de Iudæis. Iudæi. ad princ. xxij. q. v. monet te. arg. contra. ff. de iureiur. nō erit. §. penul. Nam cùm nō credant legem Euangelicam, vt xlv. distinc. qui syncera. ipsi dicent per tale iuramentū, quicquid voluerint. Vnde dico q si iudex viderit expedire, faciat eum secundùm legem suam iurare super decem præceptis Moysi: vt C. de Iudæis. si quæ. nam & aliàs dicitur, q eis est secundùm suam legem permissum circūcidere: vt ff. ad leg. Cornel. de sica. l. circuncidere. xxxv. distinc. ab exordio. & in præd. c. qui syncera. vel sic dicet: Iuras tu per Deum patrem omnipotentem sabaoth: vel per Deum, qui apparuit Moysi in rubo, vel per verum Adonai patrem, vel per Deum Eloin & huiusmodi. arg. in præ. c. monet te. ad finem. Respon. iuro. Vel sic: si tu culpabilis es & periurus, sis dispersus inter gentes, & moriaris in terra inimicorum tuorum. & sic te terra absorbeat sicut Dathan, & Abiron. Responde amen. vij. q. j. denique. extra, de elec. licet. vel sic: te lepra apprehendat sicut Naaman Syrum: vt j. q. j. qui studet. vel sic: fiat habitatio tua deserta, & c. argu. xxiij. distin. in nomine. prope fi. Vel sic: Veniāt super caput tuum omnia peccata tua, & parentū tuorum, omnes maledictiones, quę in lege Mosaica & prophetarum inscripta sunt, & semper tecum maneant. Respō. amen. Multa ex illis habes in Deuterono. ca. xxviij. & in Psal. Deus laudem. Vel sic: Det te Deus in maledictionem, & in exemplum cunctorum populo suo: vt ij. q. v. §. 18 hoc autem. ¶ † Sed ad cuius expensas mittetur iuramentum calumniæ ad principalem absentem, vt supra versi. quid ergo fiet? Respond.[c] si absens voluntariè per procuratorem litigat: tunc quia eius absentia causam impedit, ipse soluet expensas. Si autem ratione sexus vel dignitatis vel infirmitatis[d], & huiusmodi: tunc communiter fient sumptus.[e] Vtrum autē alius à principali persona possit iurare de veritate, vel etiam de credulitate, not. secundùm papam, extra, eo. c. fi.

SVMMARIVM.

1. Iuramentum de calumnia, importat dilationē non petere, gratia litis differendæ.
2. Reus post iuramentum actoris, qualiter, & sub qua forma iurare cogatur.
3. In duplicibus iudicijs, vterq; est actor & reus, & vterq; præstare debet iuramentum. Iudicia duplicia quæ sint, & quæ dicantur.
4. Iurans de veritate dicenda, si interrogetur de credulitate, an teneatur respondere.
5. Episcopus iurans de calumnia vel veritate, an debeat Euangelium tangere.
6. Forma, qua iudex computabit iuramentum, vbi causa est spiritualis vel ei annexa.
7. Forma iuramēti, quod præstatur in animā domini.
8. Iudæus sub qua forma iurabit in iudicio, si cum Christiano litigat.

Iuramentum de calumnia, qualiter, & sub qua forma sit præstandum.

NVNC Dicamus qualiter sit iorādum. Et quidem statim lite contestata iudex actori sic computabit iuramentum. ✠ FORMA. Tu iurabis q non calūniosè petis: sed quia credis & æstimas iustè petere. C. eo l. ij. in princ. versi. & actor. & auth. hoc sacramentum. Insti. de pœ. te. liti. §. item actoris. Item q respondebis veritatem super his, de quibus interrogaberis, & eam nō negabis: vt co. ōm. auth. in hoc. Item quòd non vteris scienter falsa probatione, siue in testibus, siue in instrumentis, siue in alia specie probationis, sed hoc potius de cōsuetudine quàm de iure fit. nam de iure debet sic dici: scilicet quòd nullam probationē exiges, nisi quam pro veritate credes necessariam: vt in auth. hoc sacramētum. Item q non corrupisti iudicem, neq; corrumpes vel tabellionē, nec dedisti, nec dabis, nec promisisti, nec promittes aliquid per te, vel per interpositam personā pro hac causa, vt sentētia feratur pro te, nisi illis personis, quibus iura dare permittūt, videlicet notario, aduocato & alijs. C. eo l. ij. & authē. principales. ¶ † Item quòd dilationem non petes, gratia litis differendæ. C. eo. l. ij. in princip. versicu. & reus. & l. iij. ibi: quòd non causa differendi, & c. sicut ego dixi, sic verum est. & sic seruabit. sic Deus te adiuuet, & hæc sancta dei Euangelia. sed consulo q hoc vltimum omittatur: alioquin raro aut nunq; partes periuriū euitabunt: qui sæpe post hoc iuramentum, dilationes frustratorias petunt.[f] Quidam autem sic dicūt: tu iuras te litem istam calumniandi animo nō mouisse: vt C. eo. l. ij. Nec mouere: vt ff. fami. erciscun. inter cohæredes. § si famil. erciscun. Nec moturum: vt in auth. de his, qui ingre. ad appella. coll. v. quæ est C. eod. authen. in isto.[g] ¶ † Computato igitur taliter iuramento actori, conuertat se iudex ad reum, & dicat, Tu iurabis quòd putas petitioni actoris iustè contradicere: vt Institu. de pœna te. li. in fine. responso primo, & generaliter iurabis ita verum esse, & te obseruaturum in defendendo, sicut ille iurauit in agendo, sic Deus te. & c. C. eod. l. ij. in principio. versi. reus autem. & ff. famil. erci. s. inter cohæredes. §. si familiæ. Præstito autem iuramento, iudex det actori terminum ad proponēdum: vt suprà, de dilationi. in fin. ¶ † Nota tamen quòd in duplicibus iudicijs, scilicet cōmuni diuidūdo, familiæ erciscundæ, finium regūdorum, vti possidetis & vtrobi, in quibus vterq; est actor & reus, vterq; præstat iuramentum actoris & rei: vt in pre. §. si familiæ erciscundæ. extra de probatio. ex literis. vbi de hoc. Sed quis tunc prior iurabit? De hoc habes ff. de iudic. his tribus. & lege seq.[h] Idem est etiā in mutuis petitionibus: quia tunc vterq; est actor & reus, & præstabit vterq; duplex iuramentum hoc modo: Iuro q vtor bona intentione, & bona exceptione. vel, iuro quòd iustè credo petere & defendere. Et ita secūdùm canones inuenitur duplex iudicium, scilicet causa conuentionis & reconuentionis, siue mutua petitio. quod concedo, quantū ad iuramentum de calumnia, sed non quantum ad testes. Nam in iudicio finium regundorum, testes à quacunque parte producantur, perhibent testimonium de facto actoris & rei: alias nō probarent limites vel fines communes. Hoc autem necesse non est, quòd testes super conuentione producti dicant super reconuentione: imò per se potest probari cōuentio, & per se reconuentio. Iacob. autem Bald. dixit in causa conuentionis & reconuentionis vnum tantùm præstari iuramentum. ¶ † Item dixit magister Gratianus q si is, qui iurat de veritate dicenda, interrogetur de credulitate, non tenetur respondere. Secus si iurauit de calūnia. extra, de testibus. c. de testibus. Innocen. dicit q iurans de calumnia debet respondere

[a] ¶ Ioan. de Deo. Isti dicūt vbi s. eum iurare de his quæ eū respiciūt, sicut s. §. ij. versi. sed nūquid hæres. in fin. Vnde cōmuniter tenetur principalem debere iurare: quod tenet Gui. in l. maritus. C. de procurat. quia licet lex eum agere permittat, procuratorem non facit. ff. iud. sol. l. iij. §. sed & si. & si principalis eēt minor, vide s. de coniunc. persona. versi. item quod is. & versicu. sequen.

ADDE, q Bart. idē tenet quod Specu. in l. ij. C. eo.

[b] ¶ C. fi. Solue vt ibi not. de his vide quæ satis scripsi co. titu. c. j. ad fi. super verbo, inconsulto.

✠ ADDITIO. ¶ Adde ad versic. seq. ibi: sed pone, Iudæus & c. do. Iaco. in rub. ff. de iust. & iure. col. fin. ver. vltimò facit. Et quid si Iudæus iurat in contractu an illum contractum obseruare teneatur, virtute iuramenti: cùm animæ Iudæorum non pertineant ad protectionem papæ vel ecclesiæ. vide Paul. de Castr. consil. xc. incipien. visa. col. fio. versic. sed Iudæorū. in ij. parte consiliorum. Henri. Ferran.

[c] ¶ Fiet? Respon. Secundùm Guid. de Suz. in l. ij. C. eo. ti.

[d] ¶ Infirmitatis Textus l. secūdæ. §. fin autem. in princ. C. eo. titu. ponit duo præcedētia: sed adhuc fortius vrget hoc tertium, cui iudex cōpati debet. xxiiij. quæst. iij. quæ dignior. in fi.

ADDE, q dicta Spec. sequitur Alexan. in l. ad personas. ff. de iureiurando.

[e] ¶ Fient sumptus. Arg. cōtra de iud. c. ij. in princ. lib. vj. ibi fauore prodocentis tantùm, hic communis. Expedit enim aduersario illius exigi iuramentum.

[f] ¶ Petunt vnde Simon Vicen. nō approbat hoc, sed excusat: quia sic habet cōsuetudo. hoc dicit in l. j. C. eo. tit.

[g] ¶ In isto. Turbantur aliqui, quos etiā sequitur Cyn. in l. ij. C. eo. in viij. q. q iuramentorum calumniæ præstatur de præterito. & verba mouisse, quod posuit lex prædicta, positū est s. exponūt. i. mouere & mouet co s. §. factæ. in l. in bello. ff. de cap. & postlimi. reuer. vbi patet, factum pro infecto haberi non posse. quod enim præteritum est, nequit non fuisse. sed Hostien. cōcordat Gul. in Summa, eo. tito. § antepe. l. fin. Nec video q impediat iurari de præterito, quod propriè respiciunt iuramēta compurgatorū & testium. Nil ergo impedit iurare quòd à principio sine calumnia mouit litem: sed hoc non sufficiat propter malam fidem superuenientē, quę iuramentum excludere intendit.

[h] ¶ Et l. seq. Vide in præd. c. ex literis. in glo. ij. dixit Rof. in titu. communi diuidundo. quòd ex natura actionis procedit vtrunq;, actorem & reum iurare. vterq; enim petit ab altero etiam prouocatus à prouocate portionem suam: item expensas & dāna per aliū data: sed ex ordine iudicij vel processus est semper dare actorē vel primò prouocantem, vel quem sors præiecit, vt ibi patet.

a ¶ Incipit, præsentium lib. vj.
b ¶ Alio iuramento. Scilicet de iudicio sisti, & iudicato soluendo.
c ¶ Et æstimas. Hanc additionem improbat Ægi. c. xliiij. in fi. & facit quod hic sequitur. & vide j. tit. proxi. §. vj. versi. item nota.
d ¶ Præsentium. libro. vj.

respõdere de veritate. extra, de re iu. cùm olim. §. j. in fine. vt no. extra, de test. ad hoc. aliàs incipit, præsentiũ.[a] ¶ † Itẽ no. φ cùm epũs iurat de calũnia vel (5) veritate nõ tãgit, sed inspicit Euãgelia. extra, de iur. cal. c. fi. xj. q. j. nec honor. tñ quõq; tãgit, j. cùm reuer tis ab hæreli, vel schismate: vt j. q. vij. quoties. & qñ absoluit ab excõmunicatione vel suspẽsione. extra, de sen. excõ. venerabili. Alb. Papi. dixit φ si causa sit sua propria, tũc iurat eps. Nec ob. l. C. de epis. & cle. cùm clericus. in fi. quia ibi loquitur de alio iuramẽto.[b] Si verò sit causa ecclesiæ, aut est spiritualis: & tũc non iurat. Aut ciuilis: & tunc iurat nõ per se, sed per procuratorẽ, arg. extra, eo. c. j. & c. pe. & v. q. iij. quia episcopus. ix. q. iij. cùm simus. ¶ Ego sto decre. extra, eodem. c. fi. vt indistinctè iuret secundùm præmissam formam. (6) ¶ † Cæterum si causa sit spiritualis, vel ei annexa, & iurari debet de veritate: tunc iudex sic computabit iuramentum.

FORMA. Tu iurabis ad sancta Dei Euãgelia dicere & respõdere veritatem, quam scis per te, vel intelligis per eos, in quorũ animas iuras: & dicere etiam quid credis & æstimas.[c] Tũc ipse dicat: Ego P. in causa, quæ vertit inter me & H. super hoc coram vobis dicam veritatẽ, quam sciuero per me, vel quã per meos fratres, in quorum animas iuro, intelligo, & quã etiam credo quoties & qñcunq; fuero per vos interrogatus: sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Hæc forma probatur extra, de testi. & in decre. noua, præsentium.[d] C. de iura. calum. l. ij. in prin. ¶ Quod autem dicitur s. quid credis, & quã etiam credo. hoc ad cautelam apponitur. nã nõ est de forma huius iuramẽti. Qui enim de veritate iurat, non debet de credulitate interrogari vel respondere: vt s. §. j. versic. quantum. (7) ¶ † Si verò iuramẽtum de veritate præstatur, in animam domini: vt lxiij. di. ibi. extra, de testi. ad hoc. aliàs incipit, præsentium. tunc fiet in hac forma:

FORMA. Ego iuro in animas conuentus, i. singulorum de cõuẽtu, quia cõuẽtus nõ habet animam: vt no. j. in tra. libel. de sen. excõ. ver. si secundùm do. meũ, siue in animã domini mei talis, φ dicã veritatẽ in tali causa, prout ab eo vel ab eis, vel a maiori parte eorũ didici: vt in præ. decre. ad hæc. vel ipse iurat p me, φ ipse p me veritatẽ rñdebit. extra, de præ. c. accedẽs. vel iuro in animã eius, φ ipse per (8) me veritatẽ, quã sciuerit, rñdebit. † De hoc in præ. c. tibi. sub qua Iudæus iurat. vide s. §. proxi. in fi. Et scias φ facta litis contestatione, & præstito iuramẽto, hoc totum scribi debet in actis, hoc modo:

FORMA. Die tali lis est cõtestata, & iuratũ de calũ. vel de veritate a tali. ex parte vna, & à tali ex altera, vel sup p̃misso libello. vel sine dicat: sup infrà scripto libello, cuius tenor talis est: Corã vobis & c. ponat de verbo ad verbũ tenor libelli. postea subiũgat: & talis dies fuit assignata ad rñdẽdũ actori.

SVMMARIVM.

1 Punitus quia non vult iurare in iudicio, an possit appellare.
2 Iurare renuens, an iuranti teneatur iniuriarum.
3 Reus vel actor, qui vouerunt nunquam iurare, an nõ obstante voto, teneantur iuramentum præstare.
4 Tutore vel curatore nolentibus iurare, an noceant pupillo, vt causam debeat perdere.
5 Partibus inter se pactum de non iurando facientibus, si per iudicem cogantur, & nolint, an perdant iura sua.
6 Reus & actor, quibus casibus possint cogi ad iurandum.
7 Emptor bonæ fidei si ex pòst facto sciat rem alienam, & nolit iurare, an possit agere de euictione.
8 Reus nolens in causa criminali iurare, an habebitur pro confesso.
9 Quæstio dicitur res fragilis & periculosa, quæ & veritatem fallit.
10 Iuranti de calumnia, an dabitur tempus ad deliberandum.

De pœna nolentis iurare de calumnia.

SVperest Videre de pœna nolentis iurare de calumnia, vel de veritate. Et quidẽ hæc est, vt actor ab instituta cadat actione per sentẽtiam:[e] reus verò cõdemnatione patiatur: quia pro cõfesso habetur: vt C. eo. l. ij. §. quod si actor. & §. si autẽ reus. extra, eo. c. fi.[f] in aut. vt liti. iurent. §. j.[g] ¶ † Sed nũquid taliter puniti, possunt appellare? Respon. sic. ff. de app. (1) creditor. §. iussus.[h] ¶ † Item nunquid, qui iurare renuit, tenebitur iuranti iniuriarum? Rñ. sic, secũdùm (2) Dy. & Io.[i] arg. contra: quia iuris executio, & c.[k] vt ff. de iniu. iniuriarum. §. is, qui. extra, de elec. cùm ecclesia Vulterana. ¶ † Quid si reus vel actor vouit, (3) vel iurauit nullum facere iuramẽtum? Dixit Bul.[l] quòd non obstante voto vel iuramento, tenetur iurare: & sibi imputet quòd iurauit: aliàs daretur ei facultas eludendi legibus. quod esse non debet. C. e. l. ij. §. sed quia veremur. & extra, de postu. bonæ. ij. prope finem: quia non fiũt ludibrio leges: vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. vbi autem. Et ad idem facit C. de fideiussor. l. fi.[m] xxij. q. iiij. §. illicitũ. & q. ij. beatus. extra, de terciur. venientes. ij. q. iiij. c. j. & ij. Quidam tamen dicunt[n] illi fore remittẽdum sacramẽtum, quia scriptum est. Vouete, & reddite, & c. extra, de voto magnæ.[o] ¶ † Quid si tutor vel curator (4) non vult iurare? Rñ. non nocet pupillo: nec ob hoc causam perdet. arg. ff. si quis ius dicen. non ob. l. j. §. ij. & C. de seruis fugi. quicunq;. xvj. q. vj. si episcopum.[p] ¶ † Quid si partes pepigerunt inter se non (5) iurare. & ideo ad præceptum iudicis nolunt iurare? Certè hoc casu partes non perdũt iura sua. Cùm enim ambæ nolint iurare, si perderent iura sua, hæc essent sibi contraria: quia si reus condemnaretur, actor non amitteret ius suum: vel econtrario, si actor amitteret actionem, nõ deberet reus condemnari. Vnde dicit Alber. Papi. quòd iudex dicit sic. & si vos non iuratis, ego vos non audiam: quia si ferrem sententiam nõ teneret vt C. de sent. & interlo. om. iudi. prolatam. ex quo iuramentum exactum est: vt in præ. §. sed quia veremur. & s. §. sequitur. versicu. & not. & sequen. ¶ † Sed quid in (6) his casibus, cùm actor vel reus nolunt iurare, nunquid compelletur reus iurare, si actor dicit se non esse contentum condemnatione: vel econtra, nunquid cogetur actor, si reus dicit se non esse contentum quòd actor perdat actionem? Potest dici quòd sic. argu. ff. de ven. inspi. l. j. §. ij. sicut cogitur quis respondere positionibus: vt j. tit. proxi. §. ix.

e ¶ Sentẽtiam. quam si iudex ferre non vult, vide ibi. statim remittam.
f ¶ f. extra, eo. ca. fin. De hoc ibi not. in vlti. gloss. & vide quod sup eo dixi.
g ¶ §. j. Certũ est φ præcipitur de iuramẽto calũniæ præstãdæ, locũ habere etiam coram arbitris. Textus enim est in l. ij. C. eo. ti. §. sed quia veremur. Pil. autẽ dicit vbi s. par. ij. ver. hic quæritur φ hæc pœna, eo casu non habet locũ vt hoc casu: sicut in multis alijs differũt cõpromissa & arbitria iudicis. Illos aliot causus vide s. de arbitro. §. differt.
h ¶ Iussus. Idem Accur. post Io. per eãdem legẽ, vt not. in lib. ij. §. quod si. C. e. ti. idem Pil. vbi s. parte ij. ad finẽ inducit eundẽ §. Hoc tamẽ intelligẽdum est quando habuit iustã causam recusandi, puta quia priuilegiatus erat de non iurando à iure vel à principe. De primo s. §. ij. ver. & nota secũdum. De secũdo ibi dixi, vel fortè pœnituit ante sentẽtiam, quod sibi licuit secũdùm Pil. qui duo allegat, scilicet φ plenitudinis humanitatis, nõ debet auferri. C. de app. si quis cau. ij. q. vj. Item si iudici daret optio, deberet hãc minorẽ eligere. ff. de act. & oblig. Arrianus. Ad contrarium φ recusando iurare, fateri videtur se iniustam litem fouere. Sibi tamẽ placet primũ dictũ. quod placet etiam Fran. Vercel. eo. ti. c. fi. & Gui. de Suz. super l. ij. C. eo. §. quod si saltem. secũdùm Iac. de Are. si non intererant aduersarij. argu. ff. de noxa. electio. de optio. leg. l. mancipiorum. Gul. allegat C. de his, quibus vt indig. l. alia. cum concor. ibi in vlti. gl. Hoc dico ne obstet l. antepe. ff. de verb. sig. quæ vult φ à pœna legis non appelletur. facit extra, de app. quia nos. vnde dixit Simon Vicen. illum appellare non posse: quia nõ solum a iudice, sed a lege damnatur. sed dic vt s. dixi. Nec obstat opi. quam Frã. attribuit Azo. Odof. s. φ talis nõ appellet quia contumax: quia illud falsum in contumace in non parendo, per prædi. §. iussus. super quo vide quod no. in cle. de do. & contu. si an. in prin. vlt. glo.

i ¶ Et Io. Allegant ff. qui satis. cog. si verò. §. j. Alex. contra in fi. l. secundæ C. eo. inducit legem quæ sequitur. Pro eo facit, quia certa pœna imponitur. & infra. vide versi. sed quid in his.
k ¶ Executio, & c. Non habet iniuriam.
l ¶ Dixit Bul. cuius dictum Cy. recitat, nec resistit.
m ¶ L. fi. Per hãc l. tenet Albe. Gal. hanc partẽ hoc ti. in fin.
n ¶ Tamen dicunt. Francis. dicit quòd hoc tenuit Old.
o ¶ Magnæ. Vide s. de citat. §. j. in fi. & s. de actore §. j. versi. sed qd si iuraterir. & ibi remissio.
p ¶ Si epm. Per hanc cõcor. quæ vult φ delictum personæ nõ noceat ecclesiæ: puto idẽ in prælato vel syndico ecclesiæ, qui recusat iurare. Vnde dixit Gui. de Suza. C. de sacro. ecc. l. iubem[us]. j. φ ille prælat[us] vel syndicus soluet de suo æstimationẽ litis. alle. C. de ser. fugi. l. quicũq;. & vn de vi. l. meminerint. Simõ Vicẽ. alle. in aut. vt liti. iurent. §. j. & formabat causam in omni legitimo administratore. subdebat Gul. φ si nõ habet vnde, nõ punietur ecclesia. sed ex hoc sequetur absurdum, φ in causis monasteriorũ agente abbate, non iurabitur de calũnia: sed eis agentibus cessat cõclusio absurditatis: quia iudex nõ plus procedit. facit quod hic sequitur versic. quid si partes. In reo igitur remanet absurditas, propter quã in alijs terminis procurator cõpellitur iurare. ff. de procurat. l. sed ex his. & l. sed & hoc §. præter. Subdebat igitur Gul. quòd cùm nollent hoc casu iurare & cõfiteri, fit idem C. de iura. calum. l. ij. §. quod si. & ecclesia succumberet, & per confessionem illius abbatis vel syndici. Facit quod not. in ipsa l. iubemus. & ff. de confes. certum. §. pe. sequitur quòd illo recusante iurare, succumbet. & dicit Gul. quòd hoc sibi placeret, quando lis esset calumniosa. ff. de admi. tuto. quod. §. sicut. multa exemplaria Gul. habeo, & in vno solo reperi hoc dictum.

ADDE, vt per Panor. in c. fin. extra, eo. tit. qui de hac additione mentionem facit, & aliter distinguit. Et quando delictum prælati noceat ecclesiæ, vide Pe. de Anch. consi. clvij. & quod cõfessio prælati habentis administrationem cum conuentu vel capitulo non præiudicat ecclesiæ, tenet Rn. consi. cclxxxix. de quo vide etiam Ang. consi. ccxiiij.

a ¶Prædictas pœnas.concor.Franc. Vercel.eo.ti.c.j.in vlti.q.

b ¶Sed nec.Puto quòd debet dicere & ponderata lege.quam allegant ex verbis Accus.in l.ij.eo.ti.in prin.in glo.caue tibi.

c ¶§.j.Huic cōsentit Pe.de Bel.vt ponit Cy.l.ij.C.e.ti.in ix.q.allegat ēt.ff.mā.l.Quint⁹.& de admi.tu.quot.§.denique.Idē Alb.Gal.hoc ti.ver.pe.Simō Vicē.dixit idē sub dubio forte.

& veri⁹ puto sufficere p̄dictas pœnas.[a] ¶†Quid si emptor bonæ fidei,sciēs ex pōst facto rē alienā,nolit iurare:nūquid potes agere de euictione?R̄ ij.sic, si ipse pepercit suo pudori.ar.ff.de ꝓcu.quæ oīa.§.j.ff.mād.Quint⁹ Mutius.& maxime si erat notoriū,vt sequiē.Alij cōtra:qa vr̄ in culpa.ff.de euic.si ideo.ff.de fideiuſ.l.fi.sed nec[b] poterit iurare, licet sciat rē alienā ad hoc vt cōseruet stipulationē de euictiōe.ar.ff.de neg.ge.at q.§.cùm secūdum.Vber. Alb.Pap.dicit q̄ si publicū sit & notoriū,q̄ res sit eius,q petit,tūc nō cogiē iurare,& ageē de euictione.arg.extra,de accu.euidētia.ij.q.j.manifesta.ff.de ac.emp.l.emptorē.§.j.[c] licet possit iurare q̄ gratia sui iuris cōseruādi, nō aīo calūniādi venit ad iudiciū.ar.ff.de inin.si qs.& ff.de bo.lib.si qs de libertate.& in præ.§.cùm me.& ita debet iurare.Alij dicūt q̄ denūciet vēditori,si putet se muniū aliqua exceptione vel nō.ff.de euic.l.sdenq.§.pe.& hoc veri⁹ vr̄.[d] ¶†Itē cū in criminali cā de calūnia iureē,vt in §.re⁹.nūquid reus pro cōfesso habebiē,si nolit iurare?Videē q̄ nō.ff.de q̄onib⁹.l.j.§.diuus.sed ibi loquiē,qñ qs cōfiteē per q̄ones seu per tormēta.†Quia q̄o res fragilis est,& periculosa,& q̄ veritatē fallit:vt in ea.l.§.quæstio.Vnde dico q̄ si nolit iurare,habebiē ꝓ cōfesso.ff.de cust.& exhi.reo.si cōfessus.secūdùm Vber.de Bo.¶†Sed nūqd dabiē tp̄s ad deliberādū,iurāti de calūnia?[e] Ri.hic,secūdùm H.ff.de inter.ac.q interrogat⁹.ff.de iureiur.iusiurādū & ad pecunias.Alij dicut cōtra, cùm nō respōdeat tūc nisi de credulitate.secus in iuramēto de veritate,vbi de sciētia r̄ndet.quod dic vt ſ.not.extra,de iura.calū.c.pe.& C.eo.l.ij §.q̄ si actor in gl.per hoc apparet.& j.tit.proxi.§.vj.ver.itē not.q̄ in iuramēto.ergo de calūnia nō cōcedeē dilatio, quia statim pōt absq; nota periurij r̄ndere, credo, vel nō credo.¶Et nihilòminus si proponaē q̄ hodie habet aliā cōsciētiā,per ea quæ postmodū audiuit,cogeē iterū r̄ndere.arg.ff.de dā.infec.qui bona.§.si quis stipulatus.& ff.fami.er.inter cohæredes.§.si fami.erci.secūdùm do.meum,vt no.extra, de proba.quoniam cōtra.super verbo , interrogationes.secus in positionibus: vt in præ.versi.itē not.[f]

De positionibus. Rubrica.

QVoniam Post iuramentū de calūnia vel de veritate p̄stitū,probationes vtriusq; partis sunt recipiēdæ : ideo positiones iuētæ sunt,vt p eas partes releuētur ab onere probationū,vt j.diceē:idcirco p̄stito iuramēto de calūnia,statim debet dari terminus ad faciēdū positiōes,secūdū doctrinā traditā ſ.de dila.ī fi.& iō de positionib⁹ ad cōem vtilitatē aliqua disseramus dicētes,[g] ¶Primò qd sit positio,& vñ

d ¶Videtur. Refert 7 Fran.eo.tit.c.j. hoc placuisse Lothario, Iacob.Bald.& Conrado.

e ¶De calum. Circa hoc aduertēdū est q̄ duobus modis formatur hæc quæstio.Vno an detur tempus deliberādi super iuramento præstando: & sic quærebat Pi.vbi ſ. & patet q̄ sic.alle.princ.§.quod si actor.de le.ij.C.e.ti. ibi: & hoc legitimè fuerit approbatū.Idē Acc.in glo.per hoc apparet j.allegata.allegat §.qd̄ 9 obseruari.e.l.& idē tenet Fran.Vercel.eo.ti.c.j.in q.pe.al- 10 le.l.iusiurādū & ad pecunias.in prin.j. allegatas.& ne subeat anceps periuriū.ff.de in lit.iur.l.videamus.Alex.in fi.l.ij.tenet idē sub dubio forte.sed hoc improbat Cy.post prin.l.ij.C.eo.in v.q.ideo quia iste habuit tēpus ad deliberādū,ante cōtestationē litis.Sicut ergo deliberatus est in illa,ita & in iuramēto eadē ratione nō datur deliberationis tēpus actori,qui deliberatus debuit venire ad iudiciū.C.de dila.si qn.& hoc placet.Alius intellectus est,q̄ præstito iuramēto,petiē tēpus ad deliberādū super respōsione fiēda per illud.& de hoc no.hic,& in decr.pe.extra,eo.ti.& in præ.l.ij.§.quod obseruari.& in hoc veritas consistit quòd regulariter dilatio hæc non dabitur.Posset casus existere tam perplexus & dubius,quod daretur.& not.in præ.decre.pe.

f ¶Item no.& est simile quod no.de confes.c.ij.lib.vj.in fi.pe.glo.& dicā j.titu.proxi.§.ix.super versi.item illud nota.

Bald.de iuramento calumniæ. Rubrica.

Ante litē cōte.si seorsum à lite cōtestata nō p̄staē iuramētū calūnię nec iudex pōt ipm cogere nisi in summarijs, & ī his q̄ añ litis cōtes.expediuē.§.j.ver.sed pone.G.¶Multiplex est iuramētū,s.de veritate.ff.de iciu.l.j.p la.decisum tñ hoc nūq̄ est,nisi agaē inter partes.q̄ si decisiuū de malitia,de calūnia est & aliud de veritate,qd̄ p̄staē in spiritualib⁹ causis,ad litis ordinationē,nō ad litis decisionē.ver.vñ ad hui⁹.G.¶Suspectus est de malitia,q post terminū perēptoriū,ꝓponit dilatoriā:iō iurat.G.¶Iuramētū calū.nō extēdiē ad iuramētū de veritate,nec ecōtra.versi.fi.G.¶Nō iurat de calū.q impetrat à principe, suū priuilegiū declarari,vel petit dispēsationē,vel aliud simile,q̄ iuueē gratia vel iure scripto.ver.qd.sub §.sequiē.G.In cā em̄ facti,iuraē de calū.nō in cā iuris secūdū Ric.¶In cā appellatiōis iuraē denuo de calū.nō qa ibi mutaē actio vel cā,sed qa sequiriē nou⁹ ordo iudiciorū,& iuramētū calū.poti⁹ respicit ordinē, q̄ factū.ver.qd de cā.¶Vbi iudex ꝓcedit motu ꝓprio,ex officio nō iuraē de cal.ver.qd si cā,G.qa extra ordinē ꝓcedit,nec ꝓpriè sunt partes.G.Si re⁹ cōfiteē libellū,quo ad originē petitiōis,tñ negat quo ad effectū cōclusionis:qa opponit exceptionē.debet tñ actor iurare de calū.qa cām ꝓbationis desyderat.ver.pone q̄.G.¶Ille,q negat se possidere,nō cogiē iurare: quia nec iudiciū patiē.ver.qd ergo.G.¶Abbas nō pōt dici principalis psona ī cā suæ ecclesiæ nisi teibficeē.§.restat.ver.q̄ si aliqd.G.¶Etiā postq̄ ꝓcur.negauit positiōes,dñs est interrogād⁹ sup eis,si dicaē meli⁹ nouisse factū.e.ver.ibi tñ.qd̄ est no.vide ſ.de ꝓcu.§.si ꝓcur.r̄ndit.& l.mali.ff.de ꝓcu.G.¶Iuramētū calū.nō pōt sp̄aliter cōmitti,nisi q̄ causæ prosecutio cōmittaē.ver.qd si p̄latus.G.¶Si iudex Perusin⁹ scribit Fulginati, q̄ recipiat testes vel iuramētū in cā principaliter mota corā iudice Perusino Fulgin⁹ nō recipit authoritate cōmissionis vel remissiōis,sed sua ꝓpria.ver.talis iudex.G.Vide ſ.de teste.§.si cā est.¶Procurator ad extraiudicialia cōstitutus,vt ad petēdū absolutionē ab excōmunicatione , pōt iurare sine specifico mādato,qa iuramētū est de forma rei mādatæ:& qa in extraordinarijs,&c.vt l.q bona.§.q alieno.ff.de dā.infe.& ita fuit iudicatū in cā rogia,cui etiā honestū erat remitti iuramētū.G.¶Cuius expēsis mittatur ad absentē.ver.sed ad cui⁹.G.l.hocaūt.ff.ex q.cau.maio.p Accur.& e.ti.l.a pretos.§.defendit.p gl.B.¶Cā cōuētiōis pōt seorsum ꝓbari à cā recōuētiōis:sed nō à cā cōtionis.§.nūc dicēdū.ver.sed qs.G.¶A pœna inflicta ex cōtumacia p̄ntis appellaē:sec⁹ ī cōtumacia absentis.§.fi.ver.sed nūq d.G.¶An in notorio iureē de calū.§.cū me absente.q̄ nō: qa exigiē ꝓbatio.ver.si emptor.G.Etiā in criminali cōtumax in iurādo de calū.habeē ꝓ cōfesso.ver.itē cū ī criminali.G.¶An iuramentū calūnię habeaē loco probationis , vbi probatio fit p iuramētū, no.ff.ad exhi.l.thesaur⁹.qd̄ sic.& no.in auē.de exhi.re.§.si verò.Vide oīno ſ.de primo & secūdo decr.§.quod iuramētum.& j.eod.§.si per statutum.¶Si p statutū,probaē accusatio p iuramētū,reus debet cōdēnari:sed tñ poterit agere de periurio ad īteresse.ff.mād.l.fideiussor.§.in omnibus.& ibi per Ric.& Cy.vide j.§.pone.¶Pone q̄ ex forma statuti p iuramētū ꝓbeē dānū,qd si accusatur forēsis, & negat iurisdictionē:an ꝓbabiē iurisdictio?Dicit Io.An.q̄ nō,in c.j.de fo.cōpe.li.vj.in no.¶Iuramētū nō præsumiē solēne: qa est qualitas extrinseca: vt no.in c.vt circa.de elec.li.vj.vide ſ.ti.j.§.notarius.¶An vbi iuramētū deferē à iure,sine ministerio iudicis,admittaē probatio in cōtrariū, not.in c.statutū.de rescrip.lib.vj.in nouel.¶Iudex ex officio poteſt etiam post cōclusionē in causa,exigere iuramētū de calūnia,sicut iuramētū veritatis:vt no.in c.j.de iura.calū.li.vj.in nouel.¶In termino iuris mitius agitur,q̄ eū termino hominis,i.iudicis:vt no.in c.j.de elec.per Archi.& eo.ti.q̄uis.lib.vj.in nouel.¶Iudex,qui taxat rarò,vel parum minuit de eo quod iuratur:vt not.Instit.de suspec.tuto.§.consequens.in glo.ordinaria.Bald.

De positionibus. Rubrica.

¶Pileus nō formabit rubricā istā.Sed ad materiā facit parte ij.vbi de interrogationib⁹ & cōfessionib⁹ post litē cōtest.¶Tā.parte iij.sub rubrica de interrogationib⁹ faciēdis in iure.¶De Rof dicā in tex.qa nō posuit in libel.sed ibi principaliter de tēsionib⁹.¶Vber.de Bo.aliqd in chart.viij.vbi quidā habēt rubricā de positionib⁹.sed plenius charta vlt.post tractatū ſ.proxi.¶Ioā.de Deo illā prosequiē cam.lib.v.rub.de positionibus.& rubricā de hoc posuit lib.iudicum,parte secūda.¶Bonagui.in tota quarta parte sui operis de positionibus & interrogationib⁹ tractat.¶Ægi.rub.xlvj.& duabus seq.& demū vidēs se in illis nimis fuisse breuiloquū, materiā plenius prosequiē,eam diuidēs in sex mēbra,rub.cxxij.& quinq; sequētibus,vbi in fi.cxxvj.tractatū extollit.¶Alber.Gal.posuit rubricā de hoc.¶Gui.de Suza.ponit duas rub.prima sub officio aduocati actoris de ipsis positionibus.secunda sub officio aduocati rei de positionibus sup et exceptionibus.adde quod dicam super nigro.in princip.

g ¶Dicētes.Rof.specialē tractatū facit de his extra libellos,q incipit,Quoniā frequēs & quotidian⁹ est vsus positionū &c.subdēs q̄ quia talis erat, ideo pleni⁹ de illo tractādū.ff.de lib.le.l.legaui.in prin.& de vsufr.l.iusto errore.ī prin.facit aūt octo mēbra,quorū sex ponit author sub trib⁹ primis.septimū est sub quarto,octauū sub septimo. & de his patebit in ꝓcessu.Est aūt sciēdū q̄ Iā.vbi ſ.q̄rebat de quoq;.Quis faciet interrogationes.Quis illas format,& qualiter.Itē qualiter illis r̄ndeaē.& de q̄bus reb⁹ fiāt.Itē sciēdū q̄ vltra practicos authores,de q̄bus sup rub.dixi,tractarūt multi hāc materiā:de qua etiā ego scripsi lib.vj.de cōfes.c.j.& ij.in glossis & super glossas,vt j.remittā.Odo.dicitur fecisse tractatū , q incipit,de positionibus, q̄ in iudicio fiūt:& de quo j.dicā.primus & secūdus etiā denoīatus in proœmio de his prosequiē quisq; in suo v.mēbro.Iac.de Are.fecit etiā tractatū de positionib⁹.& Ia.de Ra.& Per.& de his trib⁹ plenè tractat Cy.in l.ij.C.de iur.cal.in §.qd̄ obseruari.in fi.& vltra mēbra,de q̄bus ſ.ibi no.quædam alia mēbra scilicet. Quo iure sunt introductæ positiones.Quo iure fiant.Vnde dicatur positio.Quo tēpore fiant.Et vsq; ad quod tempus fieri possunt.Vbi fiant.Per quas personas.Et cui fiant.An eidem positioni sit bis respondendum.Et an de facto alieno fieri possunt.Hæc ibi videas:& de aliquibus infra tangam.

origi.em

originē traxit. Secūdò, quare fiāt positiones, & de ipsarū effectu.[a] Tertiò, in quo differāt ab interrogationibus: & quis debet positiones vel interrogationes facere, vel formare. Quartò, qū sunt faciendæ. Quintò, qualiter sunt faciēdæ. Sextò, de respōsionibus, ad eas. Septimò, quibus modis positiones impugnentur & reprobētur, & de cautelis circa eas. Octauò, de effectu positionum. Nonò, de pœna non respondentis, vel falsa respondentis. Decimò, de quibusdam dubijs.

SVMMARIVM.

1 Positio quid sit, & vnde traxit originem.

De positionibus.

PRimo Ergo nobis dicēdum occurrit, †quid sit positio, & vnde originē traxerit. Et quidē secūdum Ross. positio est dictū, loco interrogationis positū: nā qđ olim sub forma interrogationis ponebaṫ, hodie de plano poniṫ. verbi gratia: Si volebā te cōuenire nomine hęreditario, dicebā sic: Domine, interrogetis T. an ipse sit hęres talis, & ex qua parte sit hæres: vt s. de interro. ante lit. cōte. faciēdis. hodie verò sic diciṫ: Pono T. esse hęredē talis. Itē pono ipsum ex asse esse hęredē: arg. extra, de li. cōte. c. vnico. Sed cū hodie etiā fiāt interrogatiōes, vt extra, de fid. instr. cūm Io. prope finē. & etiā sup positionibus, iudex interroget: vt j. dicā. §. v. ideo videṫ meli⁹ sic posse describi: Positio est breuis verborū formula, mētē ponētis cōtinet ad veritatē eliciēdam cōcepta: vt j. § proxi.[b] ¶ Traxit autē originē & causam, hoc verbū positio[c], nō solum ex vsu hominū diu in causis inolito,[d] verumetiā ex lege antiqua: vt patet ff. de lega. iij. Officius. §. ex diuerso. ibi: pone, inquit, in credito, &c.[e] & etiā a iure nouo: vt extra, de cōfes. statuimus.[f] & de lit. cōte. c. vnico. ibi: cūm nō p positiones &c. & de elec. dudū. ij. ibi: cū nō p positiones, &c. & de testib⁹. ad hęc. aliàs incipit, p̄sentiū.[g]

SVMMARIVM.

1 Positiones quare fiāt, & quis sit ipsarū effectus.
2 Onus probādi per testes, graue est: & commodius est aduersarium ad onera petitoris compellere.
3 Cōfessiones facilius fiunt, q̄ testiū productiones: nec sunt testes necessarij, postq̄ quis cōfessus est.

SEcundo Vidēdū est †quare fiāt positiones. Et quidē, vt ponēs releueṫ ab onere pbationis, p cōfessionē aduersarij:[h] vt extra, de cōfes. statuim⁹.[i] & ff. de iureiu. eu q. rñ. j. nā & ad hoc fiebāt olim interrogatiōes: vt ff. de inter. ac. l. ij. & iij. & vt veritas eliceret ex ore litigātis: extra, de iur. cal. cæterū. & extra, de psum. nōne. Positiōes enī, loco probationū succedūt: vt j. §. pxi. diceṫ. nā & in sacramēto calūniæ cōtineṫ, ne qs exigat pbationē ab aduersario, quā nō putat necessariā: vt s. de iu. calū. §. nūc dicamus. ¶ †Et graue est onus probādi per testes, & cōmodiur est, aduersariū ad onera petitoris cōpellere. ff. de rei vē. is qui destinauit. †& facilius fiūt cōfessiones, quam testiū productiones.[k] extra de testi. cūm olim. & de testi. co. cūm super. & postq̄ quis cōfessus est, nō sunt testes necessarij. extra, de trāsac. c. pterea. pro cōuicto habeṫ. extra, de cōfes. c. ij. C. e. l. vnica. & per cōfessionē, res fit notoria. extra, de cohab. cler. & mulier. c. fi. de verb. sig. cūm olim. & præmissæ rationes probāt,[l] quod prius debet poni, quam ad genus alterius probationis veniri.[m]

SVMMARIVM.

1 Iudex, q de causa cognoscit, debet interrogare.
2 Iudex debet rei qualitatē plena inquisitiōe discutere.
3 Positiones, dicuntur loco probationum succedere.
4 Positiones facere non potest aduocatus, quia factum incipiunt.
5 Aduocatus, dicitur testis iuris.
6 Aduocatus, an possit ponere & respondere.
Alius pro alio, non debet interrogari.
7 Pars non debet vti consilio aduocati, qui factum ignorat, in responsione facti.
8 Assessor an possit interrogare.
9 Notarius, seu alter, cui iudex commiserit, potest interrogare.
10 Consuetudo est optima legum interpres, & ideo ipsa formabit positiones seu interrogationes.
11 Aduocatus debet id, quod ius tangit, expedire.

Positiones in quibus differant ab interrogationibus.

TErtio Dicamus in quo positiones differāt ab interrogationibus, & quis positiones vel interrogatiōes facit, vel formare debet. Et qđē differūt nō essentia, sed forma. Nā q hic simpliciter & assertiuè, ibi poniṫ interrogatiuè.[n] Vel dic q interrogationes specialiter fiunt ante litis cōtestationē. ff. de rei vē. q petitono. & qñq a iudice, qñq a parte. ff. de inter ac. si sine. §. interrogationes. quāuis gñaliter fieri possint qñq. ff de inter. ac. vbicunq. etiā qñ partes ponere nō possunt: vt extra, de fi. instr. cum Ioānes. prope fi. Positiones autē ppriè fiūt post litē cōtes. & post iuiurādū a parte: quis & qñq possint fieri ante: vt j. §. proxi. in prin. & ver. regulariter. ¶ †Et not. q iudex, qui de causa cognoscit, debet interrogare. ff. de inter. act. voluit prætor. & l. de ætate §. qui tacuit. & §. qui interrogatus. sed licet possit interrogare. vsus tñ hodie nō patitur,[o] q possit ponere: imò ponit pars. Nā sicut iudex non debet probare quæ sunt in causa, sed pars: ita nec ipse debet ponere, sed pars. Positiones enim loco probationū succedūt: vt in aut. de his, q ingre. ad ap. §. fi. ideoq; ei⁹ imitari debēt naturā: vt extra, de bap. maiores. vbi diciṫ q qa baptism⁹ circūcisioni successit, debet ei⁹ imitari naturā quo ad paruulos & adultos. Et ad idē. C. de rei vx. ac. l. vnica. Qđ sūt pars debeat ponere, & sibi ponēti altera rñdere: hṫ extra, de testi.

a ¶ Effectu. Per errorem videtur hoc hic positum, quod infrà ponitur pro octauo membro, posset hic sumi effectus pro causa.

b ¶ §. proxi. Quinq; alias diffinitiones, s. Vinc. Io. Mo. Ia. de Are. Ia. de Ra. & Arch. vide super j. glo. in prin. de confes. c. j. lib. vj. vbi etiam dixi, quare dicatur positio, & quomodo super eas ponitur. Cy. autē vbi s. diffinitionē Ia. de Ra. exponēdo prosequitur. ADDE aliā diffinitionē Barto. in §. quod obseruari. de iura. calum. ADDE ad materiam istam positionū, vidēdum esse Lanfr. in repe. c. quoniam cōtra. §. respōsiones. extra, de proba.

c ¶ Positio. Vide q inhoneste reprehēdit Cy. vt s. Canonistas dicens quòd dicūt positiones inductas de iure ciuili, hoc esse falsum: quia hic & in decr. prima. de confes. si quæritur quo iure inductæ sunt positiones, sed vnde sumi potuit hoc verbum positio. fateor ergo cū ipso q iure ciuili, si sunt inductæ, & si inductæ dicerētur potius id esse ex §. fi. in auṫ. de his qui ingre. ad app. non tamē putat q ibi id senserit Imperator. Dicamus ergo de. statim alleg. & ab vsu inductę sunt: postea per iur canonicum approbatæ, dilatatæ etiam ad forū ciuile de facto. ADDE, hæc vltima verba dicit etiam Bart. in d. §. quod obseruari.

d ¶ Inolito. Vs in cle mē. de verb. sig. sæpe. versi. & quia.

e ¶ Credito. &c. Rof fre. posuit plus de textu, qui talis est: Imperator interrogauit partem legatarij quærendi causa: pone, &c.

f ¶ Statuimus. li. vj.

g ¶ Incipit, præsentium. lib. vj.

h ¶ Aduersarij. Quomodo confitebitur positionem, qui negauit petitionē, notatur in præ. versi. & quia in glo. ij.

i ¶ Statuimus. lib. vj.

k ¶ Productiones. Propter laborem expensarum, & quia vix inueniūtur idonei. Ægid.

l ¶ Probant. id est approbant, & commēdant, & præcipuè quo ad certum articulum. de hoc j. §. quarto.

m ¶ Probationis venire. Hic satis cadit quærere illa duo mēbra, s. vbi fiant, & quo iure fiant positiones vel respōsiones? De primo dicit Pi. parte j. rub. pe. loquens de interrogationibus ante lit. cōte. de quibus data fuit remissio s. de interro. §. j. in fi. q faciēdæ sunt in loco iudiciali. & verbū in iure, quod est in l. j. §. interrogatorijs. intelligit, id est, in loco, in quo ius redditur, & nō in iure, & in iudicio tam instituto imo si reperitur q fiant in iudicio, dicit intelligēdum, id est, ante iudiciū, vel apud iudicē. vel accipitur largè, i. dū quis cōuenitur, licet lis cōtestata nō sit. Nec putes q ipse Pileus intēdat cōtestationē litis interrogationes per iudicē fieri nō posse. eius cōtrariū est verū, de quo j. §. iiij. circa mediū. licet intēdat ad illas nō esse necessariā cōtestationē. Iac. autē de Are. de positionibus tractās in sua distinctione, ad quā remisi s. §. j. ponit illud verbū in iure, quod intelligit ppriè, in loco, vbi ius redditur: cum positiones fieri habeāt causa cognita, & ad litis decisionē. Super quo vide quod no. ff. de inter. act. l. uij. quę incipit, voluit. in vlt. gl. Et de hoc Cyn. vbi s. in ix. q. Est etiā sciēdum q in l. vna. C. de confes. in iij. q. materiā hanc repetens, an s. requiraṫ cōfessiones fieri apud iudicē pro tribunali sedente, an valeant etiā factæ apud itinerantem, vel stantem in lecto vel balneo? Ponit duas distinctiōes, ad quas præmittam distinctionē Accur. in illa vlt. glo. ad quam remisi. vbi Accur. distinguit inter ea, quæ requirunt plenam cognitionem, in quibus requiritur tribunal: & semiplenam, in quibus nō requiritur. Alia distinctio quā Cy. attribuit Ros. est inter cōtestationes, quæ petuntur ad decisionem causæ, & in his requiritur tribunal, sicut in sententijs. ff. de iusti. & iur. l. pe. facit C. de dila. a procedēte. & illas, quæ fiunt ad præparationē litis, in quib⁹ procedit l. voluit. Tertiò distinguit inter contētiosam & volūtariam iurisdictionē. Pro hac facit ff. de ms. vin. nō est omnino & de offi. procon. l. ij. Sed huic obstat præ. l. voluit. in fin. quæ de cōtētiosa loquitur: & tamē itinerando recipitur: propter quod secūda distinctio reassumitur in hac tertia, vt in contētiosa iurisdictione distinguatur, vt ibi satis placet dictū glo. & duæ distinctiones sequentes, vt veniant ad illam expositiuè. De secūda dicit Bonagui. vbi s. rub. pe. versi. ita quæritur quo iure fiunt, hoc iudicis of. alle. ff. de interro. act. l. j. & in auṫ. de his, qui ingre. ad ap. §. fi. & quod not. Azo in Summa Insti. de offi. iud. §. item in interrogationibus. & quia ter ista nō requirit plenā inquisitionem. ff. de inter. act. l. voluit. §. quod ait. & l. si defensor. § illud. Idem Acc. in l. j. eod. tit. in glo. sed quomodo. & C. de confes. l. vna. in fi. mag. glo. & ff. eo. tit certum. in prin. & no. extra, de offi. iudi. c. ij. in j. glo. & vide Idem per Cyn. vbi s. in iij. quæstione.

n ¶ Interrogatiuè. Secundùm Rof. Cy. vbi s. in quæstione dicit q differunt vt genus & species in vtroq enim fit interrogatio, sed non in vtroq positio. & sic ista species, illa genus.

o ¶ Non patitur. Secundùm Rof. in iiij. membro.

ad hæc aliàs incipit, præsentium. circa princi.[a] ibi: vt tã ponẽdo, &c. & §.j. ibi: admuncẽ respõderi &c. Dicit tamen Roff.[b] sustineri posse, q iudex ponere possit: cùm & interrogare sibi liceat. ¶ † Ipse enim debet rei qualitatem, plena inquisitione discutere. xxx. q. vlti. iudicantem. C. eo. de iud. iudices. arg. ff. de his, quæ i te. delẽ. proxime. ff. de lega. ij. Ostidi⁹. §. ex diuerso. & extra de fide instru. cùm Ioannes. prope finẽ. Sed certè vtrũq; fieri potest, & debet. Nam facta positione à parte, vt suprà, iudex per sacramentum interrogare debet ponentem: si credit verum esse quod ponitur. & aduersarium, si credit quod ponitur: vt j. §. v. versi. oblatis. & j. dicã Item etiã absq; positione partis, potest interrogare reum super contentis in libello: vt s. de teste. §. nunc videndum. ¶ † Fiunt quoq; positiones ab vtraq; parte, hinc & inde: vt extra de dolo & contu. proot & de litis contesta. c. vnico. extra de elect. dudũ. ij. circa medium. Nam succedunt loco probationum: vt s. & reus quãdoque oneratur probatione, puta in exceptionibus, in quibus fit actor. ff. de exce. l. j. & l. in exceptionibus. ¶ † Sed patronus aduersarij, potest interrogare vel ponere, cui forsan[c] tenetur aduersarius respondere: vt ff. ad l. Iul. de adulte. si postulauerit. §. quæstioni. Propriè tamẽ loquendo, aduocatus non potest ponere: cum positiones factum inspiciant: vt C. de arbi. l. pen. in fin. quod debet à partibus proponi: vt extra de iudi. pastoralis. sed † aduocatus testis est iuris: vt. C. de postu. quisquis. Est & alia ratio. nam positiones fiunt per iuramentum, vt infra dicetur, & probatur extra de teste. ad hoc. circa princ. alias incipit præsentium[d]. Aduocati verò hodie nõ iurãt, licet hoc iure caueatur: vt C. de iud. rem nõ nouã. & in cõstit. Greg. x. extra de postu. c. properandũ.[e] Si igitur positio profertur per aduocatum, non dicitur propriè ipse ponere: imò est partis positio per aduocatum prolata: ex quo parte præsente ponit vel iterrogat, perinde est, ac si pars id faceret: vt C. de erro. aduoca. l. j. Consulo tamen quòd priusquam tali positioni vel interrogationi respondeatur, vt interrogetur clientulus aduocati ponẽtis vel interrogantis vtrũ ipse sciat vel credat, vel ponat, seu ratum habeat quod ponitur seu interrogatur per eius aduocatũ. arg. extra de censi. olim. & de app. cũ causam. s. de aduo. §. iam nunc. ver. ex premissis. quia de cõscientia paros, iuramentum super facto requiritur: vt C. de iuramen. cal. authentica, principales. extra eo. in pertractãdis. non de conscientia aduocati, non iurati, vt dixi. ¶ † Sed videtur quòd aduocatus ponet, & respodebit: vt in præd. §. quæstioni. & ff. de procu. non solũ. respon. j. Sed dic contra. nam alius pro alio non est interrogandus. ff. de inter. act. si sine. §. j. & §. seq. aliàs incipit, si defensor. & l. qui seruum. §. fi. & l. volunt. ij. q. v. interrogatum. extra de adult. significasti. C. de iur. calum. auth. principales. nisi sit procurator: vt infrà §. vj. in fin. Reus ergo excluso aduocato, quem nõ debet in hoc cõsulere, respondebit ad eas, qui certus debet esse de facto suo. extra de rescri. ab excõicato. C. de rescin. vend. quisqs. vt s. de interrog. in fin. ti. ¶ † Non enim debet pars vo consilio aduocati, qui factum ignorat in responsione facti. de pœ. di. vj. c. j. ver. ideoq; nõ petat. & seq. & c. fi. nisi sit multũ simplex: vt infra §. vij. ver. xvij. ne ei⁹ cõsilio, facile icidat i periuriũ, negãdo forte verũ. vel cõfitendo falsum: vt C. de ind. vidui. l. ij. et dixi suprà de aduoc. §. vtriusq;. ver. sed nunquid. imò aduocat⁹ arceatur à cõspectu respõdẽtis, ne verbo aut nutu quolibet, immutare faciat veritatẽ: prope tamẽ sit. C. de autho. præs. clarum. & vij. q. j. illud. ibi habeat. vicini solaminis adiutorẽ &c. vt posãt reũ defendere, si iudex vel aduocatus actoris, eum velit cauillosis positionibus decipere. C. de aduo. diuer. iudi. aduocati. & ff. de offi. proconsul. nec quicquam. §. aduocato. & in præ. versi. xvij. Et nota q aduocatus docens clientulum falso respondere, tenetur alteri partia ad restitutionem vt j. § nono. ver. itẽ nota. ¶ † Item & assessor põt interrogare: qm participat interrogatioibus. vt ff. de offi. assess. l. j. ¶ Item pars interrogat, vt s. & j §. vj. ver. hoc autẽ. ¶ † Itẽ notarius, seu alter, cui iudex hoc cõmisit: secũdum T.[f] argu. extra, de offi. dele. super quæstionũ. Sed an talia, & per quos cõmitti possint, no. s. de iud. dele. §. iam nunc. ¶ † Sed quis formabit positiones seu interrogationes? Rñdeo,[g] cõsuetudo, quæ est optima legũ interpres: vt extra, de cõsue. cum dilect⁹. tenet vt aduocat⁹ vel alius eius cõsilio, eas, & etiã libellũ causæ formet, seu dictet. nã ius tãgũt, & ineptè formari possent: vt extra, de iud. examinata. xj. q. j. sacerdotib⁹ ¶ † Et breuiter quicquid ius tangit, expediet aduocatus. C. de aduo. diuer. iud. aduocati. Eas verò dictur clictulus ponet seu interrogabit, quia in ei⁹ personã formant: vt s. nisi sit indiscreta persona: vt extra, de iudi. pastoralis. & in aliis casibus ibi nota. quo facto postea iudex reum interroget super eis: vt s. versic. & nota. ¶ Vtrum autem interrogatorium retro ab aula discesserit: uo. s. de interrog. quæ fiunt ante lit. contest. §. j. versi. illud autem.[h]

a ¶ Circa principiũ. lib. vj.

b ¶ Tanc. Roff. vbi suprà.

c ¶ Cui forsan. Sic Roffre.

d ¶ Incipit, præsentium. lib. vj.

e ¶ Properandum. Quod hodie non habemus. & vide quod scripsi s. de aduoc. §. j. versi. itẽ quod est priuati. cons.

f ¶ Secũdũ T. vbi s. post princ.

g ¶ Rñ. secundũ Tã. s. in secundo suo membro.

h ¶ Autem. Ibi posuit quòd hæc not. Roffre.

i ¶ Quartò quærit. princ. lib. vj.

SVMMARIVM.

1. Positiones qualiter fiant ante litis contestationem.
   Iurandum non est super exceptionibus, nisi vbi est præsumptio contra excipientem.
2. Positiones regulariter fiunt super principali post lit. contest. non ante: vt & probationes.
3. Positiones sæpe fiunt, in defectum aliarum probationum.
4. Probare intendens aliquid, prius quàm terminum recipiat ad probãdum, facere debet positiones per quarum responsiones poterit liberari ab onere alterius probationis.
5. Aliqua partium se offerente ad probandum per testes vel instrumenta: an poterit redire ad positiones, ex quo semel produxit.
6. Probationum facultas, non est angustanda.
7. Renũcians probationibus in causa, an videat & positionibus renũciare.
   Renunciare suo iuri, quisque potest.
8. Iudex an debeat interrogare ad instantiam renunciantis, vbi iuri renunciatum est in genere.
9. Probationibus simpliciter renunciare, & omnibus probationibus renunciare, æquiparantur.
   Indefinita locutio æquipollet vniuersali.
10. Positio actoris primò fieri debet, iuxta regulam, qui prior appellat, prior agat.
11. Onus habens probationis, habet & emolumentum.
12. Positio rei si sit actori præiudicialis, id est interimens eius positionem, prius admittitur reus.

Positiones quando sint faciendæ.

QVARTO Quæritur, qñ faciẽdæ sint positiones. Et certè cùm succedãt in locũ probationũ, & eas imitari debeãt, vt dixi s. §. proximo. qualiter quandocunq; & vbicũq; probatio admittitur, fieri possunt: vnde fiũt ante litis cõtestationẽ super exceptionibus dilatoriis: quæ tũc debẽt probari: vt extra, de lit. cõtes. c. vnico. & de electio. dudũ. ij. & in aliis casibus, in quibus testes lite cõtestata non recipiũtur. quod dic vt s. de teste. §. nunc tractemus. & aduersarius cogẽdus est per iudicẽ respõdere illis. quod dic vt j. §. vij. versi. & nota quod. Super principali autẽ nõ fiunt ante litis cõtestationẽ regulariter. ff. de interro. act. l. j. nisi in casibus, in quibus probationes possunt admitti: vt in præd. § nũc tractemus. & si fierẽt, repelli deberẽt, vt & probationes: vt extra, vt lite nõ cõte. c. j. ad fi. ¶ † Sed cũ iuramentũ de calũnia vel de veritate dicẽda, præstetur solũ post lite cõtestata, vt s. ti. prox. in prin. qualiter fient positiones ante litis cõtestationẽ, & sic ante iuramẽtũ de calũnia: cum tñ ante fieri debeãt, & ad eas sit respõdẽdũ per iuramẽtũ. extra, de testi. ad hoc. aliàs incipit, præsentiũ. prope princ.[i] respõdeo, secũdum eos, qui dicũt q super qualibet exceptione est lis cõtestãda, & iurãdũ: vt s. de exce §. viso. ver. sed nũquid iudex. facilis est rñsio: quia cùm lis sit in illo articulo cõtestata, & iuratũ: satis possunt super eo fieri positiones & rñsiones, q̃uis lis nõdũ sit super principali cõtestata, nec iuratũ. Alii autẽ dicũt nõ iurari super exceptionib⁹, nisi vbi est præsumptio cõtra excipiẽtẽ, vt diximus s. ti. prox. §. j. prope principiũ. vnde, secũdum eos, sicut probationes fierẽt super eis absq; iuramẽto: sic & positiones fient: nec est hoc incõueniẽs, secũdum eos. Et pro eis facit prædicta decre. ad hoc. ibi: sine iuramẽto, &c. sed secũdum hoc reus impunè poterit, quicquid falso voluerit ponere. Vnde dicimus q licet cõditione ponẽtis. & exceptionis qualitate cõsyderatis, iudex absq; iuramẽto exceptionẽ admiserit: tamẽ in probatione ipsius, facit iurare ponentẽ id, quod ponit, verũ esse, & se existimare, & credere ita esse: & eum, cõtra quẽ ponitur, vel interrogatio sit, respõdere veritatẽ. & ad hoc eum cogere potest, vt s. dixi. & sic nõ procedit obiectio suprà scripta. ¶ † Regulariter ergo fiũt positiones super principali post litẽ cõtestatã & nõ ante, vt & probationes: vt extra, vt lite nõ cõtest. quoniam frequẽter. in princ. quorum loco succedũt, vt dixi, fiunt etiam post iusiurãdum in causa præstitum, eo q fieri habẽt per iuramentum, & etiam responsiones ad eas, vt supra. & ex positione actoris si cõtra se ponat, sibi cõcluditur: vt j. §. viij. in prin. & ex respõsione sua, reus cõuincitur & pro cõfesso habet. ideoque habent fieri post litis contestationẽ & post iusiurandum immediate: quia si reus vel actor confiteatur, non essent postmodum aliæ probationes

necessaria

necessariæ:& breuiter super quibuslibet dubijs,fieri possunt positiones & interrogationes,vsq; quò fuerit in causa cõclusum:etiam publicatis attestationibus,sicut fit in instrumẽtorum productione:vt extra,de fide instru.cùm dilectus.ri.j.Et est ratio:quia in instrumentis & in positionibus non timetur subornatio, vt in testibus.Quidam tamen dixerunt,& malè, a ꝙ attestationibus publicatis,non possunt fieri:ᵃ quia si reus neget,actor probare non potest per testes,post publicatas attestationes.extra, de testi.cõstitutis.ergo inutiliter poneret.Sed hoc nihil est dicere:tum quia ad- 3 huc potest probare per instrumenta, vt iam dixi.¶†Tum quia positiones sæpe fiunt,in defectum aliarum probationũ:vt extra, de cõfessis.sta- b tuimus.ᵇ quinimo etiam postq̃ conclusum est in causa,potest iudex in- c terrogare:ᶜ cùm iudex, qui cuncta debet vt ad sententiam rimari, possit de facto interrogare,quoties aliquid dubitationis occurrit:vt extra,de fide instr.cùm Ioannes.circa finem.& C.de iud.iudices.extra,de testi.cùm clamor.& xxx.q.vlt.iudicantem.extra,de offi.dele.super quæstionum.§. intentionis.& vbicunq;:quod intelligo cùm aliqua ambiguitas oritur super iam actitatis.Super nouo autem articulo,interrogare non potest,ma- 4 ximè ad partis instantiam conclusione obstante.¶†Sed & si ante conclusionem sit datus terminus peremptorius,ad exhibendum omnes probationes,forte post talem terminum non possunt fieri positiones,cùm loco probationum succedant:vt s.§.proxi.versi.j.sed iudex poterit tunc interrogare,ex officio,non ad partis instantiam.De hoc not.s.de dila.§.viden- d dum.versic.item quid si datus.ᵈ Et tene pro regula:vt quandocunq; aliquid intendis probare,prius quàm recipias terminum ad probandum,facias positiones,per quarum responsiones forte liberaberis ab onere alte- 5 rius probationis: vt s.§.secundo.¶†Sed quid si aliqua partium offert se probaturam per testes vel instrumenta: nunquid poterit redire ad positiones,ex quo semel produxit? Dixit Goffr.quòd non.Cùm enim ponẽdo potuerit releuari,& grauari elegerit,sibi imputet: quia mos eis gerendus est.vt ff.de proba.circa.C de iure delib.l.fina.§.sin autem.& extra,de e probat.quoniam contra ex ordine verborum, dominus meus contra:ᵉ 6 quia actus illi non fuit contrarij,imò conuenientes.¶†Nec enim est angustanda probationum facultas.C.de hæret.quoniam.in fi.xiiij.q.ij.quãquam.maximè nisi se adstruxerit ad probandum tantùm per testes vel 7 instrumenta.¶†Item quid si renunciatum est probationibus in causa: nũquid videtur esse renunciatum & positionibus? Dicunt quidam quòd sic: quia cùm sit vna species probationis, vt extra, de confessis.ca.ij.extra,de f restit.spolia.tùm ad sedem.renunciando generaliter probationibus,ᶠ videtur & positionibus renunciatum.arg.xxix.dist.si Romanorum. extra, de priui.quia circa.de maio.& obe.solitæ.& quia in locum probationum g succedunt, vt supra,ego credoᵍ quòd si renunciatum fuerit specialiter positionibus,valet renunciatio.Nam quisq; potest suo iuri renunciare.vij.q. j.quam periculosum.extra,de priui.l.si de terra.& de regula.ad apostolicã. 8 nec amplius poterit renuncians ponere.¶†Si verò in genere,vt s.dictum est,dico ꝙ non potest vlterius ad renunciantis instantiam iudex interrogare:nec etiam ipse renuncians ponere:ex officio tamẽ suo potest iudex interrogare super iam actitatis,vsq; ad conclusionem & post:vt s.sic ser- 9 uamus.Quidam tamẽ hic aliter dicunt.¶†Et nota quo ad hoc idem esse, simpliciter probationibus renunciare,& omnibus probationibus renunciare:quia indefinita locutio,æquipollet vniuersali:vt in præd.ca.si Romanorum.& in præd.decr.quia circa.Cæterùm licet renunciatum sit testium productioni,nihilò minus tamen adhuc possunt positiones fieri:vt 10 s.de teste.§.fi.¶†Hoc quoq; notandum est,quòd actor debet prius ponere iuxta regulam,qui prior appellat,prior agat.ff.de iud.qui prior.& secundò reus: vel etiam vicissim ponat, si iudex viderit expedire.extra,de causa pos.& proprie.c.ij.Et ad hoc facit quod legitur & nota.C.de iura. 11 cal.l.ij.prope prin.ibi:& actor quidẽ,&c.& j.ver.prox.¶†Sed pone,ecce actor facit vnam positionem,cui reus sufficiẽter respondet: & statim h reus vult aliam facere:nunquid cogetur actor ei respondere?ʰ Videtur ꝙ sic.ff.de reg.iur.non debet.xxiij.q.iiij.qui peccat.extra,de mutu.peti.prudentiam.ⁱ contra videtur,quia qui prior appellat,prior agat:& qui habet onus probationis, habet & emolumentum:vt in præ.l.qui prior.& extra,de ord.cog.c.ij.& ff.de proba.l.ij.Inst.de legi.patro.tu.¶Sol.Dicunt quidam,ꝙ si aliquid est pro actore probatum vel præsumptum,tunc debet audiri reus:aliàs frustra admitteretur.arg.C.de inof.test.filius.C.ad l. Cor.de fal.l.pe.quia absoluendus est,etiam si nihil probat,actore nõ probante.extra,de iureiu.c.fi.extra,de causs poss.& propri.cum ecclesia.in fi. Alij dicunt ꝙ si reus velit vltrà probare,mos ei gerẽdus est:& si nil sit pro actore præsumptum.ff.de proba.circa.C.de inge.ma.l.pe.De consuetudine verò generali,actor primò ponit q̃ reus.Quod plenius prosequere vt 12 s.de dila.§.vidẽdum.ver.& no.ꝙ ij.¶†Hoc quoq; certum est,ꝙ si positio rei sit præiudicialis:id est,si interimit positionem actoris,prius admittetur reus:vt xxiij.q.iiij.qui peccat.respõ.j.vbi dicitur quia interrogas,quæ sit ratio prosequẽdi vicissim,te interrogo cuius sit vox,&c.Ad idem iij. q.xi.per totum.¶Item consulo tibi aduocate rei,ne multùm festines in positionibus faciendis,ne scilicet instruas actorem,& vt prius q̃ ponas, plenè videas suis intentionem fundatam vel quasi,vt iam dixi.Non enim habes ponere,donec videas eius intentionem.

SVMMARIVM.

1 ☞Positiones non fiunt,in plerisque locis.

2 Positiones factæ ante litis cõtestationẽ super exceptione excommunicationis,qualiter proponãtur.

3 Excipiens se non esse excommunicatum, qualiter suar positiones formare debeat.

4 Positiones formans post litem contestatam super principali,qualiter se habere debeat.

5 Agens rei vẽdicatione contra possessorẽ,quot modis & qualiter suas formare habeat petitiones.

6 Petens fundum, quem ad se asserit pertinere iure dominij,vel quasi,quæ debeat allegare.

7 Petens aliquid per promissionem ex causa mutui sibi factam,qualiter formabit petitionem.

8 Repetens librum, quem deposuit, quibus verbis vtetur.

9 Petens aliquem remoueri ab aliqua ecclesia, quam retinet contra iura,quæ debeat in sua petitione allegare.

10 Petens electionem suam confirmari, & eam esse canonicam probare volens,qua forma verborum vti debeat.

11 Positiones super quibus,& per quos, debeãt fieri.

12 Positiones formatæ,iudici in scriptis offerendæ.

13 Positionibus ab actore obligatis, quomodo debeat iudex ponenti respondere.

14 Responsione facta positionibus ab actore formatis,sub qua forma debeat ipsa responsio scribi.

15 Papa vel eius auditore in curia Romana positiones approbante,an illis possit vlterius obijci.

16 Ponens in iudicio,an semper teneatur dicere quod sciat,pura vbi iuratum est de calumnia.

17 Positiones sic sunt formandæ, vt fundent intentionem ponentis, considerata natura propositæ actionis.

Positiones qualiter fieri debeant.

QVinto superest videre qualiter fieri debẽt positiones, & licet ferè in omnibus actionibus specialiter positiones formauerimus,in tracta- i tu libellorũ:ⁱ tñ vtile est hic do- 1 ctrinã tradere generalẽ.¶†Ad cuius rei notitiam sciẽdum est,ꝙ in plerisq; locis nõ fiunt positiones, sed lite cõtestata præstitoque iuramẽto, statim iudex super singulis articulis libelli reũ interrogat. quod dic vt s.de teste.§.nũc vidẽdũ nobis.in prin. 2 Sed in curia Romana,& quasi vbiq;.positiões formãtur.¶†Super quo scias,ꝙ quandoq; fiunt ante litem contestatã super exceptione excõmunicationis sic proposita:Corã vobis,domine iudex, dico P.esse excõmunicatum:quia percussit talem clericum:ideoque non esse in causa,quam cõtra me mouet,audiendum.Si igitur ille negat se excommunicatum, vel se percussisse talem, vel illum clericum fuisse,excipiens sic formabit positiones:

POSITIONES.

3 ¶†Pono ꝙ percussisti talẽ. Itẽ quod in tali parte corporis.Itẽ ꝙ eũ pugno,vel baculo.Itẽ ꝙ percussisti eũ tali die.Itẽ ꝙ in tali loco.Itẽ ꝙ talibus præsentibus.Itẽ ꝙ turbatus,ex causa illum percussisti. Item ꝙ percussisti animo iniuriãdi.Itẽ ꝙ ille erat tũc tẽporis clericus.Itẽ ꝙ erat in possessione clericatus.Itẽ ꝙ sciebas eũ clericũ esse.Itẽ ꝙ vidisti eũ tonsuram clericalẽ ferẽtem.Et si actor hoc cõfiteatur,probata est excõmunicatio per suam confessionẽ.extra,de offi.dele.prudẽtiã.§.si verò.Sed si diffiteatur actor reus has positiones negatas dabit pro articulis,verbis competẽter mutatis.quod dic plenè vt in præ.§.nũc vidẽdũ.ᵏ ¶†Regulariter autẽ k 4 fiũt post litẽ cõtes.super principali:vt s.§.prox.& l §.iij.ad quod hac via peruenit.ˡ Formãs enim positiones habeat libellũ præ oculis,& ex ipsius tenore positiones formet:& cõsyderet diligẽter,quid eũ probare oportet.Super omnibus enim quæ probare habet,positiones faciat: nec valet positio,nec confessio,nisi fiat super re, de qua agitur.ff.de inter.ac.confessionibus,extra,de offi.iudi.dele.cùm olim.& j.ver.& not.Sed & cautiosè per quæcunq;

a ¶Fieri. Supple super eisdẽ capitulis.

b ¶Statuimus.lib.vj.

c ¶Interrogare.Sed nõ potest pars ponere.versi.hoc per Cy.q.viij.& vij.tractat principale dictum huius §.

d ¶Si datus.Et ibi dicitur in aliquibus partibus,seruari cõtrarium.& fuit dictum Alb.Papi.vt ibi dixi:qui etiã tenet ꝙ si datus est terminus ad ponẽdum,postea nõ audiretur, nisi iusta causa subesset.C.q accu.non pos.si ea. hoc dixit super l. diffamari.C.de inge.ma.

e ¶Contra.in Summa de lit.cõtest.§. iij.versi.sed quid si aliquam.

f ¶ Probationibus. Accedebat Ægi.si additum fuisset omnibus.

g ¶Ego credo.cum Ægid.c.xxxv.

h ¶ Ei respondere. Iste versic.vsq; ad finẽ §.fuit Vbert. de Bo.s.& incipit, vtrobiq;.itẽ quid si actor, facit ad hunc vers.id quod scripsi s.de reconuen.§.videndum. super versicu.& si iudex.

i ¶Quintò superest libellorum.sic & fecit Io.de Blano.generalem autem tractatum non edidit.

k ¶Nunc vidẽdum. Vt tamen not.j.§. vij.ad fi.versi.quid si pono respondere non tenebatur. ibi vide cũ duobus versic.præced.

l ¶Peruenitur.Incipiunt verba Bonagui.& durant vsq; ad versi.in quinto quoque. excepto quinto exemplo, quod interserit author.

diuerticula poterit,reũ trahat actor ad suã intētionē per positiones.ff.de verb.sig.natura cauillationis.& de reg.iu.l.ea est natura.quod potius quisq; suo ingenio faciat,q̃ ex nostra doctrina.Nõ enim quenq; in dolo instruimus,imò pro posse fraudibus obuiam⁹.¶ †Scias igitur.q̄ quãdoq; quis agit rei vẽdicationē cõtra possessorē petens fundũ,quē ad se asserit pertinere iure dñij vel quasi.Quãq; verò petit decē ex promissione sibi ex causa mutui facta.Quãdoq; repetit librũ,quē deposuit.Quãdoq; etiã petit aliquē remoueri ab aliqua ecclesia,quam retinet cõtra iura.[a] Quãdoq; petit suam electionē cõfirmari,& vult eam docere canonicam esse.Hec igitur exempla sufficiãt ad præsens,gratia exēpli hoc prosequi.Possunt etiam alia exempla poni,sicut in prę.§.nũc videndũ.in formis articulorũ diximus.¶ †Sup primo ergo exēplo,actor sic ponit.

6 FORMA.Pono ego talis in tali causa,iuramēto meo q̄ fundus,de quo agitur,fuit T.Item pono q̄ ipse T.vēdidit mihi dictũ fundũ.Item quòd vēdidit pro pretio decē libra.Itē quòd dictus T.tradidit mihi possessionē dicti fundi.Item quòd solui eidē T.decē libras pro pretio dicti fundi.[b] Igitur si reus has positiones cõfiteatur,actor fundauit suã intētionē.Probauit enim rem sed verò dño emisse,& se pretiũ soluisse,& sibi traditã esse:& sic per cõsequēs dñium ad se pertinere,& sic est in cã victorię,nisi re⁹ aliud opponat.ff.de rei vē.in rē.C.de pac.traditionib⁹.C.de pac.cũm res.extra,de fide instru.cũ Ioãnes.Insti.de re.diui.§.vēditæ verò.

7 ¶ †In secundo verò exemplo de mutuo,sic pone.

FORMA. Pono ego talis in tali causa,iuramēto meo,q̄ ego mutuo dedi decē Titio.Item q̄ ipse Titius illa decē mihi reddere promisit.Itē q̄ promisit in tali termino soluere Item q̄ terminus ille præterijt.Si ergo reus hoc cõfiteat̃,actor est in causa victoriæ:quia numeratione fuit Titius obligat⁹ ad reddēdũ.ff.si cer.pœ.si à me.Cũm verò promisit reddere,fuit ciuiliter obligatus:& ex tali ciuili obligatione rectè agit actor.Insti.de obli.§.j.ff.de ver.ob.l.j.Hoc autē scias,[c] q̄ si interrogatus an debeat decē quæ ab eo petũtur,negat simpliciter se debere,debet fieri positio alia,s.an debeat nouē:& si negat,fiat alia,s.an debeat octo.& sic descēdēdo vsq; ad vltimũ numerũ.Si verò præcisè negat,& se nihil debere dicat,nõ debet hoc vltra interrogari.Eadē quoq; doctrina seruetur in probatione tēporis,puta si interrogatus an cēsus per xl.annos solutus fuerit,vel beneficiũ possederit,& similia neget:hoc quærat̃ an xxxix.an xxviij.& sic descendēdo vsq; ad vltimũ numerũ.& hoc ideo:quia cũ ponit xl.si nõ sunt nisi xxxix.bñ potest negari positio:quia licet maior numerus in se comprehēdat minorē:vt ff.de arbi.diem proferre.§.si plures.& ff.de reg.iu.in eo.nõ tamē minor maiorē:vt xv.di.c.j.prope prin.imò vnus numerus quoq; excludit aliũ:vt no.extra,de diuor.c.pe.§.quia verò.

8 ¶ †In tertio autem exemplo de deposito,sic pone:

FORMA.Pono ego talis in tali cã,iurō meo q̄ deposui penes T.Codicē meum.Itē q̄ Codex ille erat in chartis hædinis.Itē q̄ erat glossat⁹,de apparatu Accurs.Itē q̄ habebat desup coriũ rubeũ.Itē q̄ secũdus quatern⁹ ei⁹ incipiebat,noīe.terti⁹ vero,hoc in querimoniã.Itē ponit q̄ ipse T.recepit dictũ Codicē in deposito.Itē q̄ se obtulit deposito.Hoc cõfessato,reus obtinebit.ff.depositi.l.j.extra.c.bona.& debet etiã dicere signa rei mobilis.ff.ad exhib.l.iij.

9 ¶ †In quarto vero exemplo sic:

FORMA.Pono ego talis præsbyter,iuramēto meo q̄ T.habet & possidet ecclesiam sancti Iusti.Itē q̄ habet & possidet ecclesiam sancti Martini.Itē q̄ quælibet earũ,habet curã animarũ.Itē q̄ eas acquisiuit post cõcilium Lateran.[d] Hoc concesso,reus succũbet,nisi dispēsationē vel vnionē vel paupertatē ecclesiarũ vel earũ dependentiam,ostendat.extra,de ele.dudũ.ij.de cle.nõ resi.quia.de prębē.da multa.extra,de ætã.& quali.eam te.xxj.q.j.in summa.

10 ¶ †In quinto quoque exemplo sic:

FORMA.Pono ego talis,in tali causa iuramēto meo,q̄ ego sum electus canonicè ad regimē talis ecclesiæ.Sed hec est iuris.vnde subijciat sic:Item q̄ fui electus vacãte ipsa ecclesia,per mortē vel cessionē talis.Itē q̄ fui electus per eos,qui tũc erãt in possessione vel quasi iuris eligēdi rectorem ad dictã ecclesiam.Item pono q̄ talis & talis,&c.[e] sunt clerici vel canonici,eiusdem ecclesiæ.Itē q̄ sunt in possessione vel quasi canonicatus,& iuris eligēdi.Item q̄ sex ex eis me elegerũt.Item q̄ illi sex electionē de me factã,episcopo præsentauerũt.Item pono q̄ illi sex requisiuerũt alios quatuor vt cum eis deberēt cõcordare,de aliquo eligendo.Item q̄ duo ratam habuerũt electionem,& præsentationē de me factã.Licet ergo reus neget me electũ:si tamen cætera cõfitetur,obtinebo absq; probatione.Nã si decē[f] erant clerici,& sum electus à sex,cõstat q̄ à maiori parte.ergo debet electio cõfirmari:extra,de elec.ecclesia vestra.ij.de his q̄ fi.à maio.part.ca.c.j.& de iure pa.quoniã in quibusdã.Itē si erant in quasi possessione eligēdi,valet quod faciũt,licet nõ sint in veritate patroni,[g] qui præsentãt.extra,de elec.querelã.de re iud.cũm Bertholdus.de iure pa.cõsultationibus.Item ex eo q̄ quatuor fuerunt requisiti,patet q̄ non fuerũt cõtempti.[h] extra de elec.quod sicut.& c.venerabilē.& c.bonæ memoriæ.& c.quia propter.Itē quod duo accesserũt,bñ potuit fieri.extra,de ele.quod sicut.& c.ecclesia vestra.ij.Patet ergo q̄ nisi aliud obsistat,debeo obtinere.Sic ergo in similibus sunt positiones formãdæ.

11 ¶ †Et no.q̄ positiones debēt fieri super cõtentis in libello,vel ad ea pertinentibus vel pertinere valentibus ex parte actoris,quo ad fundandã eius intentionem.Ex parte verò rei,quo ad extenuandã.iij.q.iij.c.j.Item debēt fieri super facto aduersarij.aliàs nõ cogitur ad factũ alterius respõdere.ff.pro sun.l.si.in fi.ff.si vsusfru.pe.l.vtifrui.ff.si pars hæ.pe.l.j.ff.rer.amo.Marcellus j.§.proxi.ver.j.& pe.& §.vij.ver.j.& ver.iiij.

12 †¶ Item no.q̄ positiones formatæ iudici,sunt in scriptis offerēdæ:vt extra,de proba.quoniam cõtra.vt certus sit qui interrogatur,& super quo respõdere debeat,agnoscat.ff.de confes.certum.& vt tam pars q̃ iudex,videãt an sint admittēdæ vel reijciendæ,debet eas examinare iudex,vtrũ faciant ad causam,an sint possibiles,& non contra naturã,non captiosæ,non negatiuæ,& sic de alijs.& hoc partibus præsentibus.& si viderit eas recipiēdas prius q̃ respõdeatur,faciat eas in actis redigi,ne aliqua variatio fiat.ff.de reiu.acta.& ne pòst oriatur contentio inter partes:q̄ aliter fuerint rescriptæ q̃ propositæ.extra,de elec.cum inter R.femorē.vt ex illa scriptura,eis via in talibus præcludatur:vt xxij.q.j.omnes feriæ.vel eas repellat:vt j.§.vij.vers.xvij.

18 FORMA. † Pono per sacramentū meum q nō numerasti mihi illa decem quæ à me petis. Item q nullus nomine tuo numerauit, certè cùm tu scias veritatem, nec ego per testes hoc probare possum: æquum est vt respondere cogaris. C. de non numera. pecun. per totum. Institu. de libel. obla. Potest quoq; & aliud exemplum poni sic: Pono q rescriptum nō fuit de speciali mandato domini, impetratum, vt extra de rescript. nonnulli. & cap. ex parte. Hoc enim respondere debet: cùm ipse hoc sciat. & ego probare non possum: & sic in similibus secundū B. Porrò in negatiua quidam distinguūt. nam si est præsumptio pro actore contra reum: pota quia dicitur homicidium commisisse, & ipse dicit se non fecisse dolo malo. Item si dicitur iniuriam verbo dixisse. & ipse dicit se nō dixisse animo iniuriandi: tunc potest reus ponere sic: Pono quòd non feci homicidium dolo malo: nec dixi verba animo iniuriandi sicut dicitur C. ad l. Cor. de sic. l. i. & de iniu. si non conuicii. & hoc poterit probare per eum modum qui procedere poterit sicut dicit alias. ff. de procura. mutus. in princi. Nam probauit per confessionem aduersæ partis. Et facit extra de præsumptio. capit. primo. Antiqui tamen qui simpliciter dixerunt, positiones negatiuas non esse admittendas: dicut talem positionem admittendam. Pono quòd steti per totam diem extra ciuitatem, secundùm Albert. Papi. ¶ † Nonò considerandum est 19 an positio sit generalis, in genere generalissimo? Verbi gratia: dico sic: Pono mihi fundum dari debere. Vel sic: Pono quòd T. mihi debet aliquid. Et certè talis positio est respuenda. Præstando enim fundū vnius digiti. vel soluendo festucam liberaretur is contra quem fit: nec oportet eum laborare, opponente contra has positiones, argumentum ff. de legatis secundo. Titia. responso primo. ff. de iure dotium. cùm post. §. gener. ff. de verborum significatio. locus. Generalitas enim parit obscuritatem, vt ff. de iure fisci. l. ita fidei. & obscuræ positioni respondendum non est, vt s. versiculo tertio. ¶ † Decimò considerandum est an 20 positio sic captiosa: puta quæ detegat periurium respondentis, quæ non est admittenda. Verbi gratia: pater conuentus iurauit nihil esse in peculio. vnde constat quod tutus est exceptione iurisiurandi: nisi pro rebus postea quæsitis pro quibus conueniri potest. Finge igitur quòd post iusiurandum, aliqua res in peculio inuenitur: quæ tunc erat in veritate: & ponit aduersarius sic: Pono quòd hęc res eo tempore quo iurasti erant in peculio. certè non tenetur pater respondere propter inconueniens, quod sequitur. nam si hoc confiteatur iam confiteretur per consequens se periurum, cùm iurauerit ipsa in peculio non fuisse. si verò neget, deierat: cùm in veritate fuisset in peculio. et præterea non proderit ei exceptio iurisiurandi: & poterit conueniri pro rebus pro quibus iurauit, quod est inconueniens: quia ex tali iureiurando, & actio & exceptio datur. Hoc probatur ff. de iureiurādo. qui iurasse. §. pater. & l. duobus. §. finali. & l. aliis. & argumentum. C. de vsuris rei iudica. & l. finali. in fine. Nulli enim laqueus est iniiciendus, vt vigesimasecunda quæstione prima. de viduis. Vnde dicit Imperator: Non spectabis me authorem periurii. C. si aduersus vendit. l. prima. & extra de iureiuran. si verò. Non est ergo respondendum positioni, cui respōdendo vel contrarius esset primę responsioni, vel sibi præiudicaret. ff. de petitio. hæred. l. si quis libertatem. §. finali. De hoc s. versicu. duodecimo. & xiiii. & s. versicu. primo. ¶ † Vndecimò considerandum est, an positio 21 sit multiplex seu implicita: & continens seu implicans in se plures articulos seu plura dicta: quod esse nō debet. ff. de iure fisci. ita fidei. Verbi gratia: Pono T. rectorem talis ecclesię mihi debere centum. Vel sic: Pono Seiū fuisse filium Męuii & mihi debere. Vel sic: Pono q Seius filius Mæuii mihi debet centū. Vel sic: Pono quòd possiden talem ecclesiā pertinentem ad tale monasterium. Vel pono q possideo talem ecclesiam habentem curam animarum, & similia. Vtraq; enim istarum positionum duo complectitur, quorum vnum potest esse verum, & alterum falsum simul & semel. quia potest esse q Seius est rector talis ecclesiæ, vel filius Męuii: non tamen debet centum vel econtra. vnde reus implicitus & perplexus est, cū verum inficiari non debeat: & falsum asserere sit peccatū. extra de cri. fal. c. i. xi. q. iii. quisquis. xxii. q. ii. primū. Poterit ergo dicere is contra quem fit, frater explica positionem, aliàs non respondebo, vel ipsemet explicet respondendo, dicens hoc est verum aliud falsum. argu. C. de impub. & aliis substi. l. precibus. extra de sponsa. de muliere. ff. ad l. Corn. de fal. filius. responso primo. & §. seq. extra de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. vel si velit cautius respōdere, vbi vnum est falsum, reliquum verum poterit simpliciter positionem negare, vt ff. de rebus dub. si is qui ducenta. §. vtrum. quod potest facere secūdùm regulam, quæ dicit: † Cuius aliqua particu-22 laris est falsa, eius vniuersalis similiter est falsa: argumento ix. distinctione. si ad sacras. tertia quæstione nona. pura. ff. de ædilitio edicto. cùm eiusdem. extra de hæreticis. fraternitatis. Nec per hoc videtur vtrunque negare, sed solùm copulam seu associationem. Verè enim possum dicere, non sum homo & asinos. Vel si velis probare me hodie comedisse, & ponis sic: Pono quòd hodie comedisti in ecclesia. Certè si hodie non intraui ecclesiam, possum hanc simpliciter negare, licet hodie comederim. Vel si pono quòd in tali die percussisti talem clericum in capite lethali vulnere: certè licet percusseris: non tamen in capite, vel etiam in capite, sed non lethaliter potes negare simpliciter positionem. vnde hoc casu debet quis distinctè ponere, vt supra §. quinto. Sicut enim quidā scri-23 pserunt, † responsio refertur solùm ad id super quo principaliter fit quæstio seu positio, vt suprà proximo versiculo item non est. Verbi gratia, si velim probare quòd mutuaui decem T. defuncto. & pono sic: pono quòd decem mutuaui T. cuius tu es hæres. Si illud simpliciter confiteans, videris solū de mutuo confiteri: non autem quòd sis hæres defuncti: quia illud videtur dictum demonstratiuè: non autem ponendo seu affirmando. argumentum ff. de condition. & demonstratio, cū tale. §. falsa. cum similibus. Vnde secundùm eos, debet veritas responderi, super articulo principali. Quidam tamen in talibus, & vbicunque positio in aliqua parte sui continet aliquid, quod negari possit: admittunt talem responsionem, non credo vel nego prout ponitur. sicut & admittitur illa responsio, nego narrata prout narrantur, vt suprà de lit. contesta. §. secundo. Alii dicunt quòd debet respondens dicere, hoc vel hoc modo, credo illud, vel illo modo nego vt præmissum est. Curare debet ergo iudex, vt certum quid ponatur, & distinctè certumq; respondeatur. ff. de interrogat. actio. l. de ætate. §. quod autem. & §. nihil. ff. de confess. certum. Fatuum est enim, sic multa in vna positione implicari. vnde cautus dicta diuidat, non commisceat, & diuisim respondeat: non coniunctim, ne decipiat, vel decipiatur. Parum enim interest in vitio decipere, vel decipi. xvi. q. i. si cupis. ¶ † Cæterùm hodie prouisum est, vt si positio 24 continet plures articulos: iudex debet positionem membratim diuidere: & postmodum sigillatim super quolibet articulo positionis faciat sufficienter à partibus responderi. Nec sufficit generaliter negare positionē, nisi ad singula in ea contenta respōdeatur, vt extra de testib. ad hoc. §. primo. de consecrat. distinctione iiii. quæris à me. circa medium. ibi, respondet credis. & ad cętera, quę singula quęruntur, sic respondetur &c. Præmissa autem vera sunt, cùm plura copulatiuè in positione continentur. Disiunctiuè autem plura possunt in positione contineri, vt videtur argumen. in prædicto §. vtrum. ff. de conditio. institut. l. quinta. ff. de quæstionib. repeti. extra de testibus. cùm clamor. de rescript. ex parte. §. ibi: dolo vel negligentia &c. vbi de hoc secundùm papam. Institut. de heredi. instituen. §. penultimo. Sed certè nec sub distinctione plura in vna positione admittimus: nisi vbi est probabilis ignorantia, vt in facto alieno. ff. de iuris & facti ignoran. regula: quia qui ponit, certum ponere debet, sicut & respondens, certum respōdere debet, vt suprà proxi. & disiunctiua incertitudinem notat, vt ff. de verbo. obligatio. vbi autē. §. qui illud. ff. de iniuriis. pretor edixit. §. quod autē 25 pretor. & s. de litis contesta. §. ii. in princip. ¶ † Illud autem certum est quòd si positio fiat generalis: puta pono contenta in libello vera esse, nihilòminus adhuc poterunt fieri speciales positiones super singulis capitulis, vt in prędicta l. si is qui ducenta. §. vtrum ita. sed & specialibus factis, potest generalis fieri: quia non est nouum, vt quibusdam specialiter pręmissis, generalis clausula subsequatur, vt ff. ad l. Aquil. si seruus seruū. §. inquit lex. de ta-

a ¶ Incipit, præsentium. libr. vi.

b ¶ Per sacramentū meū. Qd pōt esse de veritate, sed sequens de credulitate.

c ¶ Secūdùm B. eius dictum posui in iiii. gl. decre. primę de cōfes. sup qua addidi tertiū exēplū secōdū Host. cū poruit diœcesa. nō instituisse.

d ¶ Secūdùm Alber. Pap. et Vber. de Bo. vbi s. ante fi. allegant l. opōmū. alleg. s. post prin. & ff. de eo qd cer. lo. l. non vtiq;.

e ¶ Nono. Secūdùm Ros. sub eodem numero.

f ¶ Decimò. secūdùm Ros. sub eodem numero.

g ¶ Xi. vt s. sed hoc lōgè pleni⁹.

h ¶ Secūdùm regulā qui ponit Tan. vt s §. qualiter. ad fi.

ADDITIO.

¶ Adde Bal. cōsi. cccciii. inci. q nō sit co. ii. vers. nō obstat. in v. vo. q vbi oratio est in parte falsa tota oro negari pōt. & q dicatur oratio vniuersalis q particularis q indefinita et q singularis, vide Bar. l. l. si ita. ff. de leg. ii. Hen. Fer.

i ¶ Homo & asinos secūdùm Ros. sed sequēs exemplum fuit Tan.

k ¶ Papā. Ibi vide in glo. not. argumentum.

si positione.no.s.de lit.contesta.§.scdo.versi.quid si prius.s.& supra versic.primo.ibi:hoc tamē,&c. sed an articuli sub disiunctione sint formandi,not. s.de teste.§.nunc videndum. ¶ †Quid igitur si fiat talis positio:pono appellatum esse a tali iudice. vel ab eius delegato:& si non credis coniunctim pono diuisim? Respond.nō esse respondendum talis positiōi,p prędicta iura:& sic obtinuit.nec valet quod in ea dicitur,& si nō credis coniunctim,&c. quia non posuit coniunctim imò diuisim.C.de verbo.significatio. quidam.ff.eodem. sępe ¶ †Duodecimo[a] considerandum est vt sic respondeatur positioni,quòd per responsionem non deducatur quis ad periurium.de quo etiam dictum est suprà, versicul.decimo.quod contingit cū anceps vel dubius tamē certus respondet:asserēs verum esse qđ falsum est,vel econtra.extra,de rescrip.cum contingat. ¶ †Quinq; etenim status mentis possunt ex lege colligi. Nam interdum certus sum de eo quod est:& quandoq; de eo qđ non est:quandoq; puto esse qđ est:quandoq; puto esse qđ nō est:& quandoq; nec puto nec scio:vt probatur C.de iure deliber.sancimus.§.primo.et §.simili quoq; modo. & §.sin autē dubius.C.de condi.indeb.l.fi.de errore verò ignorantia & dubitantia,not.in Sum.Azo.in titu.de iuris & fac.igno.i prin.& xxxviij.distin.quānis.prima quæstione quarta.§.notandum.xxij.quæstiōe secunda, in quibus. In primis quidem quatuor casibus non est periculum,etiam post iusiurandum pstitum positionibus respondere.sed in quintu sic, nisi negatio præferatur.Nā potest esse quod neq; hoc neq; contrariū puto.qd enim si interroget an Rex Frācię, qui distat per xx.diætas sit in ecclesia vel extra?Certe nec hoc,nec illud puto:quia nulla ratio me inducit ad credēdum hoc potius,q̄ illud: vnde securè respondere possum nō puto:negatione prelata.Hoc pbatur ff.de in litem iuran.videamus.ff.de actio.empti.& vendi.l.prima.ff.de iureiu.iusiurādum & ad pecu.in fin.respon.j.& dixi supra de vi.versicul.sed nunquid. ¶ †Decimotertiò consyderandū est an positio sit iuris. Verbi gratia. pono[b] q impubes non potest condere testamētū. secunda quęstio.sexta.§.diffinitiua. Vel pono talē legitime vel secundùm iuris,ordinem vel ritè processisse:vel aliquid canonice vel iustè factum esse: certè his positionibus,& similibus non cogitur quis respondere . nam non cogitur quis probare ius scriptū:sed factum,ex quo ius oritur:ergo nec ponere. †Quia iura certa sunt, & finita, & probata in se, vnde confessio in eis nil operatur.ff.de iuris & fa.igno.in omni.& l.plurium.& extra,de appel.sępe.in prin.& arg.secūda questione tertia.§. notandū.prope princ.ibi:nā facti quidē,&c.ff.de origi.iur.l.secūda.§.si verò.C.de postulā.l.secūda. nec respōdens debet ius dicere seu declarare in pria causa:imò ad iudicem pertinet facto probato,discernere inter equum & iniquum,iustum & iniustum:inde dicitur iudex,quasi ius dicens.extra, de verb.significa.forus.§.1 omni.Si quis ergo interroget,an ius ita velit:nō valet:quia si confiteatur interrogatus cōtra ius:non valet:vt ff.de interro.actio.cōfessionibus.& l.se.§.fi.vel si cōfitet ius esse quod nō est:nisi forte de cōsuetudinario iure q̄ratur,quia tunc & poni & pbari potest sup cōsuetudine.[c] C.de ædifi.pri.l.tertia.C.quę sit lon.consue.l.secūda.C.de eman.l.scda.extra,de consue.cū dilectus.extra,de verbo.signi. abbate. & patet infrà in tractatu libel.in titu.de consuetu.lex tamen videtur dicere[d] q ad positionem iuris tenetur quis respondere,quia de hoc potest esse quæstio inter partes quandoq;.ff. de iureiuran.l.fina.[e] extra, de fide instrumen.pastoralis.[f] ¶ †Sed pone, pcurator agit contra dominū ad salarium & facit positiones qualiter administrauit , procurauit ,& laborauit: demum ponit sic:Pono quòd p hac procuratiōe merui cētū libras nūquid ē admittēda talis positio? Respōdeo,nō videtur:quia videtur esse iuris ex eo quod dicit merui. ¶ †Nam remuneratio de iure facienda est iuxta laborem.ff. mandati,si remunerandi.extra de renuncia.nisi cùm.§.quippe.duodecima quæstione secunda,charitatem.septima quęstione prima.in principio. de pœniten. distinctione tertia.pium.extra de censibus.procurationes. Contrariū puto.nam licet remuneratio sit debita de iure:& ideo petitur tamē æstimatio remunerationis,de qua ponitur facti est: quia meritum respicit seruitium & laborem de quo positū erat,vt iuxta illud ipsa fiat.& hoc erit iudicis æstimare seruitio & labore probatis. ¶ †Decimoquartò[g] considerandum est an positio sit calumniosa vel per quandam calliditatem & subtilem discussionem seu interrogationem inducens ad concedendum quod iam negatum est,vt in hoc exemplo.pone enim quòd in prima positione aduersarius meus negauit Lucium fuisse suum procuratorem : deinde ego pono sic ; pono quòd Lucius tanquam procurator fecit excoli vineas tuas. Item pono quòd vendidit vina tua. Item quòd culturam vinearum tuarum administrando peregit.Item pono quòd mandasti ei , vt quę præmissa sunt , vel aliquod ex eis faceret. Si ergo hoc concedat : manifeste concluditur contrarium eius quod prius negauerat. Cum enim procurator sit qui aliena negotia mādato domini administrat, vt ff. de procurat.l.j.iam liquido patet ex præmissis per quasdam callidas positiones esse concludendum contrarium iam negatis. Et sic potest intelligi ff.de reg.iur.ea est.& l.nam cauillationis.ff.de verbo.signific.Nec dico non esse respondendum , sed cautè,& cum deliberatione esse respondendum.Possunt quoq; & alia exēpla illi legi adaptari,vt ff.de le.ij.si debitor.ris.j.vt et ibi no.& vide s. ver.j.& j.ver. px.Itē cauillosa est qñ per eā quis inducit ad confitendū id quod facere non tenetur. Verbi gratia:instrumentum tibi edi debet sine die & consule ,vt j.de edi.instrumen.§.videndum. vers . facienda. nūc tu vis positiones facere,per quas peruenietur ad notitiā diei & cōsulis.certè non debes audiri per hanc viam.ff.de tuto.& cur.scire oportet.§.j.ff.de sponsa.oratio.[h] & vide infrà proxi.ibi:item si negaui. & facit ff.de petitio.hæredi.si quis libertatem.§.fina. ¶ †Decimoquintò cōsiderandum est,an depositio sit dependens à iam negata,[i] vt sine periculo non possit eam confiteri.quod si verum est:non debet sic responderi,vt ff.de interrog.actio.& quia.§.fina.Negato enim principali,per cōsequens negata sunt quæcunque sequuntur vel dependent ex eo.[k] argumen.extra de fide instrumen.inter dilectos.prope fi.extra de hæret. fraternitatis.xvj.q. vij.sed hoc diximus.C.de legibus.nō dubium. Verbi gratia, [l] pono quòd T.vendidit mihi talem fundum, reus hoc negat:deinde pono quòd dictus T.dictum fundum mihi tradidit.Hęc quidem positio non est admittenda:tum quia dependet ex prima negata:quia si reus ad eam respondet, posset de facili anceps periurium incurrere,quod iudex vitare debet.extra de iureiuran.si vero. & quòd metus causa.cùm dilecti.& C.si aduersus vendi.l.secunda . tum quia hoc probatum me non releuaret:quia nuda traditio non transfert dominium.ff.de acquiren.rerum domi.traditio.ff.de donatio . nuda. Vel sic:Pono quòd impetraui rescriptum:tu negas.Deinde pono quòd illius rescripti authoritate fui receptus in canonicum,vel fuit mihi promisum,vel quòd illud quod prętentaui,& similia:certè hę positiones nō sunt admittendę,tanquam dependentes à prima negata,vt s. vers.proxi.& vide s.vers.primo.Patet ergo quòd contra id quod negaui : non debet admitti partis positio vel iudicis,seu partis interrogatio.vt nota. ff.de iureiurando.qui iurasse.§.pater.& l.eum qui.§.in popularibus. ff. de noxa.quoties.§.fina.C.de iuramen.calum.l.secunda.§.primo.& qđ principali negato,non teneor respondere positioni, quę sine principali vera esse non potest. Verbi gratia:[m] Ponis vel dicis me contraxisse cum Berta, quod ego nego:consequenter ponis quòd solui ei, vel recepi ab ea decem:certe non teneor respondere:quia dos sine numero, esse non potest, vt C.de donatio.inter virum & vxorem.l.fina.ff.de iure dotium.l.tertia.xxx.quęstione quinta.nullum.quod verum est : vbi agitur de matrimonio tantùm . secus si de matrimonio , & de dote simul. Tunc enim negato matrimonio bene tenetur respondere de dote. Nam aduersarius releuatur a probatione dotis,si eam confiteor matrimonio probato.Item si negaui te à sententia talis iudicis appellasse: non teneor respondere tibi ponenti quòd appellationem huiusmodi fueris prosecutus. ¶ †Item si negaui aliquid in genere:non teneor respondere tibi ponenti postmodum in specie. Verbi gratia : ponis me tibi animalia subtraxisse:nego.deinde ponis me tibi boues subtraxisse. Certe non teneor respondere:quia per primam responsionem, huic intelligor respondisse.argumen.ff.de exceptio.rei iudica . si cum testamento.[n] §.primo.& argumentum xiij.quæstione quinta. pœnale.xxxij. quęstione quarta.c.meretrices.xix.distinctione.si Romanorum. Item si negaui aliquid simpliciter : & postea ponis de certo modo non teneor respondere. Verbi gratia:Ponis me esse vel fuisse hæredem Titij : ego nego.deinde ponis me esse vel fuisse hęredem eius pro semisse vel quadrāte.Certè nō teneor respōdere:nā simpliciter me negaui hærede:negaui me pro aliqua parte esse hæredē.Secus aūt esset si sic dixisset:Pono te esse hęredē T.in totū:& ego negaui.& postea dixit:Pono te esse hęredē T.pro parte:tunc eī teneor respondere: q̄a possibile est q nō sum hęres in totū,sed p parte sic. & hoc verū est si forma petitiōis patis positiōes pdictas fieri aliquin nō teneor rñdere,nisi

[a] ¶ Xij.scdm Rof. Sub code numero quasi adiriam

[b] ¶ Pono . Vide qđ dixi s. de test.§.nūc videndum.in princip. ADDE quod scribit in reper, l.vbicunq;.de interro.act. & per epm Alexā.in c. sępe.extra,de ap.

[c] ¶ Consuetudine. scdm Odoffre. vbi s.post princ.

[d] ¶ Dicere. Placet Rof.

[e] ¶ L.fina.circa medium legis,vbi innuitur de iure dubitari posse.solue vt ibi not.qđ ius ibi ponit p qualitate facti. IdēGui.de Suza. vbi s.j.decre.innuit q̄ncq; dubitari an aliqua cōstitutio sit decretalis:tene q vbi talia dubia occurrerēt,q̄ iuste mouerēt iudicē,posset fieri positio, dūmō tutè poni possit,et rñderi.i. sine piurij metu.

[f] ¶ Pastoralis. qđ non teneatur,bene pbatur ff.de auro & argen.le. l.ornatricibus.

[g] ¶ Xiiij.scdm Rofre.& hic finitur eius numerus.

[h] ¶ Oro.scdm Albe.Gal.vbi s.circa medium

[i] ¶ Iā negata. Nō sic in confessata, qđ satis patet.& scripsi decōfes.c. j.lib.vj.super gl. puta.

[k] ¶ Ex eo. Ad hoc C. de codicil l.j. ff.de iniust. rop. & ir.te.nam & si sub cōditiōe.i.j fi.

[l] ¶ Verbi, gratia. secundū Aegid.

[m] ¶ Gratia. Hęc exēpla vbiq; ad finē huius ver.ad literam sunt Odof. vbi s.

[n] ¶ Testamēto,aliàs,si cùm argētū.

36 re, nisi tangant negotium principale. ¶ † Decimosexto cōsyderandū est, an sit impossibilis vel contra naturā, quæ non est admittenda: puta si aliquis ponat aliquā virginē peperisse, præter gloriosissimam Mariam. xxvij. q. ij. §. cùm ergo. Vel si ponat interfectū esse eum, qui viuit. ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. fina. Vel si ponat patrē minorē[a] esse filio. Insti. de adop. ff. de inter. act. cōfessionib[b]. & l. seq. §. fi. Vel si ponat factum eius, cui[9] noīe actio cū alio esse nō potest. ff. eo. l. si cuius, & in prę. l. cōfessionib[9]. Vel si pono eum seruū, qui mortu[9] est. ff. de inter. act. l. si autem. §. primo. & breuiter nō pōt poni, q confessatum nihil valet. de quo dicam j. titu. proxi.

37 ¶ † Decimoseptimò gñaliter cōsyderandū est, an positio sit implicita vel trāsposita, vel remota vel repetita. Plerunq; eñ cauillosi à remotis incipiūt ponere: & inter multas positiones, aliquā implicitā vel respicientē remotā ponunt, vel pposìtam repetūt: quia quæ in præfationib[9] præmittūtur, in sequētibus repetita intelligunt. ff. de verbo. obli. Titia. l. de cōd. & demō. aũa. de quo simplex sibi nō cauet. xxij. q. iiij. innocēs. & sic cauillosus ab euidēter veris ad euidēter falsa eū deducit. p breues mutationes, & subtilia argumēta. ff. de reg. iur. natura cauillationis. & l. ea est natura. ideoq; pmittit ut si simplex sit cliētulus, aduocat[9] eius de licētia iudicis, pro eo ponat & rñdeat. extra, de iud. pastoralis. & quæstioni adsit. ff. de adulte. l. si postulauerit. §. quæstioni. quod intellige prout no. supra. §. tertio. ver. sed & patronus. Caueat ergo ne causam negligat, sed inuigilet. argu. ff. de his quæ in frau. cre. pupillus. in fi. extra, de offi. primi. c. vnico. in fi. secundùm dñm meū. Nullus enim capiendus est in sermone. ff. de iureiu. l. qui iurasse. xxij. q. iiij. vnusquisque. & q. ij. quæritur. & q. v. quacunq;. & c. sequē.

38 ¶ † Et simplicitas est amica legum. Instit. de legiti. agna. suc. §. & hæc. de fideicōmiss. hær. §. sed qa. C. de fur. l. fi. §. tales. & veritatis. extra, de iureiur. veritatis. Quidā tñ dicūt, q q̄tūcunq; clientul[9] sit simplex, ipse debet rñdere, & non aduocat[9] in facto. ¶ Sed nec iudex simplicem, qui non apprehendit an positio sit rectè concepta vel non, coget ineptę positioni rñdere: imò ex officio suo debet eā reijcere:[c] vt s. de offi. iudi. §. deseruit. versi. ante litem. & ver. post litem. & § impedit. & supra. §. v. vbi not.

39 ¶ † Decimooctauò cōsyderādū est, an ponēs sit sibi cōtrarius. quod dic vt suprà §. v. in fi. vel an positiones sint sibi cōtrariæ: nō eñ pōt quis ponere contra quod prius posuit: alioquin erit sibiipsi cōtrarius. ff. qñ ap. sit. l. prima. §. si alius. extra, de ap. solicitudinē. i fi. nisi forte alleget iustā causam prioris ignorantiæ. ff. de inter. actio. de ætate. § interdū. & §. ex cā. & § fi. sed nec etiā valet positio, in se cōtinēs cōtrarietatē. ff. de reg. iur. vbi repugnātia. et vide infrà, §. pxi. in prin.

40 ¶ † Decimonono cōsyderandū est, an positio fiat sup crimine ei[9], cōtra quē fit. quod esse nō debet, siue agatur de crīe p modū accusationis, siue inquisitiōis, siue exceptiōis, nō eñ cogit aliqs rñdere se criminosum, iuxta illud, nō tibi dico vt re pdas. quod dic vt s. de teste. §. iā nūc videndū.[d] ver. sed nunquid quęret.[e] arg. contra extra, de ele. dudū. ij. vbi elect[9] rñdit sup pluralitate beneficiorū: sed pōt rñderi, q ibi nō nix[9], sed libens rñdit. Eodem etiā modo responderi pōt, ad decre. eo. tit. per inquisitionē. & ad illā extra, de cōfes. c. secūdo. vbi de hoc secūdum papā. & alia similia. Itē cōtra, de accusati. si cōstiterit. Sed illud intellige, prout nota. infra, de inquisitio. §. nunc tractemus. ver. inquisitores quoq;. Itē cōtra quinquagesima dist. ex pœnitentibus. vbi de hoc. Itē contra, ij. q. viij. sciāt.[f] Inn. quartus no. in præ. decre. dudū.[g] q super notorijs seu manifestis per sñiam vel alio modo, tenetur respōdere: quia tūc peccatum esset clare: vt extra, de coha. cler. & mu. tua. super occultis nō. Itē & super his, quæ impediunt executionē officij, vel retentionē beneficij, etiam post peractā pœnitentiā: vt s. de legato. §. iuxta. ver. sunt quoq;. quia in hoc, eius vtilitas procurat. arg. xxiij. q. v. prodest. Quod dic vt ibi no. & in præ. decre. de cōfes. secūdùm eū. Itē si dissimulatio criminis, periculū inducit: vt hæresis, vel dilapidationis, in quibus periculū est, si occulta sint. extra, de accusa. qualiter. ij. xxij. q. j. si quis per capillum. Item si sit infamia super crimine: an etiam tunc cogeretur infamatus se suo & aliorum iuramēto purgare. ij. q. v. presbyter. & quia peccatum est sustinere infamiam in dignitate. xxv. di. primum. Itē de hoc ipso an sit condemnatus de crimine vel confessus, debet respondere: quia hæc quærere videtur quærit an sit notorium, de quo respondere debet: cum sit peccatū tales sustinere, vt dixi.

41 ¶ † Sed quid si ponatur q aliquis crimē commisit? Item q illud est notoriū? Itē q est fama? Respon. de notorio & fama debet rñdere, vt dixi:[f] & si neget famam & notoriū, nō tenetur respondere an crimen commiserit, cùm nō teneatur se publicare, vt dixi. Si aūt confessus fuerit se diffamatum, vel aliâs probatū fuerit: tunc quęritus ab eo an crimen cōmiserit.

42 ¶ † Quid si pono aduersarium meū excōmunicatum esse? Videt secundū hoc q non tenetur respondere: quia excōmunicatio non debet infligi, nisi pro mortali. xj. q. iij. nemo. & c. certum. arg. contra: quia excōmunicatio, medicinalis est, non mortalis. ij. q. j. multū. in prin. extra, de sent. excō. cùm medicinalis. in prin. Dic q si sit positio super sententia canonis, non tenetur quis respondere: secus si super sententia hominis: vt extra, de offi. deleg. prudentiam. §. sexta.

43 Et est rō: † quia sententia canonis semper ligat, & iusta: hominis verò sententia, quandoq; iniusta est: nec semper fertur pro crimine. extra, de senten. excom. à nobis. & xj. q. iij. c. j. quia potest esse lata sine iusta ex rationabili causa. eo. tit. inquisitioni. xj. q. iij. §. si ergo. & qñq; nulla: puta lata post appellationem: vt extra, de appella. ad præsentiam. & de sen. excom. solet. cū suis concor. & in his quæ not. secūdùm papā extra, de testi. cogen. c. j. & sic obtinuit. Et de hoc tetigi s. de act. seu pet. §. pe. ver. sed nunqd habet. ibi, & propter hoc dicim[9].

44 ¶ † Quid si pono iudicē vel executorē tuum, excōmunicatū esse? Dic q respondere teneris, cùm per hoc nō reprocas. ¶ Sed quid si sit positio super defectu ordinis scientiæ vel ætatis? Dic vt s. de actio. seu peti.

45 §. super actionibus. versi. reus quoq;. ¶ † Vicesimò non valet positio, si sit duplex, & alternatiua: imò singula explicanda sunt, & ponenda. ff. de mino. prætor. §. si mihi. ¶ xxj. nō valet, si sit ab eo, qui nō potest esse in iudicio. ff. de inter. actio. si sine. §. j.[h] ¶ xxij. nō valet, si non tenet iudicium inter personā actoris & rei. ff. eod. si filius cum patre. ¶ xxiij. non valet, si sit super re tempore finita: puta si res mea fuit, quæ est tempore præscripta. ar. C. de non nume. pecu. in contractibus. § illo obseruando.

SUMMARIUM.

1 Ponens, an posit negare verum esse quod posuit, aut dicere q errauit.

2 Mendacium & falsa negatio, tollit priuilegium, quòd alias in eodem negotio quis haberet.

3 Asseueratio falsa punitur in maiore & minore, doli capace.

4 Principalis respondens quibusdam positionib[9] si recedat contra præceptū iudicis, anteq̄ omnib[9] responderit, an habebitur pro confesso? & nu. seq.

De effectu positionum.

OCtauò Loco iuxta seriē propositiōis, videndum occurrit de effectu positionū. Et quidem is est, q is q ponit aliqd, eo ipso q ponit, videt cōfiteri id, quod pōit: vt iusta §. decimo. versi. quid si actor. Nam non debet quis ponēdo asserere, nisi id, quod scit vel credit. Ideòq; dicim[9] quēlibet ponentē esse interrogādum per iuramentū præstitū, an sciat vel credat seu existimet verum esse quod ponit: vt suprà, §. quinto. versiculo nolans. Et dato etiam q non interrogetur, videtur credere vel æstimare quę ponit: si bene aduertantur capitula, quæ in iuramento calumniæ continentur, quod quidē iuramentū ad oīa, quæ fiunt in lite, extenditur. Inde est quòd contra positiones suas quis non auditur. Indecens namq;

Marginal notes:

a ¶ Minorem. Scilicet ætate, non statu.

b ¶ Confessionibus. Pulchrè dicit lex illa, q falsæ confessiones debent cum naturalibus conuenire.

c ¶ Reijcere. Secundùm Ægid. alleg. de excep. ia. lib. vj.

d ¶ Nunc videndū. Debuit dicere, iam nunc de interrogatorijs ad fin.

e ¶ Quæretur. Vbi tam de teste q de producente tractatur.

f ¶ Sciant. Sed ibi dicat per documēta & iudicia, probari de confessione nihil dicit. Gof. tamē in Summa de tem. ord. in fi. versi. in secundo casu. videt tenere interrogatū iure, teneri de suo crimine respondere. Allegat. xj. q. iij. quisquis. xxxv. q. vlti. c. j. & pe. qui alleg. glo. in præ. c. ex pœnitentibus. Item Tho. ij. ij. q̄o. lxix. artic. j. inducit et lex qui petitorio. ff. de rei ven. & lex vlt. C. de fid. instru. perquas patet q quis tenetur respondere an dolo desierit possidere, vel instrumentum habere: & constat, dolum malum esse delictum. ff. de dolo. l. j. ad bo. aut. iud. poss. prætor. §. fin. ADDE vt per Barto. consi. cxciij. vbi de Spe. hic mētionem facit, & ibi ponit an vxor hæres instituta à marito rogata restituere pro aīa sua, illis pauperibus, quib[9] ipsi vxori placuerit, & ipsa velit restituere spurio testatoris, an teneat respondere, si accōmodauit tacitam fidem testatoris de restituēdo spurios & concludit q sic.

g ¶ Dudum. vbi scripsi in §. tandem. in gl. super processu.

h ¶ §. j. Vides. eod. versicul. vij. de his duobus.

valde est, qđ quis sua voce dilucidè protestat⁹ est, in eundē casum valeat suo testimonio infirm re: vt extra, de ꝓba. p tuas. C. de nō nu. pec. gnaliter. ff. de do. si patron⁹. §. j. Ergo certum est,ᵃ ꝙ tā ponēs, q̄ȝ is, qui cōfitetur qđ positū est ꝓ cōfesso habet: vt ff. de cōfes. l. j. & C. e. l. vnica. ff. de inter. act. de ætate. §. si cùm esset. Et hæc vera sunt, nisi certis remedijs cōfesso, vł quasi cōfesso, succurrat. inter q̄ prius illud gn̄ale occurrit, ꝙ error factꝰ ante īnitium, cōfesso nō p̄iudicat. C. de iur. & fac. ign. error. extra, de cōfes. c. fi. j. §. fi. versi. sed pone. & versi. itē si ponēs. Sūt & alij multi casus, ī qb⁹ cōfesso succurritur. & de hoc aliqua j. de cōfes. dicem⁹. ¶ † Sed secundū ōmissa q̄ritur, id, quod sæpe de facto contingit, an scilicet ex positiōe, quā negaui, possem me aduersus ponētē iuuare: vel ipse se aduersus me ex ipsa negatiōe? Et v̄r ꝙ sic. Nā ponēs nō pōt negare verū esse qđ posuit: nisi fortè se errasse dicat, vt iā dixi: & sic me ex ea iuuabo. In cōtrariū facit, qa etc instr̄o vel teste qđ negaui vel impugnaui, nō possum me iuuare. extra, de cēsi. cùm olim & de testi. præsentis præterea si verū negaui, & ille falsum posuit: ex falsa positiōe se iuuare pōt. Si verò positio sua fuit vera, et negatio mea falsa: debeo ꝓpter mēdaciū pdere oē cōmodū, qđ habebā ex positiōe ipsa vt ff. si ex noxa. cā agat. l. scđa. §. primo. ff. de noxa. si seru⁹ depositū. §. fi. ff. si quadrup. pau. fe. di. l. prima. §. si cōe. de rei vēdi. l. fi. ff. de fideius. si dubitet. §. primo. & ff. ad l. Falci. hæreditatū. §. fi. ff. ꝓ soc. si vn⁹. ff. de re iud. sed hæc ita. §. fi. ¶ † Mendaciū eñ & falsa negatio, tollit priuilegiū, qđ als in eodē negotio qs haberet. C. ad Ma. l. prima. ff. qđ cū eo, qui in aliena pote. si ex monita. §. primo. C. si cōtra ius vel vti. pu. l. ij. & l. rescripta. extra, de rescrip. sup lit ris. ff. ad Vell. si decipiēdi. C. de nō nu. pecu. aut. cōtra, q ꝓpriā. C. q po. ī pign. ha. aut. si possessor. extra. vt eccle. bñ. vt nostrū. ff. de ꝓba. cùm de indebito. C. ad l. Aql. cōtra negantē. ff. de inter. ac. similis. C. si minor se ma. di. l. scđa. ff. de min. minor. ¶ † Itē falsa asseueratio punit in maiore, & in minore doli capace. ff. de dolo. elegāter. §. fi. & duab⁹ legib. seq. & l. q dem. & l. qđ vēditor. §. fi. Inst. de fideicō. §. fi. C. de fideius. l. fi. ff. de suspec. tu. l. tertia. Dic ꝙ neuter cōtra alterū se pōt iuuare ex positiōe negata scilicet negās cōtra ponētē, nec ecōtra: vt extra, de ꝓba. p tuas. qm̄ quilibet suā turpitudinē allegaret, quia cōtra dictu suum veniret: scilicet ponēs cōtra suā assertionē, & rūdens cōtra suam negationē. Et hoc verū est, nisi se doceret errasse. C. de transact. l. transactione. C. de seruo pignori da. l. quarta. C. de his, quæ in frau. credi. l. tertia. & in prædi. decret. vt nostrū. extra, de dona. cùm dilecti. de cōces. prębē. cùm super. & de pœna mēdacij posset puniri; vt in prædi. cōcordā. & facit ad hoc qđ no. suprà, de excep. §. viso. versic. sed quid si debitor. & j. de appel. §. nunc breuiter. versi. sed pone. & suprà, de reconuētio. §. primo. versi. fi & j. de loc. & cōduc. §. nūc aliqua. versi. lxv. & seq. ¶ Hoc quoq; nota ꝙ p positiōes & respōsiones, ad eas nō fit litis cōtestatio. quod dic vt suprà de litis contestatio. §. ij. in fine.ᵇ ¶ † Itē quærit r ecce, principalis respōdit quibusdā positionib⁹: iudex verò sibi pręcipit ne recedat, donec respōderit omnib⁹ positionib⁹: ille autē spreto mandato, recedit ad patriā suā: quærit an debeat haberi pro cōfesso. Respon. nō: q̄uis sit alìàs contra eum, tanq̄ȝ contumace, procedēdū: & obtinuit.ᶜ de hoc j. §. scđo. ver. itē ponit. ¶ † Quid si pro illo cōpareat procurator volēs absentis cōtumaciā purgare, & dictis positionibus respōdere? Respon. obtinuit, vt nō admittatur. Non eñ pōt mora purgare. cùm dominus meli⁹ nouerit veritatem & negotij naturā. C. de ꝓcu. l. fi. extra, de iudi. iuris.ᵈ & vide j. §. vj. versi. in summa. ¶ Quid si idem procurator petat se admitti tāq̄ȝ defensorē? Respond. obtinuit eadē ratione, vt non admittatur. Si igitur diffinitiua sñia cōtra talē ferat, qa præsens plenè docuit de iure suo: valet, et tenet: & sic obtinuit hoc casu, et pręcedētib⁹ de mādato dñi Clemētis papæ quarti. quę sñia p nos lata q̄uis à multis peritis impugnaret: & licet dura videat, tñ post varias discussiōes, bis extitit cōfirmata, nō obstante appellatiōe p dictū ꝓcuratorē interposita: qa cōtumax nō audit appellās: vt j. de cōtumacia. §. j. ver. & no. nec ali⁹ ei⁹ nomine. Nec obstat, si dicis ꝙ licet esset cōtumax quo ad articulū positionū, nō iō debet quo ad alia cōtumax reputari: vt in eo. ti. §. viso. versi. tu dic. quia hæc est talis contumacia, ex qua pēdet tota q̄o: iō non erat procurator ad alia admittendus.ᵉ

1 ☞ Pœna quibus casibus non respondenti positionibus, non debeatur.
2 Tacēs in iudicio interrogatus, contumax reputat.
3 Tacens est, qui nil omnino respondet, nec fatetur, nec negat.
4 Tacens habetur pro negante, cùm damnosa est sibi negatio, & pro confesso habendus est, cum damnosa esset ei confessio.
5 Obscurè dictum, habetur pro non dicto.
6 Aduocatus docens clientulum falsa respondere, tenetur parti alteri de damno, hac occasione euento.
Aduocatus potest docere clientulum respondere, quatuor modis.
7 Veritatem negans, varijs afficiendus est pœnis.
8 Negans, & se non credere respondens, an diuersimode puniendi sunt.
Responsio de crimine, æquè pręiudicare pōt, sicut & scientia.
9 Positioni respondens obscurè, cogi potest clarè respondere, vt certum dimittat iudicē: alioquin pro non respondente habetur.

De pœna non respondentis, vel falsò respondentis.

Nonò Tangēdū est de pœnis non rñdētis. No. ergo priò ꝙ horū sex, q̄ sequunt, par est cōditio:ᶠ Scilicet falsò cōfitentis: vt ff. de inter. act. si qs in iure interrogat⁹. & l. de ætate. §. i. & ij. & §. q interrogat⁹. Itē falsò negātis: vt e. ti. nō alienū. Itē tacētis: vt in pręd. l. de ętate. §. q tacuit. Itē nō rñdētis ad interrogata: vt ea. l. §. qđ aūt. & l. si defensor. §. ij. in fi. Itē obscurè rñdētis: vt in prædi. l. de ætate. §. nihil. & j. versi. fi. ¶ Itē dolū cōmittentis circa rē, de qua agit: vt eo. ti. si seru⁹ nō sit. in fi. ¶ Quilibet eñ pręmissorū tenet vel ꝓ mēdacio vel pro cōtumacia, vel ꝓ dolo: vt patet in pręc. cōcor. ¶ † Verū tñ qđ de tacēte diximꝰ, fallit ī duob⁹ casib⁹, s. in filiò q abstinuit pr̄e mortuo à bonis paternis, & ī filio, cū pr̄e suo agēte, ī cui⁹ ptāte ē. His eñ casib⁹ nō tenet fili⁹. qđ dic vt j. §. vij. ver. vij. Sed ad hoc qđ dr̄ in p̄d. §. q tacuit. s. ꝙ tecēs habeat ꝓ negāte, ē cōtra ff. de reg. iu. q tacet. Sed illud locū hȝ extra iudiciū. Et est rō diuersitatis. † quia q tacēs in iudicio interrogat⁹, reputat cōtumax: vñ pœnā cōtumaciæ sentire debet: vt ī p̄. §. q tacuit. Sec⁹ in eo q tacet extra iudiciū: vt extra, de p̄sump. nōne. Nō ei fiūt positiōes extra iudiciū, nec ibi necessariò hȝ qs rñdere ad iterrogata, secūdū Rof.ᵍ Azo tñ. & alij dicūt tacētē & obscurè rñdētē, haberi ꝓ cōfesso: vt ī p̄. §. q tacuit. & §. nihil. & C. de iura. cal. l. ij. §. qđ stator. extra, eo. c. fi. ff. de cōfes. certū. ff. de edē. l. j. §. edere. Nā si ꝓcu. vel hęres nō rñdeat, vel taceat, pro cōfesso habeat. ff. de ꝓcu. nō solū. ī pri. & facit ff. đ acqr. hær. gerere ꝓ hęrede. C. de codici. nec codicillū. & sic cōter seruat vbiq;: ergo sic tenēdū est. ff. đ legi. minie. Tā. dixitʰ † ꝙ tacēs est, q nil oīno rñdet: nec fatet, nec negat. ff. de reg. iur. q tacet. & in pręc. c. nōne. & de postu. p̄la. c. j. ꝓpe pri. ibi: nō negauit. & iō nō est cōdēnand⁹ vt cōfessus. sed: als est iudicis arbitrio, vt cōtumax, puniēd⁹: qa coget rñdere captis pignorib⁹, vel mulcta indicta, vel p iniūm p̄sctū. ff si qs ius di. nō obtē. l. vnica. qđ ꝓbat lex, q̄ pificat tacētē & negatē. ff. ex qb⁹ cau. ī pos. ea. hoc aūt. §. j. ac. ff. de pe. hę. si debitor. maximè si tacēs sit re⁹, q fauorabilis est. ff. de reg. iu. fauorabiliores. extra, de fide instr. inter. io fi. et in hoc cōcor. Vber. de Bo. & Rof. Hoc expedit hodie p decre. Alex. iiij. de cōfes. retulistiⁱ. vbi dr ꝙ nolēs rñdere positionibus, & cōtumaciter recedēs, pro cōfesso habetur.ᵏ hoc vbi confessio faceret contra ipsm, sicut in iuro calumniæ

¶ Oct iuo loco. est secūdùm Rof. vbi j. versi. effectus.
A D D E, versi. primo, qđ. idē voluit Pet de Anc. cōsil. ccix. & Bal. cōsi. ccclxxxix. primo libro.

b ¶ In fi. Imò versic. añpe. qui fuit hoc Rof.

c ¶ Obtinuit. Hoc declaratur j. ver. ij.

d ¶ Iudic. iuris. li. vj.

e ¶ Admittend⁹. Nimis durum est dicere, ꝙ contumax super positionib⁹, nō citetur ad reliqua: quod videt hoc placere Gul. Tu cōtrariū teneas, vt plenè scripsi de cōfes. c. ij. lib. vj. in vlt. gl. vbi videas rñsionē ad rationem Gul. quā hic ponit.
A D D E, quod Bal. cōsi. clxxxij. incipi statuto cauet. tenet ꝙ contumax in respondēdo positionibus in termino sibi statuto à statuto vel iudice, non pōt morā purgare, nisi subsistente causa legitima.

f ¶ Conditio. Secundūm Rof. vbi j. ad finem.

g ¶ Secundùm Rof. vbi dixi in prin. §.

h ¶ Dixit. Vbi j. sub ver. hoc modo. & not. hoc dictum in de confessis. c. iij. li. vj. in glo. pe.

i ¶ Retulisti. Quam hodie non habem⁹ sed ex ea sumpta fuit decre. secunda de confes. lib. vj. vt ibi not. in j. glo.

k ¶ Habet. Vidi dubitari cùm verè cōfessus probato errore posit probare cōtrariū confessionis. & de hoc j. tit. proxi. §. sequit. ver. iij. an idē possit iste fictè cōfessus: & an sibi necesse tūc sit errorē ꝓbare? Et videt ꝙ non: quia error non cadit in ficto. Poterit ergo & sufficiet ꝓbare cōtrarium. ad quod duæ leges inducuot. ff. de infa. quoniā. vbi dicit, accusatū de crię, q paciscit, haberi ꝓ cōfesso. sed si accusatus de adulterio det accusatori pecuniam, vt desistat: si postea apparet innocens, illā repetit.
A D D E, quando positio habetur pro confessata, & qñ possit reuocari: vide Angel. consil. cxxxvj. Bal. consil. clxxxij. j. lib. & ibi si non fuit responsum in tempore, an possit purgari mora: & an si statutū dicat ꝙ qs teneatur per se rñdere positioni: si mittat procuratorem, an debeat haberi ꝓ confessata bal. ꝙ sic, ei⁹ consil. cxxij. iij. lib.
A D D E, tu ꝙ hoc non procedit, qñ iussus respōdere, esset contumax, & libellus erat ineptus: nā tunc, huius modi libello non respondēs nō habet pro cōfesso. Vide Lanfr. in repet. c. qm̄ cōtra. in §. rñsiones. in ij. co. ver. præterea. extra, de probat. sed quid si ista iussus rñdere, fuerit cōtumax & habitus pro confesso, si añ sñiam moriatur in hac contumacia: an iudicium transferat ad hæredes: vide Lanfr. in repet. c. qm̄ cōtra. §. responsiones. extra de ꝓba. vbi ꝙ non.

calũniæ obseruaẽ, q̃ loquit io cã ciuili. & facit extra, de iur. ca.c. fi. & hoc ẽt vsus iudiciorũ tenet. Secus puto[a] si agaẽ de spũali, puta de bñficio: ne hac via ingressᵘ ad beneficia pateat vitiosus: vt extra, de eo q̃ mit. i poss. causa rei ser. eũ, q. lib. vj. q̃a nõ pñt possideri sine canonica instõne. extra, de insti. c. ij. Do. meus no. extra, de elec. bone. j. §. cõtra legati. q̃ nolẽs rñdere, põt ẽt excõicari, prçter pœnã prædictã vel miss. in poss. pati. extra, vt lite non cõte. q̃m. §. fin. & captis pignoribus cogi. ff. de vẽ. inspi. l. j. §. igitur. ff. de crimine peculat. cũ eo. Insti. de satisda. tu. §. sciẽdũ. ff. de ini. & ho. si qs magistratus. C. de apoc. pu. l. j. vel pœna iudici. ff. si quis ius di. nõ ob. l. vnica. Q dos. dicit q̃ nolens rñdere siue añ lit. cõte. siue post, põt à iudice mulctari, scd'm tñ ius ptãtis iudicis: cùm in his, q̃ sont extrema in iurisdictione, non optẽperauerit. ff. si qs ius di. nõ ob. l. vnica. licet autẽ præsens positionibᵘ rñdere recusans, declarari & haberi debeat ꝓ cõfesso, vt i. sec[b] forte est in absñte citato, vt veniat rñdere positionibᵘ, & nõ veniẽte: q̃m maior est illiᵘ cõtẽptus & cõtumacia, quàm istius: licet sit ar. cõtra i. his q̃ notanẽ i. de cõtumacia. §. j. i prin. imò iudex hoc casu bõ faciet, si illũ iteratò citat cõminãdo, q̃ nisi venerit, positiones ꝓ cõfessatis habebit & si non veniet in termino, pnũciet eũ ꝓ cõfesso haberi, nec procedat vlteriᵘ in cã, añ huiõi pronunciatione. ar. C. de iudi. l. properãdũ. Sed si absens citatos, rñdet se nolle rñdere vel venire: tunc q̃a talis est vere cõtumax, põt iudex absq; alia citatiõe declarare illũ pro cõfesso haberi: vt ꝓbatur in his q̃ no. in præ. §. viso. ver. dicũt enĩ. & seq. & in præ. §. j. ver. & no. & vide. j. §. ꝓxi. ver. itẽ nõne. ¶ † Itẽ aliud no. secũdum Azo.[c] sicut tacẽs hr̃ ꝓ negante, cum dãnosa est sibi negatio: sic pro cõfesso hñdus est, cùm dãnosa eẽt ei cõfessio si fateref: vt sup inspiciamᵘ id, quod sibi facit prçiudiciũ in pœna cõtumaciç & vtrobiq;: quia si de mẽdacio puniaẽ tanq̃ de falsa negatiõe, & falsa cõfessione. Et sic intelligẽda sunt p̃dicta iura ti. e. su. non alienũ. & l. de çtate. §. j. ij. & iij. iiij. v. & vj.[d] ¶ † Quid si qs prorsus nõ taceat, nec petenti respõdeat? verbi gra, actor ponit sic: Pono q̃ debes mihi decẽ sol. Turo. ille cõfiteẽ se debere aliquos sol. certe nõ est hæc sufficiẽs rñsio: q̃a qd' obscure diciẽ, ꝓ nõ dicto hr̃. extra, de ꝓba. in p̃ma. & de testi. cum clamor. Vnde cogẽdus est clarè, & certũ rñdere: vt j. ver. si. & iudex debet laborare vt certa sit positio vt certã possit ferre sñiam. Insti. de act. §. curare. xj. q. iij. graue. xxxiij. di. c. fi. ¶ † Itẽ nota[e] q̃ aduocatᵘ, q̃ docet clientulũ falsa rñdere, teneẽ pti alteri dãnũ resarcire, quod hac occasione ptulerit. ff. ad l. Aql. qui occidit. §. fi. extra, de iniur. & dã. da. c. fi. l. di. sæpe. Põt autẽ clientulũ docere quatuor modis rñdere, s. negãdo, cõfitẽdo, & dicẽdo se credere, vel non, vel dicẽt se dubitare: vt i. §. vj. De p̃io siqdẽ mõ, multi cõsueuerũt cõfiteri, aduocati sæpe suis clientulis dicẽtes, si hoc cõfitearis, cãm perdes: nec dicunt, si id negaueris, animã perdes. & facit extra, de iuno. Matthæus.[f] in fi. & §. v. versi. oblatis. & ex eo duplex præmiõ cõsequunẽ, s. dãnũ animæ suæ, quod est inæstimabile: vt s. §. quinto. ꝓpe fi. & pecuniæ, quod incurrit clientulus, vt iam dixi. nulli em̃ expedit negare veritatẽ: vt ff. de tribu. illud. §. pe. quę negari nõ põt: vt in libro feudo. quo tpe miles inuestit. petere debeat. c. fi. imò nocet sçpe etiã corpori. ¶ † Quia veritatẽ negãs, varijs afficiẽ pœnis. Exẽpla habes ff. de rei ved. l. fi. ff. si quadru. pau. fe. di. l. j. §. pe. ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. hoc autẽ. ff. q̃d cũ eo. l. fi. in fi. ff. de fideiuss. si dubiteẽ. §. i. C. de non nu. pe. auẽ. cõtra. C. q̃ po. in pig. hab. auẽ. itẽ si pos.[g] extra, de cri. fal. c. j. xxxiij. q. v. hæc imago. xxij. q̃o. iiij. quo sacr̃o. & q. v. si quis conuentus. extra, vt ec. cle. bene. sine di. cõ. c. vnico. v. q. v. §. sed aliud. & i. de teste. §. j. veritatẽ corruptas. & seq. ¶ † Sed nunqd est differẽtia, quo ad pœnam inter negantem, & se non credere respondentẽ? Nam leges loquunẽ de negante. C. ad l. Aquil. contra negantẽ. Certè non, quo ad Deum,[h] vel quod ad ius naturale. extra, de sum. trini. c. j. in quo rusticitas vel simplicitas vel ignorantia nõ excusat. C. de iurius voc. l. ij. de iniu. reg. restit. l. j. in auẽ. vt nõ luxu. contra na. in princi. xxxvij. di. §. fi. Item etiã in alijs nõ interest in facto ꝓprio rñdentis: maxime si sit recens: sed in alieno bñ interest. ff. ad Vel. q̃. q̃. ff. de acqui. hæredi. cùm falsum, vel dic q̃ nulla est differẽtia, dicat qs: nego, vel, nõ credo: sed est differẽtia inter propriũ factũ, & alienũ negatũ, vel nõ creditũ: vt in suo non credẽs vel negãs puniaẽ: in alieno non nisi certificatus pseueret in negatiõe vel in nõ credẽdo. ff. de li. ho. exhib. l. iij. ff. de tributo. illud. §. pe. ff. depositi. si qs inficiatᵘ. secũdum Vber. de Bo.[i] Ego dico plane, q̃ æquè prçiudicat rñsio de credulitate, sicut & scientia: vt i. §. vj. versic. hoc tñ. ¶ † Itẽ nota q̃ vbi qs nõ respondet clarè ponens sumat inde quod sibi est vtilius. ff. de iudi. si quis interrogatᵘ. T i. aũt. notat[k] q̃ rñdens obscurè, cogendus est clare & apertè rñdere: sic vt certum dimittat iudicem: vt i. versic. qd si. & in præ. l. de ætate. §. nihil. de cõfes. certum. xxviij. q. j. sic enim. prope finẽ. iiij. di. erit. de pœ. dist. vij. c. ij. Alioquin pro non responso habetur: vt in præ. §. nihil. & in ea. l. §. qui autem. & ad hoc facit extra, de sponsa. ex literis. j.

SVMMARIVM.

1. ¶ Iudex an posit cogere respondere inutili positioni.
2. Actori contra se ponenti, an sit in eius prçiudiciũ respondendum.
3. Verbum omne, nihil excipit.
4. Procuratore alicuius interrogato super positione, si dicat se nihil scire aut nihil credere, an dominus habebitur contumax tanq̃ neminẽ constituẽs procuratorem.
5. Confessus positionem contra se factam, si statim velit eam negare, vel econtra, an sit audiendus.
6. Positioni bis aut dupliciter respondens, cui responsioni standum erit.
7. Ponenti papã scripsisse vt prouideatur, an sit nulla scriptura adhibita, respondendum.
8. Verbum semel emissum, irreuocabile vocatur. Ponens, eo ipso q̃ ponit, dicitur confiteri nec potest talem confessionem reuocare.
9. Positiones seu interrogationes, quibus facilè potest actor in iudicio capi.
10. Reus an possit ponere sub conditione.
11. Debẽti certum in diẽ, vel sub cõditione, si petẽdo ponaẽ in cã q̃ debet cẽtum, qualr̃ erit respõdendũ.
12. Actor lite contestata ponens contra debitorẽ, qui debitor dicit se conditionaliter debere, adijciens, et non alio modo, an videatur cofessus.
13. Reus non videtur fateri quod nõ sentit, nec actor in iudicium deducere, quod non sentit.
14. Inesse videntur, quæ incontinenti fiunt.
15. Actor simpliciter ponens de debito, si reus respõdeat, pone quo modo: an teneatur probare actor quo modo sit tibi debitum.
16. Actor debet certum ponere; sicut & reus certum confiteri.

De quibusdam dubijs circa positiones.

DEcimò Sequitur videre de quibusdam dubitabilibus. Vnde primò nota q̃ ad quãcunq; positionẽ pars respõdere non cogiẽ, de iure illam iudex admittere non tenetur. ¶ † Sed quid si pars aduersi simplex, q̃ non discernit an positio sit admittenda vel respuẽda, nunquid iudex coget eam respondere inutili positioni? Respon. nõ, imò ex officio suo eam rejiciet. In hoc enim officium iudicis exuberat: vt ff. de interro. actio. l. j. sicut contingit in libello inepte composito. ij. quæstio. vlti. l. libellorum. xj. q. j. sacerdotibus. & in publicè excõmunicato, quem ex suo officio repellit. extra, de excep. exceptionẽ. vel heretico, vel infami. ij. q. vij. alieni. ei em̃ est probatio facienda, & ideo ipse superflua vel inutilẽ rejicere debet. ¶ † Quid si actor per imperitiam vel malitiam, facit talem positionẽ, q̃ si reus eam confiteatur, actor succumbet: nunqd nocebit actori? vtiq; argumen. extra, de rescript. ex parte decani. §. fin. extra, de diuor. ex literis. Potest enim cõtra se ponere vel cõfiteri, & crediẽ ei. xxiij.

a ¶ Secus puto. Intelligo quo ad ius ponẽtis. Nam quo ad rñdere debentẽ, non puto secᵘ, sed idem.

b ¶ Secus fortè. Et sine forte, vt not. in præ. decret. secũda de confes. in gl. per hanc.

c ¶ Secũdum Azo. qui hoc no. idẽ hoc Rof. in fi.

d ¶ §. j. ij. & iij. & iiij. v. & vj. in interrogationibus procedat. hoc in positionibus, non vbi satis est ponenti q̃ habet intẽtum, vt no. de confes. c. ij. li. vj. in gl. pe. in fi. & vt ibi scripsi, diuersitatis ratio est, quia iudex in dubio interrogat, nec intrat: ps verò ponit certũ, & intrat.

e ¶ Item not. Intrat verba Vber. de bo. vbi suprà. s. charta vltima post princ. ver. de tuis. vbi etiã ponebat solũ tres modos, vbi statim author quatuor posuit bene tñ prosequitur quartum de credulitate, sed includebat illam sub negatione, vel confessione.

f ¶ Matthæus. Vide quod super hac dictiõe scripsi de Dyno super j. glos. decre. primæ de confes. lib. vj.

g ¶ Possessor. Quod hic interposuit Vber. & vide i. §. vj. sub versi. hoc tñ. & illis continuaẽ ver, hic sequens.

h ¶ Deum. dixit Vber. q̃ aliàs esset differentia inter non est Deus, & nõ credu Deum.

i ¶ Vber. de Bobio vbi dixi.

k ¶ Autem no. Vbi i. ver. hoc modo in prin.

ADDE quãdo quis dicatur obscure respõdere, & an debeat haberi pro confesso, Bal. cõsil. ccxxviij. iij. lib.

ADDITIO.

c ¶ l. ij. Hæc remissio fuit Alb. Gal. vbi s. glo. ibi ponit opi. Io. ꝙ purè institutus habeat dimidiam. & contrariam Pil. ꝙ interim habeat totū. Et has

glo. concordat distincta forma, verborum instituentis.

d ¶ Sed &. Reassumit verba Vberti.

e ¶ Quærebatur. sēdm Vber. vbi s. & hoc cōtinebat ver. cæterùm. j. omnia intermedia ponit author, sumpta causa ex hoc ver.

f ¶ Secundum. Iste ver. & sequens fuit Albe. Gal. de test. post prin.

testamentū non fiat. C. de pac. de quæstione. ff. de acqui. hære. quod superstitis. His rationibus moti g Legistæ[g] dicerēt sēdm testamētum valere, & hæredē in eo institutum debere hæreditatē habere: aliaque in eo contēta valere: quia iuramentū contra leges præstitū non obligat. extra, de foro compe. si diligenti. C. de legi. nō dubium. x. dist. Vide tamen secundū Deū, & in foro ecclesiæ, cōtra puto. nam omne iuramētum seruandū est, quod seruari potest sine interitu salutis æternę. extra, de iureiu. si verò. extra quod met. cau. cùm dilectus. & argu. 26 ad hoc extra, de iureiur. cùm cōtingat. in fi. ¶ † Et redditio iuramēti est de iure naturali, & in præcepto. xxij. q. j. si pactum. in prin. extra, de iureiur. & si Christus. versus finem. ibi redde deo, &c. Vnde nullo modo est infringēdum: vt xxxij. q. vij. flagitia. extra, de no. oper. nun. cùm ex iniuncto. & de reg. iur. qui scandalizauerit. Idem puto in electione sepulturæ: vt not. j. de sepultu. versi. & nota[h]. fas enim fuit sibi de rebus suis, qualitercunque placuit disponere: vt ff. si quis à pa. ma. su. l. ij. xiij. q. ij. §. sed aliud. Vnde contra ordinationē iuratā sibi nō licet venire, vt s.[i] ¶ † Quid si primum testa- 27 mentū fuit generale, vt quia est in eo hæres institutus in omnibus bonis: secundum speciale, quia est hæres institutus in fundo? Rñ. rumpitur primum. Sed hæres institutus in vna re, tenetur restituere oēs res, præter fundū primo hæredi. arg. ff. ad Trebel. si quis priore. & hoc in pagano, qui non pōt decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. aliud in milite. ff. de testa. mili. quærebatur. se- 28 cundùm Vber. ¶ † Quid si is qui testamētum fecit audiēs ꝙ hæres mortuus est, facit aliud testamētum, dicēs: quia intellexi P. quē primò hæredē instituì mortuū esse, ideo talē instituo: sed post apparet primū viuere? Respon. primū testamētū ruptum est, sed prim⁹ habebit hæreditatē de æquitate. præstabit tamē legata in secūdo. ff. de hære. instit. l. fi. Vel dic primū nō rūpi: quia falsus rumor non debet obesse, vel prodesse: vt probat & no. ff. de cōdi. & demō. l. falsa. extra, de eo, q cog. cōsang. vxo. 29 suæ. c. super eo. ¶ † Quid si pater habēs tres filios, eos instituit hæredes: postea faciēs aliud testamentū, vnū solū instituit? Rñ. primū nō rumpi per secūdū: quia quantū ad institutionē nō valet: cū in eos sit fili⁹ præteritus. ff. de libe. & posthu. filius. ff. de vulg. & pup. subst. si quis cū. §. j. legata tñ debent. 30 C. de lib. præte. aut. ex causa. ¶ † Sed quid si primò fecit testamētum, postea fecit aliud, in quo sibi hæredē sub cōditione instituit: nūquid primū rūpit? Videt ꝙ nō, arg. ff. de rescind. ve. si id. Sed distingue an sit cōditio cōcepta in præsenti tēpore, an in præterito, vel in futuro. si in præsenti, vel præterito: aut est vera: & tunc ruptū est primū. aut nō: & tunc nō rūpitur. Si de futuro, licet illa nunquā existet: quia tñ existere posset, rūpit primū. ff. de iniu. rup. & irri. test. cùm in secūdo. ff de hære. insti. pater. ¶ Quid si in primo instituit capaces, in secūdo non? Rñ. primū effectu rūpi: quia non capaces de mero iure sunt hæredes, licet eis vt ab indignis hæreditas auferat. ff. de iis quib. vt indi. cùm quidā. ff. de 31 vul. sub. ex facto. in fi. ¶ † Quid si pri⁹ fecit testm̄ solēne, & postea aliud facere cœpit, sed morte præuent⁹ nō cōpleuit? Rñ. primū nō valet, quātū ad legata. & fideicōmissa: quia sola volūtate potuit illa tollere: sed quantū ad institutionē, bene valet mero iure. ff. de lega. iij. si iure facto. r. cum non denegentur actiones: sed per sententiam denegabuntur prout notat ibi. & ff. de adimen. leg. ex parte[k].

g ¶ Moti Legistæ. Hoc tenet Albert. Gal. de test. ver. pone ꝙ quidā. ibi subdebat ꝙ secus de iure Lombar. allegat Lōbar. lib. ij. de vltimis volūt. l. si quis Lōgobardus. sed, vt dicit, illud locū habet, cùm secūt traditionem rerum.

h ¶ Et not. Vide quod circa id ibi dicam.

i ¶ Vt s. Fateor ꝙ sine causa cōtrauenire nō licet, & quod agēs piurus est. tenet tñ secundū, vt plenè scripsi in quęstione sup regula, quod semel. de reg. iur. lib. vj.

ADDE vt p Oldra. consil. cxxvij. Abb cōsi. xlj. ij. lib. & ver. quid si is. adde quid ecōtra, si quis facto testamēto teneat aliud cū clausula, cassans & irritans. & facit secūdm, in quo īstituit mortuū, quē viuere putabat: an primū sic reuocatū, vide Bal. consi. xiij. secūdo lib. incipit, quidā Lucas.

k ¶ Ex parte. Si primum testamētum testator incidit, vel cancellauit, not. C. de test. l. pe. sed ibi plenius per Cy. qui distinguit, aut id fecit, quia voluit decedere intestatus, aut quia hæredes reputauit indignos, aut dubitat. in primis duobus casib⁹ cōcordat cū glo. in tertio recitat Dy. cōtradicere glo. ibi in l. proximè. ff. de his quæ in test. delen. in gl. ij. quæ vtrobique tenet in dubio venire fiscū, vt legata debeant: sed quia hoc est dicere ꝙ in dubio hæres præsumat indign⁹: ideo Dy. nō placet, qui dicēs fiscū tūc nō venire, nisi hæredes scripti probent offendisse. sed ridet Accur. ꝙ tunc cessaret hoc tertiū mēbrū: quia nō esset dubiū. Audiui Dñm meū ibi tenētē in dubio glossam verā, qui nō sunt filij. secus si essent filij, excluderēt fiscū: vt in præd. l. proximè. ver. sed in re dubia. & ff. vnde libe. l. scripto. in fi. Multa mēbra habet distinctio Cy. ibi vide. Plus tñ placet in casu dubij sic distinguere, an sc̄t⁹

Quid si

inducens rescissionem testamenti, respiciat vniformiter totũ testamentũ, quo ad institutionẽ, & legata: vt quia totũ inficit, vel totum cancellant: & tũc succedũt venientes ab intestato: vt in præ. l. pe. & ff. si tab. test. nullę exta. l. j. §. pe. Nec dici potest propter conseruationẽ legatorũ, locũ esse fisco, vt dixit glo. ex quo nec legata debentur, quæ solui esset cõtra voluntatẽ testatoris. Ad primum ff. de his, quæ in testamento delen. l. j. §. sed consulto. Ad secundùm, ff. de doli exceptio. apud Celsum. §. pręterea. & C. de fidei commis. l. fideicõmissum. Constat etiam, facilius adimi legatum quàm institutionem. patet ff. de adi. legat. l. ex parte. Si autem actus rescindens solùm respicit institutionem hæredũ, vnius, vel plurium: vt quia illa sola cancellauit: patet quòd noluit in totũ decedere intestatus: imò voluit legata deberi. ff. de milita. testam. l. tribunus. §. j. & sic non potest esse locus venientibus ab intestato: quia sic legata non deberentur: cuius contrarium voluit incidens, secundùm dictũ gl. vt soluitur legata, veniat fiscus. Aliquibus videtur quòd hæredes ab intestato adibunt: & nihilò minus debebuntur legata ex voluntate testatoris: quia reseruata institutis aut indignis, & non habẽtibus extremam voluntatem defuncti, aufertur hæreditas. ff. de vulg. & pup. sub. ex facto. §. Iulius Longinus. Prius dictis obstat ff. de his, qui. vt indi. l. cuncta. §. fi. & de his quæ in test. delen. proximè. ibi: sñia autem Imperatoris &c. nã in his erat actus totũ testamentũ cõcernens: & cùm locus est fisco cõtra id, quod primo dixit: respondetur quòd in nulla illarũ legũ stetit in finibus incisiõis, sed processit ad aliũ actum, qui prioris causam declarauit, quia subduxit nomen hæredis. Ex quo actu apparet quare inciderat, s. propter odiũ hæredis, vnius, vel plurium, & non legatariorũ: & propter id legata debentur: propter quæ soluenda locus est fisco. Probatur hæc ratio ff. de his, quæ in testa. delen. l. ij. & l. pe. in fi. Declarat enim hic actus sequens præcedentẽ. sic ff. de manu. testa. l. testamento suo. sicut & verbũ sequens arctat & declarat præcedens. ff. de verb. sign. l. seruus. & l. si cùm tibi. Adhuc opponitur de l. fi. ff. de his, quæ in test. delen. vbi testamentũ fuit cancellatũ: & tamen fisco, vel hæredibus ad intestato nõ est locus, nisi hæredes ab intestato probent voluntatẽ defuncti. Sed ratio ibi est: quia nõ dicitur testamẽtũ incisum, vbi adhuc vnũ est integrũ, & originale. ff. de bo. pos. secũ tab. l. j. §. si quis in duobus. & quẽad. test. ape. l. antepe. Sed fuit quæstio de facto: quidam solẽniter testatus, post aliquod tpˢ vocato quodã scriptore, fecit per eum scribi, quòd tũc voluit, alios instituẽdo hæredes, addẽdo, minuẽdo, & in multis alterãdo quod prius fecerat. & hæc coram duobus sine scriptore facta sunt: ordinauitq; cum illis quòd illa schedula scripta daretur certo notario, per quẽ cõfici posset instrumentũ, adhibito debito numero testiũ: antequam hoc fieret mortuus est: secũdus hæres se opponit primo, allegans iura, quę dicunt vltimam voluntatem seruandam, quæ sunt noc. de cele. missa. cum Marthæ. ver. vel vtatur. Allegat etiã l. diuus Pius. ff. de testa. mili. qui etiã habetur Insti. eo. tit. §. planè. & de testa. cùm esses. & c. relatũ. Sed fuit contrarium iudicatũ ea ratione, quia illa scriptura dato quòd verè esset sic probata, non fuit testamentũ, sed quædã dispositio ad testandũ. Datur simile de diffinitiua sententia, quæ primò scribitur, vt de scripto feratur: quæ scriptura nõ est sententia, sed dispositio ad illã. C. de sen. ex breui. reci. l. ij. de re iud. c. vlt. lib. vj. & cõgruè arguitur de sñia ad testamentũ, quod etiã dicitur sententia. C. qui testa. face. pos. hac consultissima. §. at cũ humana. facit ff. de manumis. l. seruus hac lege. Parauit igitur iste se ad testandũ. ff. de testa. si is q. Illa ergo talis dispositio, etiam si Imperator nominatus esset in illa, nõ tolleret primum testamentũ. C. de testa. l. nolumus. aperte casus diffinit l. ex

32 ¶ † Quid si aliquis fecit testamentũ, & ruptum est per mediã[a] capitis diminutionẽ: puta quia testator se dedit in arrogationẽ, & postea sui iuris effectus, vult[b] quòd valeat testamẽtũ, quod prius fecerat. Rñdeo, valet, quasi videatur iudiciõ retrogressus, quod ante fecerat. ff. de bo. pos. secũ tab. l. ij.[c] vel fortè illud additũ est à cõpilatoribus noui iuris, secũdum Vbert.[d] ¶ Quid si mulier filiũ vulgò cõceptũ in minus solẽni testamẽto instituit? Videtur quòd valeat: quia semper mater certa est. Institu. de succes. cog. §. vulgo. ¶ Quid si pater naturalis in nõ perfecto testamẽto reliquit vnciã vel dimidiã? Et videtur quòd possit. C. de cõfir. tu. l. fi. C. de natu. lib. l. ij. & l. humanitatis. ¶ Quid si filius in minus solẽni testamẽto instituit patrẽ? Videtur valere. C. de inoffi. testa. nã & si. Sed dic cõtra, arg. ff. de leg. & sena. cõ. quod verò.

33 ¶ † Sed cũ deductio Falcidiæ cesset in relictis ad pias causas, vt C. ad l. Fal. aut. similiter. & in aliis casibus, quos no. C. eo. tit. l. in testamẽto. & secũdum Inn. extra, de testa. c. tua nobis. nũquid erit idẽ in Trebellianica? Videtur quòd nõ: vt ff. ad l. Fal. l. j. §. ad municipiũ. Si enim cõditor legis de Trebellianica, sicut de Falcidia, voluisset, hoc & in hac, vt in illa statuisset: vt extra, de deci. ad audientiã. & quod nõ est expressè sancitũ, &c. vt extra, de trãsla. c. ij. §. sed neque illud. xxiij. q. j. quòd si dormierit. ff. de publica. l. de pretin. arg. cõtra in aut. de eccle. tit. §. si aũt hæres. vbi dicit, omni Falcidia vacante, Trebellianica sub noĩe Falcidiæ cõtinetur: vt not. in Summa Azo. de hæred. & Falc. Vnde dicendo, omni Falcidia, nullam excipit. extra, de maio. & obe. solitæ. prope finẽ. & videtur expressum in d. §. si autem hæres. si cõiungas cũ illo §. illũ, si quis in noĩe Dei. ibi præcedentem: vbi dicitur hæreditatẽ vel legatum. Præterea cùm non possit probabilis ratio diuersitatis assignari, quare aliud sit in Falcidia, quàm in Trebellianica? idem ius erit interpretatiuè seruandũ. nam de similibus idẽ debet esse iudicium: vt C. ad leg. Fal. §. fi. C. de cadu. tol. l. vnica. §. sed vt manifestetur. extra, de rescri. inter cæteras. extra, de cõsti. trãslato. j. q. j. quod quidã. ff. ad l. Aquil. l. illud. & l. quæsitum. & videtur etiã casus decre. Ioãnes Frangepanẽ.[e] vbi hoc no. & C. de epis. & cle. si quis ad declinandam. in multis locis & glossis eiusdem l. j. & in præ. aut. similiter. per quæ iura fuit pro hac parte iudicatũ: quãuis quidã tunc respõderint quòd ideo in præ. decre. Ioannes. & in l. si quis ad. non deducitur Trebellianica: quia nõ erat ibi qui eam deducere posset porrò legitima iure naturę debita tũc semper deducitur. arg. extra, de testa. Raynutius. & not. in præ. l. si quis ad. in prin. & in præ. aut. similiter. quãuis cõtra not. in præd. decre. Ioannes. & male[f]. ¶ Quid si Deus directè institutus est: sed hæreditas est propter legata exhausta? Dic quòd poterit ipse Deus, siue executor deducere quartã Falcidiã, siue quiuis alius.

34 ¶ † Item scias quòd de his, quæ testator præcepit restitui de illicitè acquisitis, nihil est diminuendũ vel deducendũ prætextu alicuius impositionis post obitũ testatoris, vel etiã antè, ipso in lecto ægritudinis iacente, in fraudẽ sibi factæ. fortè ab aliqua vniuersitate pro debitis, seu quibuscũque negotiis ipsius vniuersitatis: aut aliàs iuxta libitũ volũtatis: & cõtrafaciẽtes per censurã ecclesiasticã cõpelluntur. Hæc leguntur in consti. Alexã. iiij. de testa. quia nõnulli[g].

35 ¶ † Cæterùm[h] si vtraque scriptura est codicillus, possunt oẽs valere, si sibi non sint cõtrariæ prorsus: põt enim quis plures codicillos facere: nec vnus tollitur per aliũ, nisi sint cõtrarii: nec est necesse eos signari, vel testes subscribere. ff. de iure codicil. l. ius. §. codicillos. & C. eo. cùm proponas. & Insti. eo. tit. Secus aũt in testamẽto: quia a per posterius tollitur prius, vt dixi. Si verò vna

ea scriptura. ff. de test. & de leg. iij. l. fideicommissa. §. j. vbi patet, & not. quòd etiã si notarius illa scripsisset, & nõ legisset: nõ esset testamentũ. Decreta. alleg. nõ obstant: quia ibi testes probant testamentũ: hic solũ paramentũ. Ad id facit extra, de eo, qui mit. in pos. c. j. & quod ibi nota. Item terminis quæstionis ponũt aliud testamentũ prius solẽniter factũ, de cuius rescriptione tractatur, quod in illis iuribus non erat. Facit ff. de testa. hac consultissima. §. ex imperfecto. iuncto §. fina. ipsius legis. Sic etiã rñdetur ad decret. vt de succes. ab intestato.

ADDE, primò quantũ ad q. Spec. Olde. cõsi. cxix. Et adde etiam quid si primũ testamentũ fuit solenne: secũdum verò minus solẽne ratiõe præscriptionis: an primũ quo ad institutionẽ mero iure validũ remaneat. De hoc per Pet. de Anch. cõsi. cxliij. & cciiij. Sed illud est Angel. quod etiam inter cõsilia ipsius inuenies numero clxxxiij. vbi pulchrè de veritate huius ver. quo verò ad additionem Ioan. And. cũ vide per Old. consi. clxiiij. incip. circa materiam.

a ¶ Per mediã. Exemplum, quod sequitur, est de minima. Instit. de capi. dimi. §. minima.

b ¶ Vult. Declarando id codicillo, vel literis. dicit text. statim allegatus & glo. ibi tenet quòd illæ literæ habere debent quinque testes.

c ¶ L. ij. Concor. l. qui ex liberis. §. ij. & habetur idem Instit. quib. mod. test. infir. §. alio. & §. seq. Item nescio quare obscurius loquutus fuerit author quàm text. illius legis, qui sic iacet: voluntas, quæ defecerat rustico redeunte redisse intelligitur. & sic etiam posuit Azo in Summa de testamẽ. ij. col. versi. sic autem.

d ¶ Secũdùm Vber. Extra opus. in opere enim, de quo in procemio, hoc nõ dicit. Hoc dico, quia laboraui. si hoc eius dictũ habere potuissem. scire autem poteris mentem eius dicti per no. C. de inoffi. testa. omnimodo. in fi. ij. glo. & ff. eo. tit. si non mortis. in prin. Quædam enim quæ de iure Digestorum non erant. sed de iure Codicis, quãque vel vltimos Digestorũ cõpositores in illis fuerũt inserta. Vult ergo dicere quòd cùm de iure ciuili testm̃ tale non valeret, & valeret de iure prætorio: illo ponderato sic ibi addiderunt Compilatores, sicut de iure repletiõis dicunt glo. prædictæ. Sed multum differunt hi casus: nec inueni in hoc casu aliquẽ vsum his verbis: cùm de iure prætorio plenus sit liber Digestorum.

e ¶ Panẽ. Quam nõ habemus: sed de illa formata fuit decre. si pater. de test. lib. vj. vbi de hoc in glo. ergo quia. & vide quod super ea scripsi, & quod scripsit Ia. de Bel. in aut. de hære. & fal. §. si verò. expressim.

ADDE, vltra ea, quę habentur per doc. in l. Marcellus. ff. ad Trebel. & in d. l. si quis ad declinandam. quod cõmunis opinio est illa, quòd cessat Trebellianica, sicut Falcidia: vt per Bar. consi. v. & lviij. Bal. consi. vj. & lxxxviij. ij. lib. & consi. lxix. iij. lib. Ange. consi. xlj. & consi. clviij. Paul. de Ca. cõsil. cxxxiij. & clxxxij. & ccxxv. & ccl. & cclxviij. Abb. consi. xxxj. ij. volu. & lviij. j. volu. Ro. consi. ix. & ccxxvj. & lxxxv. & cccxxix. & ccvj. vbi dicit quòd vbi esset dubium, an per mortem primi fideicommissarij, quòd hæreditas esset restituenda pio loco, quòd tunc detrahitur Trebellianica: & tamen de relictis ad pias causas posuit detrahi Trebellianica, tenet Oldra. consil. cexlviij. in fi.

f ¶ Et malè. Ignoro quis ibi hoc notauerit: tamen si loquebantur de directa substitutione facta pupillo, verum dicebant illo moriente intra pubertatem: vt patet in præ. decre. si pater.

g ¶ Nonnulli. Quam hodie non habemus in vj. & sic nec pro decre. habenda est, vt in eius proœ. in fine.

h ¶ Cæterum. reassumit.

est testamentũ, & alia codicillus, vtraq; pôt valere, & vtraq; etiã deficere, ex eadẽ causa. Insti. de codicil. in li. ff. de iure codicil. ante tabulas. et lab in test. ato. ¶ Porrò volenti vtranq; scripturã reijcere, cautum esse oportet: nam licet posterior voluntas ita demũ rũpat primã ipso iure, si fuerit valida & solẽnis: vt ff. de vulg. & pupil. sub. si quis enim. in fi. tñ sæpe secũda inualida facit exceptionẽ obstare priori: vt C. de test. hac cõsultissima. §. pe. & C. ad Syl. hæreditatis. de acqr. hære. l. Clodius. ff. de leg. iij. si iure. ff. de adi. leg. ex parte. ff. de his. qui. vt indi. cũm quidã. ff. si tab. test. l. j. §. si hæres. Potest tñ ex aduerso replicari: frater, nõ cõpetit tibi exceptio. ff. de test. mili. codicil. ff. de bo. pos. secun. tab. 36 l. pe. §. j. ¶ † Quid si duo testamenta producuntur, quæ eodẽ tẽpore & die facta esse videntur: in vno cõtinetur q A. institutus est: in alio q B. De hoc a C. de edi. di. Adri. toll. l. edicto.[a] Vt autẽ cautè præmissas impugnationes euites, sic forma testamentum, & primò breuẽ formã testamenti ponamus.

b ✠ FORMA.[b] A. filius quondã B. per gratiam Iesu Christi sanus mẽte, licet languẽs corpore, suarum rerũ & bonorũ omniũ dispositionẽ per præsens nuncupatiuũ testamentũ sine scriptis hoc modo fecit: In primis quidem de bonis suis reliquit decẽ B. pro aĩa sua: de quibus dari voluit & mãdauit tantũ tali ecclesiæ. Item tali tantũ &c. de residuo verò expẽdi & distribui iussit hoc modo, &c. Et aliàs prout vtilius pro ipsius aĩa cõmissario infrà scripto visum fuerit expedire: quẽ quidẽ cõmissariũ suũ ad prædicta oĩa & singula exequenda esse voluit T. Præterea de alijs bonis reliquit iure legati D. eius nepoti tãtũ. Insuper C. ei⁹ vxori reliquit dotes suas, quæ fuerunt tantũ. Item de bonis suis reliquit eidẽ tantũ iure legati. In oĩbus aũt alijs bonis suis mobilibus & immobilibus, iuribus, & actionibus, tã præsentibus q̃ futuris, H. eius filiũ hæredẽ instituit. Et hãc suam vltimã &c. vt in sequenti forma ad fin. vsq; vltimæ voluntatis. Vt autem in his plenius instruaris, formam testamenti, conditiones, & dispositiones varias testatoris continentis subijciamus hoc modo.

✠ FOR. P. per gratiã Christi sanus mente, licet æger corpore. Vel sic: Sanus mẽte ac corpore, volẽs peregrinari p̃ succursu terræ sanctæ, mare transire desyderãs, dũ i mẽbris vigor viget corporis, & ratio regit mentẽ: quã siquidẽ rationẽ sæpe adeò languor obnubilat, vt non solũm temporaliũ rerũ, verũ etiã suipsius cogat ipsa languoris vehemẽtia obliuisci cõditionis humanæ ineuitabile desyderans debitũ peruenire res & bona sua &c. Vel sic.

✠ FOR. ¶ Dum corpus sanitate viget, mẽs interiori in semetipsa collecta pleniori vtitur ratione, quia nõ cogitur id cogitare quod dolet. Vnde tũc vltimæ iudiciũ voluntatis, in quo tranquillæ mentis rationis vsus exigit, salubrius prouidetur. Quapropter P. corpore sanus ac mẽte compos, rerum suarum dispositione per præsens &c. Vel sic.

✠ FORMA. Suprema hominũ iudicia, quibus & animæ suffragijs, & tẽporalibus curæ patrimonij, post vitæ præsentis exitũ prouidetur, etiam languente corpore, dũ tñ in mente possideat ratio, legitimè disponuntur: hinc est quia A. licet æger corpore, mentis tamen suæ compos, bonorũ tamẽ suorum dispositionem per præsens &c. Vel sic.

✠ FOR. Licet incerta mortis hora semper debeat in prudentis aĩo esse suspecta, corporis tamẽ imminẽte lãguore ipsi⁹ plus naturaliter formidat euentus: adcirco A. æger corpore &c. per præsens nũcupatiuum testm̃ sine scriptis disposuit in hũc modũ: In primis quidẽ disposuit, voluit, & mãdauit, oĩa a se recepta, & habita per vsurariã prauitatẽ, aut rapinã, aut aliã quantũcũq; illicitã, & indebitã exactionem, seu retẽtionẽ restituit, & solui de bonis suis, vsq; ad integrã satisfactionẽ, illis, à quibus eum apparuerit habuisse: pro his soluendis, & restituẽdis omnia bona sua, obnoxia, & obligata relinquens. Item pro anima sua, & parentũ suorum, reliquit de bonis suis centũ libras, de quibus dari præcepit ecclesiæ parochiali decẽ libras pro restitutione decimarum, & iuriũ subtractorũ. Item operi talis ecclesiæ quinque sol. Item cuilibet hospitali, & cuilibet loco religioso ciuitatis quinq; solidos. Item pro sepultura tantum, &c. Ad hæc omnia, & singula exequẽda, & complenda esse voluit & disposuit commissarios suos, & huius testamenti executores, T. & M. eius vxorem, & rectorem talis ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, dans eis, & mandans, & cuilibet eorũ plenam licentiã, & omnimodam, ac liberam potestatẽ: vt sine contradictione hæredis ei[c], aut alterius cuiuscunq; personæ, possit sua authoritate, de quibuscunq; bonis ipsius testatoris voluerint authoritate sua accipere, vẽdere, tradere, alienare, & obligare pro prædictis restitutionibus faciendis, & dictis legatis pro anima soluendis, & pro prædictis omnibus, & singulis exequendis, vt dictum est: & si contigeret, aliquem, vel aliquos dictorum commissariorum suorũ præmori eidem testatori, aut mori ante executionẽ omniũ præmissorum: alij, vel alius, nihilò minus prædicta omnia & singula exequãtur[c]: vel si voluerint, alium eligant loco eius. Liceat quoque eis agere, & facere procuratorem, & actorem, qui contra hæredes meos agat, ad omnia, quæ dicta sunt, exequendo: & ad pœnam testamenti petendam, & damna, & expensas à meis hæredibus exigendas: & quibuscunq; per eos, vel eorum alterum, vt dictum est, fuerit assignatũ, & obligatum: ego res meas omnes illis ex nunc obligo iure hypothecæ, id est pignoris, vt eas possint in iudicio petere, & habere: ex nunc enim mando, & facio qđ ipsi facient, mandabunt, vel dicatur vt j. §. proxi. versi. notandum quoq;. Item de bonis suis reliquit iure legati tantũ. Item tali tantũ. Itẽ M. vxori suæ reliquit dotes suas, quæ fuerunt cc li. & insuper legauit. seu reliquit ei de bonis suis xx. lib. iure legati, & tota mobilia sua. scilicet lectos, scrinia & omnes pannos lineos, & laneos quibus vtetur tempore obitus testatoris. Præterea legauit eidẽ, voluitq; & disposuit quòd ipsa sit in domo pro d hæreditate sua domina & vsufructuaria[d], quandiu vixerit, & vidualem & honestam vitam in ipsa domo seruauerit, dotes, & legatum in iudicio non petierit, & victum & vestitum habeat honorificè: onera quoq; personalia, si eam infirmari contingeret, & etiam patrimonialia, quæ contingerent suam dotem pro collationibus, vel aliquibus publicis muneribus, de mea hæreditate soluantur. Si autem filij mei se de ipsa non bene portarent. & ipsa vellet succedere ab eis, tantum habeat de bonis meis. Si verò aliam vitam elegerit, voluit eam solùm habere dotes prędictas & legatum prædictum, scilicet ipsarum xx. librarum, & mobilia suprà dicta. Item A. eius filiam sibi hæredem instituit in centum libras, quas eam habere voluit, cùm nupserit, vel religionem intrauerit: & insuper in decem libras, iubens eam, & volens his esse contentam de bonis suis. Item H. filiam suam, vel ea præmortua liberos eius superstites instituit in eo quod sibi, vel pro ea dedit nomine dotis, quando nupsit. Insuper reliquit eidem nomine benedictionis, vel augmenti decem libras: his volens, & iubens eam esse contentam. Vel sic: & iubens eam pro parte & Falcidia meorum bonorum esse contentam. argu. C. de inoffi. testamen. authen. non licet. Item dicunt quidam non sufficere, si filia instituatur in dote. Vnde dicunt sic esse dicendum: Filiam meam in centum libras, quas habuit in dotem, & insuper in centum sol. hæredem instituo: quia ex quo in aliquo etiã vilissimo instituitur, computabit dotem in legitimam. j. versi. sed super. In omnibus autem alijs bonis suis corporalibus & incorporalibus, mobilibus, immobilibus, iuribus, & actionibus, tam præsentibus, q̃ futuris. G. & C. eius filios sibi æqualibus portionibus hæredes instituit. q si contigerit ipsum ex dicta M. aut ex quacunq; alia legitima eius vxore, ex nũc filios habere peruenientes lucem, posthumos aut medio tempore natos, si masculi fuerint, ipsum, vel ipsos cum prædictis G. & C. vel altero, qui superuixerit æqualibus portionibus hæredes instituit. ¶ Si autem fœmina vna vel plures, ipsam, vel quãlibet earum sibi in centum libras Turoñ hæredem instituit. Vel sic: & si dicta M. eius vxor prægnans esset, & pareret filium vnum, vel plures posthumos, aut medio tempore natos ad lucem peruenientes: si masculus, vel masculi fuerint &c. vt iam dixi. Et hoc vltimum videtur locum habere specialiter, quando proximus suspicatur obitus testatoris. Si verò aliqua dictarum filiarum tam natarum, quàm nascendarum quàm etiam posthumarum aliquando, vel intra tale tempus decesserint sine filijs. substituit ei pupillariter & vulgariter, & per fideicommissum superstites filios masculos, vel eorum filios in stirpes, & non in capita. Et si aliquis filiorum suorum masculorum, tam natorum, quàm nasciturorum, vel etiam posthumorum aliquando, vel intra xxv. annum suæ ætatis decederet sine liberis, vel intra pupillarem ætatẽ, substituit ei pupillariter & vulgariter, & per fideicommissum superstites filios masculos, vel eorũ filios, in stirpes, & non in capita: quod si masculi, vel eorũ filij non fuerint, alias fœminas, vel eorum filios in stirpes. & non in capita. Item si omnes tam masculi, quàm fœminæ non extantibus, vel remanentibus aliquibus ex eis filijs decesserint, eo casu iussit, & voluit de bonis suis fieri hoc & hoc. Præterea voluit & disposuit quòd non obstantibus omnibus præmissis substitutionibus, possit quilibet filiorum suorum, aut filiarum suarum, testari, ac disponere de eo quod sibi relictum est, aut de eo, quod ad ipsum spectabit ex hæreditate prædicta vsque in quantitatem quinquaginta librarum in Falcidia sibi debita computandam. ¶ Item voluit, disposuit, & mãdauit, quòd prædicti filij sui masculi simul & communiter habitent, & ad diuisionem non perueniant, vsque quo omnes compleuerint xxv. annum suæ ætatis, quod si non fecerint, aut si quis eorum alios ad diuisionem

a ¶ L. edicto. Vide quod de hoc scripsi de rescriptis. c. duobus. lib. vj. super j. glo.

b ¶ FOR. Hæc forma & sequens cum primo exordio fuerunt Rolan. parte viij. in prin. quædã tamẽ addit author in fine.

c ¶ Exequãtur. Quod sequitur vsq; ibi: item de bonis. addidit author. & principium nõ videtur procedere per ea, quæ scripsi de procur. c. j. §. j. super vlti. gl. eius lib. vj. Et hic adde quod habes in forma, quæ est j. §. proxi. versi. notandum, & vide quod ibi dixi super principio: & fine ipsi⁹ formæ. & sup duobus ver. sequẽ.

d ¶ Vsufructuaria. De his verbis vide quod not. j. qui fil. sint legi. §. j. versic. quid si quis ita dixerit. & ibi dicam, quid si legat lectũ fulcitum.

a ¶ Habetur. Secus ſi ſimplici præteritione diſputauit Dyn. quæſtionem, quæ incipit, pater fecit teſtamentum, quærens ſi pater extraneum teſtamento hæredem inſtituit, & filium exhæredauit, expreſſa legitima cauſa, ſecundò fecit aliud teſtamentum, in quo alium hæredem inſtituit, & filium præterijt, & teſtamentum primum confirmauit: an exhæredatio habeat effectum. Pro ſolutione duo præmittit. Primum quòd ad hoc vt ſecũdum teſtamentum tollat primum, oportet ſic valere, quòd ex eo de iure ciuili hereditas poſsit adiri. Nec ſufficit quòd ex eo peti poſsit ſecundùm tabul. & non adiri. De ciuili remittit ad notata ff. de iniuſt. rup. & irri. teſtamento. cùm in ſecundo. & de vulga. & pupil. ſubſtitu. ſi quis cũ. §. fina. declarat quòd, vt ſecundùm rumpat primum, oportet quòd ex ſecundo quis poſsit eſſe hæres aliquo caſu. ff. de iniuſt. rupt. l. j. Inſtit. quib. mod. teſtamen. infirmã. §. poſteriore. Sed ſuccedens iure prætorio non eſt hæres, licet ſit loco hæredis. Inſtit. de bo. poſſeſ. §. quos autem. ergo ſequitur, quod prædixi. Secundùm euidentiale eſt, quòd teſtamẽtum, in quo præteritur filius exiſtẽs in poteſtate, ipſo iure eſt nullum. ff. de iniuſt. rup. l. j. licet ſi deſiſtat petere declarari, illud nullum, confirmetur de æquitate prætoris. eodem titu. l. filio præterito. Emãcipatus autem non poteſt dicere illud nullum iure veteri, vel nouo. ff. de liber. & poſthu. l. Gallus. §. in omnibus. & not. C. vnde legi. l. fina. in mag. glo. & de liber. præteri. l. fin. Licet enim per authen. de hæred. ab inteſta. §. nulla verò. ſit ſublata differentia emancipationis & patriæ poteſtatis in ſucceſsione ab inteſtato: tamẽ in iure expugnandi teſtamentum adhuc hodie remanet: quia ſuus dicit nullũ: emãcipatus verò rumpit per contra tabu. vt not. C. de colla. ſi emancipati. & de libe. præteri. authen. ex cauſa. & in l. Gallus. §. & quid ſi. Per hoc ſoluit, quòd exhæredatio habet effectum, ſi pater erat miles. qui condidit teſtamentum: cùm tunc vtrunque teſtamentum valeat iure directo. ff. de teſtamen. mili. l. quærebatur. ſi non erat miles, ſecundum teſtamentum ipſo iure nõ valet de iure ciuili, ſi filius erat in poteſtate: & ſic exhæredatio habet effectum. ff. de liber. & poſthu. l. ſi filius. & præ. l. ſi cum. §. ſi hi. ff. de vulga. & pupilla. Si verò erat emancipatus: ſecundum teſtamentum tenet de iure ciuili: & poteſt ex eo hæreditas adiri. de bono. poſſ. contra tabu. l. illud. in princi. & ſic tollitur primum per ſecundum, & ſecundum poterit tolli per contra tab. & conſequenter exhæredatio carebit effectu. Habetur ſimile ff. de iniuſt. rup. l. iij. ſed ſtante.

b ¶ L. ij. Ibi not. & alia quatuor, quæ requiruntur in illa, quæ etiam ſcripſi in decre. Ray. ſuper tertia gloſſa.

c ¶ Inſtituere. Scire debes, quòd eadem ratio formatur de emancipato, quẽ pater inſtituit in parte, quam ſibi dederat tempore emancipationis, alio fratre vniuerſaliter inſtituto: an ſcilicet ſe poſsit dicere præteritum. Inducuntur pro. quæ ſtatim alleg antur. Nam illa tunc data ſtatim fuerunt filij. C. de bonis quæ libe. l. fina. §. cùm autem. & de dona. l. ſiue emancipatis. &

nem prouocauerit, vel requiſierit, priuetur: & eũ ipſe teſtator priuauit quarta, vel dimidia, vel tanta quantitate ex ſua parte dictæ hæreditatis. quam dimidiam, vel quantitatem deuolui, & peruenire voluit ad cæteros, vel ad talem eccleſiam. Item præcepit, quòd turris, vel domus talis à nullo liberorum ſuorum poſsit extra familiam alienari eorundem: alioquin ſeruantes voluntatem eius in ſuis partibus, partem alienatam vendicent à quolibet poſſeſſore. Item voluit, & diſpoſuit, quòd dictieius filij vendere non poſsint de bonis immobilibus huius hæreditatis, quouſque exegerint xx. annum, vel tale tempus ætatis ſuæ: quod ſi cõtra fecerint, voluit quòd fiat hoc, & hoc. Tutores autem filiorum ſuorum, tam natorum, quam naſciturorum pupillorum eſſe voluit talẽ & talem. Quod ſi eundem neceſsitas vel vtilitas fuerit, cum talium conſilio propinquorum, poſsint de bonis vendere, & permutare ſine decreto, abſoluens eos, & liberans à ratione adminiſtrationis reddenda. & ipſam eis remittens. In fine autem ſic dices: Et hanc ſuam vltimã voluntatẽ eſſe voluit, quã valere voluit iure teſtamenti: quod ſi iure teſtamenti nõ valebit, valeat ſaltem iure codicillorum, vel cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis. Vel dic vt ſ. §. proximo. verſi. item vide. & ſeq. Et voluit hoc teſtamentum nuncupatiuum, ſeu hanc vltimam voluntatem, omnibus alijs eius teſtamentis, vel vltimis voluntatibus hanc retrò factis præualere: vel tam factis, quàm faciendis de cætero præualere &c. ſecundùm quod in his verbis diſponet teſtator. Et quicunque ſuorum hæredum, vel legatariorum & fideicommiſſariorum, vel econtra, hanc ſuam voluntatem fecerit, vel eam nõ obſeruauerit, vel extra iudiciũ violenter, vel in iudicio contentioſe inſtiterit, voluit quòd ſit bonorũ ſuorum expers: & quicquid illi reliquerit, teneatur per fideicommiſſum reſtituere illi, quem ſua violentia, vel contentioſe iudicialiter fatigauerit: ſiue fuerint pauperes, ſiue alij fatigati. & quilibet legatarius, vel fideicommiſſarius pro pauperibus habeat actionem, ſi fuerint fatigati. Et ſic patet, quòd teſtator poteſt grauare hæredes in eo, quod vult, niſi ſolum in debito bonorum ſubſidio: & pœnã adijcere: vt extra, de teſta. Raynal-37 dus. prope fin. & c. Raynutius. prope finem. ¶ † Si autem is, qui aliquem tenetur inſtituere ex cauſa ingratitudinis illum exhæredare velit, ita dicet:

¶ FORMA. ¶ Inſuper H. eius filium: quia manus atroces impie iniecit in eum: vel mortem ſibi per poculum veneni parauit: omnino exhæredauit: & ab omni ſubſtantia, & hæreditate ſua conſtituit alienum. B. verò ſibi hæredem inſtituit. Si autem noluit eum exhæredare, nec inſtituere, ſed præterire, cauſam tamen inſerendo ſic dicet: Præterea H. filiam ſuam vel neptem, neque inſtituit, neque exhæredauit: quia cùm eam honeſtè maritare voluiſſet, ipſa luxuriari prælegit: B. verò hæredem inſtituit. Et talis præteritio à patre, vel à matre, vel ab aliquo aſcendentium, ſiue ex parte patris, ſiue ex parte matris, cum cauſa facta pro exhæredatio-a ne habetur[a]. Hoc tamen nota quòd ſi mulier pupillarem facit ſubſtitutionem, vel etiam maſculus, qui non habet liberos in poteſtate, non valet. ff. de b vulga. & pupilla. ſubſtit. l. ij.[b] ff. de alimen. & cib. 38 lega. l. alimẽta. ¶ † Sed ſuper forma præcedẽti quæritur, an pater poſsit filiam in dote hæredem inſti-c tuere[c]? Et videtur quòd non: [d] quia dos eſt pro-d prium patrimonium mulieris: vt ff. de minori. de-e nique. §. ſed vtrum. in fine.[e] & in ſuo patrimonio nemo poteſt inſtitui. Inſtitu. de lega. §. ſed ſcire. Item dos non eſt, nec inuenitur in bonis patris. ff. de colla. bonorum. ſi filius. & ff. ad legem Falci. pater filiam. & abſceſsit à bonis patris. ff. de colla. f bono. l. fina. Reſpond. dic contra.[f] & ſic de generali conſuetudine ſeruatur. argumen. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. cautione. verſicu. quo à nobis. vbi dicitur quòd dos poteſt in legitimam imputari. & C. de inoffi. teſta. quoniam nouella. & hoc olim, & etiam hodie. Nam quæcunque olim computabantur, dum tamen aliquid, etiam modicum, relinquatur iure inſtitutionis: vt in authen. col. viij. vt cùm de appel. cogno. §. cæterum. & in nouel. in tit. quæ ſunt iuſtæ cauſæ exhæredationis. §. fin. C. de inoſ. teſt. quoniam. Et quod dicitur quòd eſt propriũ, intellige ſcilicet & quaſi: vt in præ. lege de rei vxo. act. §. & hic ex rei. vbi dicit quaſi proprium. Nam ſi prius pater obierit, reuertetur dos ad filiã: quod ſi merum patrimonium eſſet, non reuerteretur de bonis patris ad eam. Et ſic intelligitur in ea l. §. ad hoc. Item dicitur quaſi proprium patrimonium, propter id, quod habes eo. titu. authen. ſed quãuis. & ad hoc facit ff. de ſolu. qui hominem §. & ſi gener. Pater ergo dũ viuit, habet dominium dotis: & rectè in ea filiam inſtituit: ſi in ea ſit minus legig tima, fiet ſuppletio: vt in prædi. authẽ. ſed quãuis[g]. ¶ Veruntamen præmiſſus ordo non vbique ſeruatur.

in eo, quod erat proprium, inſtitui non potuit, nec etiam illud legari. C. de legat. l. proprias. Item certum, quòd inſtitutus in certis rebus alio vniuerſaliter inſtituto, habetur loco legatarij. C. de hæredib. inſtituen. l. quoties. etiam ſi ſit filius: licet in ipſo tantum valeat verbum lego, quantum inſtituo. in authenti. vt cùm de appella. cogno. §. cæterum ſi qui. Sed in effectu legatarius eſt in his coniunctis, quod inſtitutus in proprijs. l. e quòd habeatur loco legatarij, & quòd propriũ legari non potuit, & legatum valet. Non ergo ſibi vt præterito cõpetet contra tabul. C. de inofficio. teſtamen. quoniam nuper. quis non refert quid non factum, vel minus legitimè factum. ff. qui ſatiſda. cog. n. l. quoties. & facit prima opinio hic de dote. Richard. Malum. in q. quidam habens duos. placet contrarium, ſub dubio fortè: vt ſic nec poſsit dicere teſtamentũ nullum. & hoc eſt verum. nec rumpere per contra tabulas. ſed ſi habet ſuam legitimam, ſit illa cõtentus: aliàs agat ad ſupplementum. & prout ſ. de dote dicitur: ſic dico de facto ſeruari in iſto etiam caſu. Datur autem in vtroque conſilium, quod etiam de facto ſeruatur, quòd reſtituat etiam in aliquo modico vltra illa: & ſi ſtatuta ciuitatum non impedirent, ſic ageret filia dotata ad ſupplementum, ſicut emancipatus.

d ¶ Quòd non. Hoc placuit Azo. in Summa de liber. præteri. §. item debet fieri. Et hanc ſequebatur dominus meus in quæſtione, de qua ſubmittam.

e ¶ In fi. vbi hæc materia.

f ¶ Contra. Hæc fuit opi. Io. & placet Accur. vbi ſuprà.

g ¶ Quamuis. Sed incidit alia quæſtio, quam diſputauit dominus meus in legibus: an pater. qui ſimpliciter dedit dotem pro filia, ſimpliciter, id eſt, non ſtipulatus illam reddi ſibi. ſi inſtituat illam in dotem. & rebus alijs, poſsit illi ſubſtituere in dote: & tenuit quòd in dote per fideicommiſſum ſubſtituere non poſsit, poſt tempora pubertatis. nec ſequitur, ſi poteſt inſtitui: ergo & ſibi ſubſtitui. Hoc patet in debito iure naturæ. C. de inoffi. teſtamen. quoniam. ij. Dy. in l. à filia petijt. ff. ad Trebel. tenet quòd ſi pater ſubſtituit vulgariter, tenet ſubſtitutio: cum in poteſtate ſit filiæ adire, vel non adire. ff. de hæredi. inſti. l. iam dubitari. ſi ſubſtituit per fideicommiſſum, & filia habet vltra debitum bonorum ſubſidiũ, tenet in eo quod plus eſt. ff. de lega. ij. l. fina. §. filiæ. ſi non habet vltra, non tenet, per præd. l. quoniam. Hoc dictum Dy. poſuit Cyn. C. de rei vxo. actio. l. vna. §. videamus. Per hæc verba non ſoluitur quæſtio, quãdo dos excederet legitimã: cùm quæſtio formetur de inſtantia in dote, & rebus alijs: niſi intelligeretur etiam in illo exceſſu ſubſtitutionem tenere. quod non placet, ſaltem in patre non poſtulato.

ADDE, Vt per Bald. conſil. lxiij. iij. lib. & ibi quid ſi ex forma ſtatuti. dos fieret lucro mariti: an in eo, quod excedit legitimam, defalcabitur fideicommiſſum vigore ſtatuti.

tur in testamentis. Alicubi nãq; statim post proœmium scribitur hæredis institutio: eo q ipsa dicitur caput & initium testamenti. Deinde ad legata, & similia proceditur. Sed primus modus Bononiæ seruatur, & bene[a]. argu. C. de test. ambiguitates. veruntamen non refert vtrum primò legetur, & postea hæres instituatur, vt Insti. de leg. §. ante.

a ¶ Et bene. Secundum Roland. cuius fuit iste ver.

39 ¶ † Ad huius autem materiæ clariorem doctrinam scire debes[b], q testamẽtum, aliud priuatum, aliud solenne, scilicet in scriptis. Item priuatum aliud fit sine scriptis, aliud sine aliqua scriptura sub testiũ præsentia. Testamentum priuatum sine scriptis dicitur illud, quod fit sine solennitate à iure inuenta: vt patet in præmissis formis. Et tale dicitur nuncupatiuum quando videlicet coram septem testibus & tabellione testator suam voluntatem & hæredis institutionem, & alia, quæ in testamento ordinantur, nuncupat siue declarat & exprimit. Sic ponitur de conse. distin. iiij. prope fi. Nec alia solẽnitas adhibetur: quãuis illa per tabellionem redigantur in scriptis. Dicitur ergo sine scriptis, id est, sine solennitate: Insti. de testa. §. fi. C. eo. hac cõsultissima. §. per nuncupationẽ. Sine scriptura autem sic fit testamentũ nuncupatiuũ: Nam si tabellio haberi non potest, testator vocet testes septem in ciuitate: in villa verò quinq;, si plures nequit habere: & coram eis disponat suam voluntatem, & ordinationem: hæredem nominet, & instituat, legata exprimat, & illos testes roget. Hæc probantur C. de testa. l. fi. & l. hac cõsultissima. & l. publicati. Mortuo itaq; testatore is, qui ex testamento ius habet, volens huiusmodi testamẽtum probare, adhibebit iudicem, & hoc coram eo proponet: ipse verò vocatis hæredibus, legatarijs & fideicommissarijs, vel propinquis, qui habent ab intestato succedere, siue venerint, siue nõ: recipiet testes ad notitiam testamenti, & ad perpetuam memoriam: vt extra. de test. significauit. & c. Albericus. Et quilibet testis iuratus sigillatim interrogabitur de nomine, prænomine, ætate, conditione, & mentis sobrietate testatoris: de verbis, quibus vsus est in testando: de hæredis institutione, & de anno, die & loco, & de præsentibus, & de alijs. Quo facto dicta eorũ coram iudice, & de alijs septẽ testibus prædictis ad hoc vocatis, qui ius habebunt, recitabuntur, & sententialiter pronũciabũtur: easq; exstare pro plena ipsius testamẽti probatione haberi notarius autẽ in mẽbrana appositis anno Domini, & cæteris publicationibus, attestationes ipsas, item iudicis pronunciationem, & præsentiã, vel citationem prædictorũ ordinatè scribet: & demum supponet illorũ septẽ testium nomina, recitationi & pronũciationi iudicis adhibitorum. Et hæc omnia in publicam & authenticam rediget formam[c]. Veruntamen secundum M. de Fa. vocatis præmissis, & etiam eis qui fortè in alio testamento instituti dicuntur, ante huiusmodi pronunciationẽ, iudex faciet testes receptos publicari, hoc modo: Dicet enim notarius: Anno, mense, die talibus: tales corã tali iudice proposuerunt se velle probare per testes ad æternã rei memoriam testamentum talis. Qui iudex vocatis talibus, vel faciens publicè præconizari, si quis contradicere vellet: tandem quia nullus apparuit, vel quia nihil rationabile oppositum fuit, interlocutus est testes debere admitti: & mihi notario iniunxit, vt eorum dicta redigerem in scriptis. Talis ergo testis iuratus: sic dixit, & talis sic: In fine verò dicet: Lecti, & publicati sunt testes isti ad æternam rei memoriam authoritate & mandato talis iudicis in tali curia, præsentibus talibus productoribus, & talibus eorum aduersarijs, & in præsentia taliũ testiũ sub anno Dñi &c. Ego talis scripsi, & publicaui. & vide s. §. ostenso. versic. qualiter.

b ¶ Scire debes. Secundum Rolã. vbi s. author autem addit iura.

c ¶ Formam. Scdm Rolan. qui hoc continuat versic. infrà vltimo.

d ¶ Dicamus. Rub. parte viij. v. col. nõ curauit de hoc psequi dicens q nostro tempore non seruabatur. & verũ est communiter: sed adhuc aliquid seruant,

40 ¶ † Testamentum verò solenne, scilicet in scriptis, licet in continentia & tenore, & cæteris omnibus, quæ in dispositione rerum propriarum, siue de iuris solennitate, siue de testatoris voluntate necessaria sunt, parificetur, & simile sit nuncupatiuo testamẽto. Tamẽ in solẽnitatibus. & in forma magna est differentia inter ea: ex quibus substantiam & efficaciam sumit testamentum in scriptis: de quibus, & de eius forma dicamus[d].

✠ FORMA. Volens igitur ordinationẽ suam fortè fore secretã, & tutam, si literatus est, ipsemet scribat testamentũ, vel etiam per aliũ scribi faciat in mẽbrana bona & solida: in cuius parte superiore relinquatur spatium vacuũ trium, vel quatuor digitorũ: in dextro verò latere & sinistro tantundem spatij: in parte autem inferiori supersit spatium vacuum tantum, quantum palmus siue palma digitis extensis protenditur, vel circa: in medio autem horum spatiorum scribetur tenor & series testamenti. quo facto publicabitur charta ipsa, ita quòd spatium superius coniungatur cum inferiori parte: & signantur ibi tres chordulæ. In plicatura verò dextri spatij duæ: & sinistri aliæ duæ sic, vt quælibet chordula duo habeat foramina interiorem literam non lædentia vel attingentia. Quibus chordulis, singula spatia, & singula cõiuncta ligentur, ita quòd interior litera videri, vel legi nõ possit. Porrò de isto magno spatio inferiori vacuo tantum debet discoopertum relinqui, q ibi possint patenter & apertè scribi subscriptiões testatoris & testium: quibus, vel eodem die vel vno, vel pluribus diebus ante sic scriptis vel factis vel ordinatis, & postea quando placuerit testatori, vocabit septẽ testes iuratos vtrũq; literatos, & scribere sciẽtes: & nullum iuris impedimentum habentes, & coram eis testator ipsam scripturam clausam, & inuolutam, i. dictis chordulis ligatam, vt dictũ est, in manibus tenens offerre debebit dicens illud suum esse testamentũ, sua, vel talis alterius manu scriptum: & eos rogare in testes, & rogando mandare q ipsum testamentum subscribant, & signent. Ipse verò etiam se debebit sua manu subscribere, prout inferius exprimetur. Igitur ibidem, & in præsenti, vno contextu, anteq̃ ipse testator vel aliquis ex testibus inde discedãt, debebit vnusquisq; ipsorum testium annulum vel sigillum characteratum ad vnam ex chordulis appendere, siue suum, siue alterius testis, si proprium non habet. Post hoc continuò in spatio inferiori discooperto subscriptiones fient. Primò autem testator, si propria manu scripsit testamentum, se hoc modo subscribet:

✠ FORMA. Ego A. præsentem paginam clausam & ligatam in manibus tenens, infrascriptis testibus omnibus simul præsentibus pure ad hoc adhibitis & rogatis obtuli ab eis scdm iuris ordinem signandam & subscribendam, asserens quod in ea scriptum est, meum fore testamẽtum: & illud totum, & hæredis institutionẽ, & omnia & singula, quæ in eo cõtinentur, a me scripta esse, necnon coram eis ibidem præsentem subscriptionem propria manu subijcient. Si verò de mandato testatoris alius testamentum scripsit, ille taliter se subscribet:

✠ FORMA. Ego R. mandato A. literarũ ignari, vel subscribere propter corporalem ægritudinem impediti, hoc eius testamentum tam hæredis institutionem, q cætera in eo contenta suo mandato mea propria manu scripsi: & eo postea præsente paginam clausam & ligatam infra scriptis testibus ab eo vocatis & rogatis omnibus simul præsentibus offerente & asserente id, quod in ea continetur, suum esse testamentum, & à me scriptum, præsentem subscriptionem meã vice & nomine suo & eius mandato apposui, & in testimonium me subscripsi. Cæterum ibidẽ & in præ-41 senti † quilibet ex testibus taliter se subscribet:

✠ FORMA. Ego C. rogatus & præsens vnà cùm omnibus infrà scriptis, siue supra scriptis testibus, ad omnia & singula in hoc præsentis paginæ inferiori spatio facta contenta & scripta simul præsentibus & rogatis in ipsa pagina eius vtique A. testamento suo mãdato manu mea in testimonium me subscripsi, & eam sigillo proprio (si proprium habet) vel sigillo infrascripti D. signaui, habente in circulo formam aquilæ vel leonis: quod ad vnã ex chordulis suprà dictis ceræ impressi. Sic igitur septẽ sigillis appensis & factis octo subscriptionibus antedictis & cæteris rite peractis, testator testamentũ secretè studeat custodire. Ex his ergo solennitatibus substantiam capit, & vitam & nomen testamenti in scriptis: nec aliter factum valet, nisi inter filios testatoris: vt C. qui testamenta facere possunt. hac consultissima. §. ex imperfecto. & in authentica. hoc inter liberos. Præmissa probantur in prædict. l. hac consultissima. & eodem titulo. cum antiquitas. §. fina. & l. iubemus. & authen. hoc non obseruato. Institu. eod. titu. §. postea verò. vsque ad §. testes. ff. eodem. hæredes. in fi. & l. ad testium. §. signa autem. & l. penulti. & s. §. proxi. versi. tertio. & sequen. Consequenter autem is, cuius interest, postulabit illud aperiri & pu-42 blicari. Super quo dic vt s. §. ostenso. versicu. quoniam. & sequen. ¶ † Illud autem non est ignorandum, quod cæcus testari non potest sine solennitate quadam. Debet enim vocare septem testes & notarium, & coram eis exprimere se velle sine scriptis testari. Debet etiam exprimere nomina & indicia & dignitates hæredũ, quos instituit, & legata & fideicõmissa designare: quæ omnia scribenda sunt à notario coram testibus. Vel si iam scripta erant, debent coram eis recitari: & cæcus debet profiteri illud suum testamentum, & illud dispositum fore ex sui animi sententia. In fine verò in inferiori chartæ spatio debent tam quilibet testis, quam notarius se subscribere: & testium & notarij sigilla apponi debent in octo chordulis appositis. Quod si notarius haberi non potest, debet octauus testis adhiberi, vt per eum capiat effectum, quod per notarium fieri debebat, vt iam dictum est. C. de testamen. hac consultissima. quæ omnia fiunt in hunc modum:

✠ FORMA. A. licet oculorũ carens visione, tamen corpore, & mẽte sanus

sanus: vel mente tantũ sanus, sed corpore languẽs vocatis me notario & testibus infra scriptis, protestatus est, se per nuncupationem, & sine scriptis velle testari: declarans & exprimens infra scripta legata, heredum nomina, & dignitates, & iudicia, & cæteras infra scriptas dispositiones dilucide ore proprio. Coram nobis itaque bona sua testando, disposuit in hunc modum. Primo nanque pro anima sua &c. Scripta ergo clausula finali ipsius testamenti: postmodum sic in fine dicetur: Igitur prædictis omnibus coram dictis testibus apertè recitatis, & lectis, dictus A. protestatus est hoc suum esse testamentum ex sui animi sententia dispositũ, rogans infrà scriptos ad testimonium adhibitos testes esse: & vt subscriptiones suas, & sigilla secundum iuris ordinem subijciant. & apponant, & statim quilibet testis subscribat hoc modo:

FORMA. Ego P. simul cum infra scriptis alijs testibus, siue cum suprà & infrà scriptis alijs testibus, à dicto testatore adhibitis & rogatis, huic testamento & recitationi, & omnibus & singulis suprascriptis præsens interfui: & ab eodem testatore rogatus, in testimonium me subscripsi: sigillum meum propriũ: vel, si nõ habet propriũ, dicat: sigillum infrà scripti N. habens intra circulum formã agni, vel columbæ, in vna ex chordulis ceræ imprimens, & apponẽs. & eodẽ modo cæteri testes similiter. In fine autẽ tabellio se subscribet hoc modo:

FORMA, Ego L. notarius ab ipso A testatore vocatus, prædicta omnia & singula suo mandato scripsi, & scripta coram dictis testibus recitaui, & legi, & in publicã formã redegi, ab eo rogatus in testimonium me subscribens, & sigillum proprium, vel alterius talis habens talem formam pendens ad vnam ex chordulis subijciens & apponens.

43 ¶ † Et nota quòd hoc testamentum dicitur nuncupatiuum: licet multam habeat similitudinẽ cum testamento in scriptis: quia si cæcus codicillari voluerit, eadem sunt in codicillo seruanda. Hæc omnia probantur in prædic. l. hac consultissima. &

44 Institu. quibus non est per. fa. testa. §. pe. ¶ † Et in summa nota quòd partes testamenti sunt sex. Primò ponitur procemium. ff. de reg. iur. l. j. Secũdo, legata: licet quidã ponant hæredũ institutionẽ: vt §. ver. verũtamẽ. Tertiò, hæredis institutio. Quartò, substitutio. Quintò, prouidæ dispositiones testatoris. Sextò, alia clausula generalis, & hãc suã vltimã &c. Ponunt etiã & alia, puta exhæredatio, quæ & etiã substitutio, & institutio, non nisi in testõ fieri põt: vt C. de test. nõ codicillũ. Item ponitur fideicõmissum. Itẽ tutorũ datio. Itẽ pœnæ adiectio: vt extra de testa. Raynaldus. ¶ In procemio debet nomen testatoris exprimi, siue certa determinatiõe monstrari. argu. ff. de codicil. quidã. Itẽ debet dici, an in scriptis, vel sine, velit testari. Tertio debet dici status mẽtis & corporis eius. C. de transac. sanũ corpore. C. qui test. fa. pos. Senium. licet præsumatur cõpos mẽtis, ex quo test. f. C. de codicil. l. nec codicillos.

45 ¶ † Circa legata verò scias, quòd eorum triplex est

a species. Prima, illicitorum restitutio [a]. xiiij. q. vj. si res. extra de vsuris. cũ tu. Nulla enĩ legata debentur, nisi ære alieno deducto. C. de iure delibe. sancimus. § si verò creditores. j. q. j. non est putanda. ff. de fur. si pignore. §. j. Secunda, impensæ funeris, & legata ad pias causas: & post has eligitur persona cõmissarij ad ea soluenda. xix. q. vlti. c. perlatum. §. econtra. Nõ enĩ expedit hoc cõmitti fidei hæredis. de pœ. di. vj. nullus. ver. quẽ enim morbus. Tertia, legata vxoris & propinquorum. lxxxvj. dist. nõ satis. xij. q. j. expedit. Primò igitur prima, secundò secunda, tertiò tertia species seriatim ponentur.

46 ¶ † Tertio dicendum restat, de hæredis institutione. Super quo simpliciter tu Canonista nota quòd directa hæredis institutio fieri nequit, nisi in testamẽto, & nõ in codicillo, vel alia vltima voluntate. Est autẽ directa, si quis instituatur hæres directo iure ad quem testator vult peruenire suam hæreditatem, in qua eum instituit. C. de codicil. hæreditas. Instit. eo. tit. §. pe. Obliqua verò, seu fideicommissaria hæreditas relinqui potest, & in testamento, & in codicillo: vt si hæres institutus in testamẽto, vel hæres ab intestato veniens rogetur in codicillo vt hæreditatem alteri restituat: vt j. §. viso. Is enim, cui hæreditas restituetur, hæres erit per fideicommissum: & quodam modo per obliquum hæreditatẽ capiet, altero mediante: vt Instit. de fideicõmiss. hæredi. §. præterea. & §. in primis. extra, de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. Fit autem hæredis institutio verbis directis sic: Titius hæres mihi esto. vel, hæreditatis meæ dominus esto. Item etiam verbis inflexis, sic: Titium hæredẽ facio: vel instituo: vel ei iure institutionis relinquo. C. de testa. quoniam. ff. de hære. insti. his verbis. Inflexa enim dicũtur nomina in omnibus casibus suis, præterquam in nominatiuis. Idemque est, si dicit: Tibi relinquo hæreditatem, vel alia bona mea: vt C. de secun. nupt. l. hac edictali. respon. j. & Instit. de testa. mili. Per hæc enim verba videtur eũ instituisse, vt ibi probatur. quod verum est, nisi alium instituerit. Tunc enim loco legatarij habeatur: vt C. de hæred. instit. quoties. De hoc in aut. colla. j. de hære. & falcid. §. si verò nulla. Tunc potest fieri institutio purè: vt illum hæredem instituo. ff. de hæredib. insti. hæreditas. Item sub conditione: vt T. hæredem instituo, si cum filia matrimonium contraxerit. Ex certo autem tempore, aut ad certum tempus, non potest fieri institutio. Instit. de hære. instituen. §. hæres. Item potest fieri in vniuerso: vt in omnibus meis bonis T. instituo. Item in certa parte. Item in re, vel quantitate certa. C. eo. quoties. Item possunt plures simpliciter partibus non expressis. Insti. e. §. si plures. Item sic põt partim in capita, & partim in stirpem fieri: vt A. & B. filios meos, scilicet quẽlibet eorũ pro tertia, & C. & D. & E. nepotes meos filios quondã H. filij mei pro alia tertia mihi hæredes instituo. Nam & sic ab intestato vocãtur. Insti. de hære. quæ ab intest. defe. §. quia placuit. De substitutione verò nil dicimus:

47 quia satis de illa à doctoribus disputatur. ¶ † Sequitur videre de prouidis testatorũ dispositionibus: quæ quidem plures sunt. Nam quandoque prohibet hæredem detrahere Falcidiam de legatis. in aut. de hære. & Falc. §. si igitur a nobis. & §. si verò expressim. Insti. de lege Fal. §. ex diuerso. Quãdoque prohibet rei alicuius alienationẽ. Insti. de lega. §. fi. C. de his quæ pœ. not. l. j. Quandoque prouidet pupillo de tutore: vt i. de tuto. Quandoque relinquit aliquid filiæ vltra dotẽ. extra, de testa. c. Raynutius. Quãdoque etiam pœnã adijcit. C. de his quæ pœ. no. l. j. Insti. de lega. §. pœnæ quoque. & §. fi. extra, de testa. Raynaldus. & similia, vt patet suprà, in forma testamenti posita in versi. numerum. ¶ De vltima clausula dixi i. §. proxi. versicu. item vide.

a ¶ Restitutio. De male ablatis incertis, an fideicommissarij restituant, vide quod scripsi de testa. c. n. lib. vj. super versi. libere.

48 ¶ † Et breuiter nota, quod per testamentum integrũ & authenticum dari potest cuilibet hæredum, & substitutorũ, & fideicommissariorũ, & legatariorũ certa pars testamẽti: puta illa, in qua fit mẽtio de eo, quod sibi legatũ, vel relictũ est, hoc modo.

FORMA. P. sanus mente & sensu per gratiã Dei, licet languens corpore, suarum rerum, & bonorũ omnium dispositionẽ, per præsens nuncupatiuum testamentũ, sine scriptis in hunc modũ facere procurauit. In primis quidem reliquit de bonis suis pro anima sua centum lib. &c. & in fine ante alia, quæ in eodẽ testamento disposuit, tale fecit legatum his verbis expressum. Præterea de alijs bonis reliquit iure legati B. nepoti suo quinque libr. Turonẽ. In fine autẽ ipsius testamenti sic continetur: In omnibus autem alijs bonis suis mobilibus & immobilibus & actionibus, tam præsentibus, quàm futuris, Dacius filium hæredem instituit: & hanc suã vltimam voluntatẽ asserit esse velle, quã valere voluit iure testamenti. quod si iure testamẽti non valet, valeat saltem iure codicillorũ, vel cuiuscunque alterius vltimæ voluntatis. Et sic vides quod quando pars sumitur, debet poni principium, atque finis: quia per extrema colligitur medium: vt xxviij. dis. quia sunt. & specialiter hæredis institutio, & in medio poni debet illud legatum, cuius occasione sumitur pars, secundum prædictam formam.

j. ¶ Distinctio executorum & de ipsorum nominibus.
ij. ¶ Quid si executori nullum officium committitur hic, primo, & secundo. Io.
iij. ¶ Quid si dicatur, quod eius cõsilio legata soluantur. iij. iiij. & v. Io.
Coouertitur quæstio, cùm consiliarius datur executori.
iiij. ¶ Quid si cũ eius consilio hæres non cõcordat. G. & A. Ioan.
v. ¶ Quid si dicit, quod ad ipsius voluntatem fiat solu. viij. Io.
vj. ¶ Quid si malè arbitretur. ix. Io.
vij. ¶ Quid si moritur priusquam arbitretur. hoc. x. xj. & xiij. Ioan.
viij. ¶ Quid si viuens non vult arbitrari. xj. Io.
ix. ¶ An ad id cogi possit. xiij. & xv. Io.
Suppletur quod deficit de Io.
x. ¶ Quid si facit gardiatorem, vt distribuat. vj. Io.
xj. ¶ An distributor sit executor. xvij. & xviij. Io.
xij. ¶ Quid si dixit, facio te gardiatorem meum. xix. & xx. Io.
An expressa potestate agendi executor possit, vbi aliàs non liceret.
xiij ¶ Quid si vnus ex pluribus decedit, vide j. xlix.
Duæ hic sequentes non fuerunt Ioannis.
xiiij. ¶ De vsurario, qui promittit vsuras restituere.
De infirmo, qui remisit iniuriam in manu sacerdotis, dominicalis xiij.
xv. ¶ Quid si tutori filij, præcepit vsurarius, quod vsuras restitueret: & interponitur remissio sed ineptè.
xvj. ¶ De potestate executorum in agendo & exigendo, hæc cum sequenti tractantur xxij. xxiij. & xxvj. Ioan.
Impugnabitur.
xvij. ¶ Item quo iure agant, dicam §. proximè.
An minister suo nomine habeat actiones.
xviij. ¶ Quid si hæres petit sibi caueri. xlv. Io.
Impugnabitur.
xix. ¶ An executor iuret, quod bona fide agat.
xx. ¶ An eius iuramento stetur, vide j. xlviij.
Impugnabitur.
xxj. ¶ An executor agat statim mortuo testatore.
xxij. ¶ Quid si hæres vult interesse executioni. Albe. Gal.
Exponetur hoc & sequens.
xxiij. ¶ De legato tibi, vt vadas vltra mare: & nullus vadit. Alb. Gal.
xxiiij. ¶ Quando petitur legatum factum pro redemptione captiuorum.
xxv. ¶ An executor ante litis contestationem faciat procuratorem. interponit dictum Albe. Gal. fuit lxxv. Io. & hic plenius.
Supplebitur & signabitur additio authoris.
xxvj. ¶ De legato pro anima non specificato.
xxvij. ¶ De relictis pro anima non expresso hærede, an distributio sit loco hæredis. cviij. Io.
xxviij. ¶ Item si est, quas actiones intendat sub ista quæstione. Ioan. capi. ix.
xxix. ¶ De muliere tutrice & fideicommissaria. Albe. Gal.
Additur, quod etiam sibi fideicommissariis soluere potest.
xxx. ¶ An instrumenta rei legatæ sint danda legatario. Rof. fuit.
xxxj. ¶ An executor alienat bona suæ curæ commissa. ibi dicã. Additur dictum Iac. de Are. sub dubio fine.
xxxij. ¶ Quid si solùm ad aliqua bona eroganda constitutus est. xxj. Ioan.
Additur dictum Nico. Mat.
xxxiij. ¶ An aget contra debitorem quando distribuendum est debitum. xxiiij. & xxv. Io.
An executor mobilium in pios vsus agat contra debitores.
Item, an possit executor à creditoribus conueniri.
xxxiiij. ¶ An tunc satisdabit hæredem, vel legatarios ratum habituros: & an reconuentus defendere, & satisdare tenetur. xxvij. & xxix.
xxxv. ¶ An hæres restituens executori satisdationem petat de indemnitate. xxviij. Io.
xxxvj. ¶ An liberetur debitor hæreditatis soluens executori. xxx. Io.
An liberetur hæres soluendo executori, quod distribuere debet.
xxxvij. ¶ Quid si potius vult soluere hæredi, vel econtra. xxxj. Io.
xxxviij. ¶ An executor vel legatarius contra hæredem agant, vt à debitore exigant. xxxij. Ioan.
An legatarios contra nudum ministrum habeat actionem.
xxxix. ¶ Quomodo subuenitur legatarijs, executore cõtra hæredem, vel debitorem agere nolente.
xl. ¶ Quid si executor de iure, vel de facto impeditur exequi. xxxv. Io.
xlj. ¶ Quid si hæres excipit contra executorem agentem, xxxvj. & xxxvij. Ioan.
xlij. ¶ An executor cum hærede, vel debitore transigere, vel pacisci possit. xxxviij. Io.
xliij. ¶ An executor agẽs sumptus iudicis, vel notarij soluat. xxxix. Ioan.
xliiij. ¶ Coram quo aget, vel conuenitur executor. xl. Ioan. & xlj. & xlij. ibi scribam. Et hoc impugnabitur.

Secundò de priuilegiatis super legatis ad pios vsus indistinctè relictis.
Tertiò, quid si executor cõdemnat, vbi administrauit, ibi nihil habet.
xlv. ¶ An executor caueat restituere hæredibus partes captiuorũ mortuorum. xliij. & xliiij. Io.
xlvj. ¶ An tenetur inuentarium facere. xlvj. Io.
In tribus suppletur.
xlvij. ¶ An tenetur rationem reddere, & cui. xlvij. Io.
Fit vna remissio in prin. alia in fine.
Authoris quæstio declaratur, an sit, vel non sit finitum officium,
Item, an executori reddenda sit ratio.
xlviij. An stabitur ipsius sacramento. xlviij. Io.
Datur vna remissio, & fortificatur quæstio.
xlix. ¶ Quid si moritur vnus ex duobus executoribus. lj. vsque ad lv. Io. inclusiuè.
Præsumitur ius nouum & Allegatio. & so. Iac. de Are.
l. ¶ Quid si erat vnus tantùm, vel plures, & mortui sunt omnes. lvj. lvij. lviij. Io. & in fi. cxxxv. & est vltima.
lj. ¶ An præsentes exequantur nõ vocatis absentibus hic. lix. & lx. Ioan.
lij. ¶ Quid si executores discordant. lxj. & lxij. Io.
Additur in fine dictum Lambertini.
liij. ¶ An in eis sit melior conditio occupantis. hoc lxiij. lxiiij. & lxv. Ioan.
An ex duobus executoribus, vnus in iudicio agere possit.
Item, quid si vnus solus executor totum habeat in manibus.
Item, an primò conueniendus sit, qui gessit.
liiij. ¶ Quid si ex duobus alter non vult exequi. lxvj. Io.
lv. ¶ An executor suspectus remoueri possit. lxviij. lix. Io. & reliquæ vsque ad lxxiiij. inclusiuè.
lvj. ¶ Ad differant legasse Titio pro redemptione captiuorum, vel vt illa impendat in redemptionem captiuorum, lxxvj. Io.
lvij. ¶ An quilibet executor cogatur suscipere & exequi. & per quẽ, & quando hæc. lxxvij. lxxviij. lxxix. Ioan. & sub isto ordine tu bato. 8o. 81. 82. 83. 88.
Præmittitur diuisio versiculi, intermittitur quæstio de filio præterito facto executore, qui exercuit officium.
lviij. ¶ Item qualiter cogatur hic. 83. 85. 86. 87. 89. Io.
Inseritur vnum exemplum, & dictum Iaco. de Are.
lix. ¶ An executor, vel legatarij anno pendente agant contra hæredem. 90. & 91. Io.
lx. ¶ An hæres cogatur adire pendente executore, vel legataria. 92. Ioan.
lxj. ¶ Quid si non adeatur, nec fit in fraudem. 93. & 94. Io. de xcvj. remittit.
Hic corrigitur litera. Item suppletur quæstio, an sit debeantur legata hæreditate non adita, sicut libertas.
lxij. ¶ An sine executore valeat solutio, & distributio hæredis. xcvij. & xcviij. Io.
lxiij. ¶ Quid computetur in relicto ad pias causas. xcix. Ioan. vsque ad ciij. inclusiuè.
An legatum pro malè ablatis dicatur pium.
Item si pro his legasti mihi centum re sancto illa petere possum.
Item, quid si summa pro his relicta post plenam solutionem aliquid superest.
Item, an valeat legatum factum matri, per illum, qui non poterat legare, nisi pro anima.
Item de prohibito legari vxori vltra 30. & sibi legat centum distribuenda pro anima.
lxiiij. ¶ Quid si legaui ecclesiæ sanctæ Mariæ, & duæ sunt huius nominis.
Hic quæstio de illo, qui reliquit ecclesiæ nullam nominando. & remissio ad duas quæstiones.
lxv. ¶ Quid de iusso construere hospitale, non declarato loco. glossa est.
De executoribus ad ædificandum ecclesiã, qui volunt transferre monasterium inuito hærede.
Remissio ad plures quæstiones.
Item quid si iussit testator ecclesiam fieri, in ciuitate, an in Burgis fieri possit.
lxvj. ¶ An quilibet de populo agat pro executione priorum relictorum. ciiij. Ioan.
lxvij. ¶ An pauperes pro relictis habeant actionem. Albe. Gal.
An valeat institutio, vel legatum facta pauperibus, quos talis nominauerit.
Item quis tunc adeat, vel actionem intentet.
Item, an pauperes, quibus specialiter est legatum, habere debeant de summa inter pauperes distribuenda.
Item, an valeat donatio facta pauperibus nullo recipiente.
lxviij. ¶ An econtra aliquem agere possint pauperes. glo. Io.
lxix. ¶ De executore, an sit loco negotiorum gestoris. cv. Ioan.

Ponitur

Ponitur dictum Iac. de Aret. satis plenum.
lxx. ¶ An procu. cvj. Io.
lxxj. ¶ An legatarij. cvij. Io.
lxxij. ¶ An hæredis. cviij. Io.
lxxiij. ¶ De executore dato ad emendam forisfact. cx. Io.
De instituente plures cum onere emendandi forisfacta certorum ex his onus vni soli tribuens.
Et an primò venienti sit primò soluendum.
lxxiiij. ¶ An possit simpliciter monachus esse executor. cxj. Io.
In fine soluitur vna obiectio secundū Iac. de Are.
lxxv ¶ An canonicus regularis. cxij. Io.
lxxvj. ¶ An abbas & prælati religiosi. cxiij. Io.
An seruus potest esse executor.
Item an electo executore inhabili debeantur legata pia.
lxxvij. ¶ An habens dignitatem personatum vel parochialem ecclesiam. cxiiij. Io. cum sequentibus vsque ad cxx. exclusiue.
lxxviij. ¶ An episcopus vel superior. cxx. Io.
lxxix. ¶ An minor. xxv. cxxiij. Io.
Suppletio fit ad quæstio. & additur de tribus.
lxxx. ¶ An mulier. cxx. Io.
lxxxj. ¶ An in executione succedat hæres. I. Io. includens sequen.
An substitutus per executorem ex speciali potestate sibi data, eandem habeat potestam, quam ille
Item vbi latur executor esse non potest, an ex potestate data à testatore possit esse electio executoris.
Item, an executor possit alium subrogare.
lxxxij. ¶ An successor prælati s. proxima.
An executor aliquam partem relicti ad pias causas disponere possit in suam ecclesiam, vel propinquam.
Item an id, quod possit in spurium testatoris.
Item interponit, an cauere possit.
lxxxiij. ¶ An capitulum. cxxiiij. Io.
lxxxiiij. ¶ Quid si episcopus est infirmus, vel absens, an succedat capitulum. cxxv. & cxxvj. Io.
lxxxv. ¶ An Archiepiscopus. cxxviij. Io.
lxxxvj. ¶ An secularis iudex. cxxix. Io.
lxxxvij. ¶ Quid si Episcopus loci, in quo mortuus est, incoepit exequi, & superuenit Episcopus originis. cxxx. Io.
Item quid si testator in mari decessit.
lxxxviij. ¶ Quid si originem habet in vna, domicilium in alia. cxxxj. Io.
lxxxix. ¶ Intra quod tempus executor exequi debet. Ga. Reassumens antepe. s. 133. & 134.
xc. ¶ Quid si executor de suo impendit.
¶ Hoc latius prosequor post Iaco. de Rauen. de hęrede prohibito apprehendere hæreditatē, ante legata soluta.
Item an statutum ciuilium præiudicet hospitali, cui semper soluta fuerant legata pauperibus indeterminatè relicta.

SVMMARIVM.

1. ☞ Executores vltimę voluntatis, qui dicantur, & quot sint.
2. Executores vltimę voluntatir datiui, qui dicuntur.
3. Executores testamentarij legitimi, & datiui dicuntur à iure canonico simpliciter executores.
4. Executor, distributor, aut minister, nullus efficitur testamentorum, nisi ei specialiter sit commissum.
5. Testator dicens, facio talem gardiatorem meum, vt eius consilio legata soluantur, & distribuantur, an talis sit executor, vel distributor.
6. Hæredis distributio, si sit idonea, valet: aliàs non.
7. Testator dicens se velle ad arbitrium sui gardiatoris fieri distributionem, an ille erit executor.
8. Hæredis, gardiatore, seu executore ante quàm arbitretur moriente, quis in eius locum succedere debeat.
9. Distributor testamētarius, an possit dici executor.
11. Distribuere est inter plures diuidere.
12. Testamentū continens talem executorē ad complendum omnia, an talem reddat ministrum merum.
13. Pluribus executoribus testamenti existentibus, si vnus decedat, an inter eos erit ius accrescendi, vel inter superstites.
14. Sacerdos non potest esse, aut dici, hominis seruus publicus, sed solius Dei: nec per eum potest acquiri alteri actio per auditam confessionem.
15. Præceptum fœneratoris tutori filiorum suorum factum, vt vsuras restituat, an valeat.
16. Executores testamentorum, nomen & vim habēt hæredum.
17. Legatus ab aliquo, vt legatum inter aliquos distribuat, multipliciter consyderatur.
18. Legatum testamento relictum quo iure petatur.
19. Fides tutoris testamentarij, à testatore dicitur approbata.
20. Tutor testamētarius, an debeat ante bonorum distributionem præstare iuramentum.
21. Executor testamentarius si iam habuit legatum, & dicit cum iuramento, se illud expendisse in pias causas, an sit ei credendum.
22. Executores testamentarij quando possint ab hęrede legata repetere.
23. Hærede dicente se velle interesse dispositioni bonorum testamentariorum, an executor contradicere possit.
24. Executor testamentarius, an possit ante litis contestationem petere procuratorem ad petendum bona distribui.
25. Testatore dicente, relinquo pro anima mea, quod iustū fuerit, vel quod filijs meis videbitur: an agi possit ad executionem.
26. Hærede non instituto, sed tantum relictis legatis in testamentis, quis sit loco hæredis habendus.
27. Onerari tantum potest quis, quantum est honoratus.
28. Testator distributorem relinquens, eū videtur cōmittere, vt possit agere, & defendere.
29. Executor bonorum testamentariorum hæres dicitur nomine, sed non re.
30. Mulier tutrix & fidei commissaria, si tutela finita remaneat illi aliquid, an ex eo possit dare pro missa ablatis.
31. Hæres, vel distributor, an teneatur dare instrumēta legatario, quæ pertinent ad negotium rei legatæ.
32. Executor vltimæ voluntatis, an possit alienare bona curæ ipsius commissa.
33. Executor vltimæ voluntatis, an sine decreto vendere possit, vbi testator licentiam dedit.
34. Executor testamentarius agens contra debitorem hæredum, an debeat satisdare hæredem, vel legatarios rem ratam habituros.
35. Hæres rogatus restituere executori, an possit ab eo petere satisdationem, quòd eum seruabit indemnem.
36. Debitor hæreditatis, an soluendo distributori liberatur.
37. Debitor testamentario volenti potius hæredi soluere, quàm executori, an liceat.
38. Executores, vel legatarij testamentarij debita non exigentes, videntur esse in culpa.
39. Executore testamentario impedito exequi, in quē eius potestas transferatur.
40. Hæres conuentus ab executore, si contra ipsum excipiat, quod ex causa nō potest agere: an, & per quē sit cogendus ad soluendum.
41. Tutor, aut curator, an remittendo debita dent liberationem.
42. Executor testamentarius, an agere debeat causam sumptibus notarij, & iudicis.
43. Executor testamentarius, an habeat necesse cauere de restituendo hæredibus partes singulorum.
44. Distributor testamentarius, an teneatur facere inuentarium de bonis, quæ habet distribuere.
45. Simplex executor testamenti an teneatur reddere rationem Episcopo, vel hæredi, vel Prætori, vel legatarijs.
46. Sacramento simplicis commissarij seu executoris

a ¶ Disputemus. Hunc tractatum, cum his, quae addidi, publicare disposui: tamen cum clausula, saluo &c. quae ponitur in libellis. mouet vtilitas verisimiliter sequutura ex aliqua parte operis publicata: cùm per id posset in opere alicuius gratae alterationis haberi consilium, quod post Christi vicarium, & ipsius fratres requirendo suppliciter, ac excelsum Principem dominum meum dominum Hugonem Hierusalem et Cypri regem serenissimum, qui scriptorum mei familiaris sui auidus, habens cum magno sumptu omnia publicata, saepe opus hoc expediri sollicitat. & quē sine hyperbole constat omni scientia theologica, iuris vtriusque, artium, & septem liberaliū eruditum: licet ex altitudine ingenij fortiori astrorum, scilicet fortius delectetur, propter scientiarum tamen studium curā Reipublicae non omittit quod regni prosperitas patens facit. Istius verò partis praeligendae causam dedit: quia vltra praeteritas, quarum aliquae adhuc pendent, nouissimè simul occupor tribus executionibus voluntatum certorum, quos nec dispositionis executores fore sperabam, scilicet domini Guidonis Concordiensis Episcopi cordialissimi mihi patris: propter quem Bonon. Mutinae & Rhegij mihi hoc onus incumbit. Itē domini Azonis dilectissimi generi, post cuius funus mihi coniugem charissimam dies quarta subtraxit. Decuit ergo tractatū praelegi. in quo verus affectus, etiam ad hoc mouit tollē de difficultatis, quae hic in inueniendis versiculis habebatur: vt sic saltem illo commodo studētes interim fruerentur. Contulit etiam ad hoc, quia tractatus est generalissimus, & vtrique iuri, & foro communis, aliquid etiam adiecit reuelatio grandis furti. Circa quod sciendum quòd Ioan. Blancus Massiliensis vrbis, sub quatuor rubricis, prima generali, & tribus specificatis, prolixum tractatum fecit. in quo cxxxv. quaestiones inclusit. quod hoc opus praecessisse patebit intuēti illud inchoatum Mcclxij. vt in ipsius princip. cum eo, quod habetur ł. eodem titu. ad finem secundae colum. authoris. Saepe tamen, quod commōdo plures illius quaestiones author sub versicu. vno coniunxit, vt numerum decurtaret: quia verò ipse Ioan. multas ex illis plenius authore tractauit, illarum numerum describam, vt possit facile inueniri. Fuit autem minus grande furtum, in nulla parte tractatus exprimere inuentorum. Potuisset tamen ex eo moueri: quia ipse Ioh. in suo prooemio se non expressit fore doctorem. Item sciendum quòd huius §. materia per multos tractata est ante & post praedictum Ioan. vt per Vbertum de Bobio. Odofredus & Rofredus. Item Iacob. Bald. de Rauen. & Nicola. Matth. super l. nulli. & Cynus super l. ad quod pauperibus. eodem titulo. Iacobus verò de Aret. fecit tractatum de hoc, qui incipit: quia fideicommissariorum. diuidens illū in quatuor partes. Prima est vnde dicatur cōmissarius. Secunda quis possit ordinari. Tertia per quem. Quarta quod sit eius officiū. & hoc in princip. Item in medio. Item in fi. Summè placuisset quòd author sub his membris aliquibus additis, sic diuisim collocasset inferiora dispersa. Constat etiā quòd primum & tertium de paruis ferculis saturasset. Secundū. autem prosequitur in versic. lxxxiij. & sequentibus. Satis autem sit nobis, quòd ipse Ioan. aliqualiter diuisim, & author post eum licet indiuisam lōge pleniorem talem faceret, quàm alij. Interserit etiā hic author certas quaestiones aliorum. harum vtrasque saepius impugnabo. Placuisset autem valde quòd author hic fecisset versiculorū numerū, sicut fecit in §. nunc ostendendū. & §. nūc de episcoporum. ł. de legato. & in §. fina. j. de loca. & de statu mo. §. j. Et quia non attento numerū addere ad contextū, propter versiculorum iam factas allegationes innumerat: Ideo quod & alibi bis faciam, tabulam hic componam cum suo numero, quem demū extra columnam in contextu signabo: in qua etiam tabula quaestiones vtiles, & alia, quae addam, discernentur per nigrum positum post rubrum. & ne per praemissa numeri inculcentur, numeros quaestionum praedicti Ioannis, sub tabula ponam, non sub versiculis praelibatis. Vltimò sciendum est quòd vbi hic vel alibi author allegat huius titulū versiculum, numerum addam nomine reseruato. ¶ In meis autem verbis deinceps solo numero contentabor. Et sit primum in tabula.

testamentarij, ad sit standum.

47 Vno executorum testamenti moriente, an, & cui alius subrogetur.

48 Executore, vel executoribus morientibus, nullo remanente, quis vel qui debeant succedere.

49 Executores praesentes, an possint exequi testatoris voluntatem, absentibus non vocatis.

50 Duobus executoribus sibi contradicentibus, dandus est ab Episcopo tertius.

51 Negotium ab vno coeptum, an poterit per alterū explicari.

52 Vno executorum nolente se intromittere, an alter solus exequetur.

53 Executor suspectus, an poterit remoueri.

54 In fideicommisso magis spectatur voluntas testatoris, quàm verba.

56 Executor quilibet vltimae voluntatis, an sit cogendus hoc officium suscipere, & susceptum exequi.

57 Executor vltimae voluntatis qualiter sit ad executionem cogendus.

58 Executor, & legatarius, an absque libello possint cōtra haeredem procedere, vt soluat legata.

59 Haeres scriptus in testamento, si non vult haereditatem adire, an potest conueniri per executorem, aut legatarium, ad implendum testatoris voluntatem.

60 Testamentum non dicitur valere, si in eo veritas iuris, & solennitas deficiat.

61 Solutio, vel distributio legatorum facta per haeredem sine executore, an teneat.

62 Relicta personis miserabilibus, an computentur inter relicta ad pias causas.

63 Legatum factum ecclesiae sancti Martini talis loci, si in eodem loco sint duae ecclesiae eiusdem nominis, an de ambabus sit interpretandum.

64 Testator volēs fieri pontem, vel hospitale, &c. nec dicat vbi, qualiter sit intelligendum.

65 Actio de exequendis relictis ad pias causas, an sit popularis.

66 Pauperes, an habeant actionem ad relicta ad pias causas.

67 Procurator est, qui alterius mandato negotia administrat.

Executor testamentarius, an sit procurator.

68 Executor testamentarius, an habeatur loco legatarij, vel fideicommissarij.

59 Executor testamentarius, an loco haeredis sit habēdus.

70 Simplex monachus an possit fieri executor in testamento.

71 Canonicus regularis an possit fieri executor testamenti.

72 Praepositi, archidiaconi, seu alij habentes personatus & curam animarum, an possint esse executores testamentorum.

73 Episcopus, Archiepiscopus, Primas, Patriarcha, aut Cardinalis, an possint esse executores testamētarij.

74 Pias causas exercere ecclesiasticum est, non seculare.

75 Minor xxv. annis, an possit esse executor testamētarius.

76 Mulier, an possit executoris officium suscipere.

Executoris testamētarij officium, an eo defuncto transeat in haeredem.

77 Successor praelati, an debeat perficere quod praedecessor facere debuit.

78 Legitimo executori testamentario quis succedere debeat.

79 Episcopo executore testamenti infirmo, absente, vel mortuo, an capitulum exequetur.

80 Iudex secularis an possit implere officium executionis testamentariae Episcopo cōmissum, sed exequi impedito.

Iudex secularis in executione testamētorum Episcopo comparatur.

81 Episcopus potestatem generalem habere dicitur in executione testamentorum illorum, qui extra patriam decedunt.

82 Executor testatoris intra quod tēpus habeat exequi voluntatem, & perducere ad effectum.

83 Executor testamentarius, si in exequendo aliquid de bonis suis expendat, an sit computandum inter bona testatoris.

De ultimarum uoluntatum executoribus.

NVnc Verò aliqua de vltimarum voluntatum executoribus disputemus[a]. ¶ † Sciendum est igitur, quòd executor vltimae voluntatis dicitur, qui testatoris voluntatem exequi, seu adimplere debet: vt probatur extra, de testamen. tua. & c. Ioannes. & in decret. Innoc. quarti, extrauag. eodem titul. Ioan. frangepanem. in princip.[b] Executores autem alij sunt testamentarij alij legitimi, alij datiui. Testamentarij dicuntur, qui in testamento dantur. de quibus legitur ff. de alimen. & ciba. lega. l. ij. Horum est officium, defunctorum voluntates implere. Ad hoc enim constituti sunt: vt in praedict. decre. & C. de epis. & cleric. nulli. respon. primo, & secundo. & in authen. colla. ix. de eccle. titu. §. si quis autem. & §. si autem, qui facere. ff. de alimen. & ciba. lega. neque. & de his infrà tractabimus ferè per totum vsque ad versicul. lxxxiij. item circa. ¶ Legitimi[c] autem dicuntur, quibus huiusmodi potestas siue officiū datur à iure: vt est Episcopus, oeconomus, capitulum, & iudex secularis: vt infrà, versic. sed idem circa. & sequē. Iam dicetur. Aut enim testator aliquem executorem in testamento, seu vltima volūtate dimisit, aut non. Primo casu, si executor deputatus testatoris non exequatur voluntatem, Episcopus loci, vbi defunctus habebat domiciliū, seu eius oeconomos, vel etiam Episcopus loci, vnde originem duxit:[d] vt in praedi. l. nulli. §. primo. debet

b ¶ In princip. De hac dixi ł. §. compendiosè. ad fi.

c ¶ Legitimi. Verba Io. sub quaestione cxxiiij.

d ¶ Originem duxit. De hoc j. versi. xliiij. ibi: sed coram quo. & lvij. versi. hoc etiam quaeritur. ibi: cogere autem, &c.

ADDITIO. ¶ Adde videndum Cardina. zaba. in cap. tua. de testa Henri. Ferran.

illum

illum primò, & secundo admonere per publicas personas: qui si sic monitus nolit exequi, perdit lucrum, quod ex ipsa vltima voluntate habiturus erat: & tam illud lucrum, quàm etiã relictum, quod per eum distribuendum fuerat cum fructibus, & augmentis medij temporis, Episcopus vendicabit: & quae testator iussit, per eum implebuntur. Et hæc obtinet in relictis ad pias causas [a]. Hæc & alia leguntur in aut. de eccle.titu. §. si quis autem pro redemptio. & §. sequen. & infrà ver. lviij. quæritur autem. Si verò nullum executorẽ dimisit, per quẽ executio fiat in huiusmodi pijs causis: idem Episcopus, vel eius, seu etiam ecclesiæ oeconomus testatoris voluntatem impleat, secundùm formam in præd. l. nulli contentam, etiam si testator interdixerit hoc per eos fieri: vt in authent. eodem titu. § si autem specialiter. & §. sequen. et §. in omnibus. extra de testa. tua. C. de episc. & cle. si quis. Adde §. primum. & §. si autẽ. quòd si testator sit barbaræ nationis, vel etiam sit ciuis decedẽs in aliqua villa vel vico, Episcopus ciuitatis hoc exequatur: & si ipse his negligens fuerit, denuncietur hoc Metropolitano, vt ipse hoc faciat: vt in prædicto §. si autem qui. & §. sequen. Inuenitur etiam casus, in quo ecclesia habet huiusmodi executionem: vt in authentica col. viij. vt cùm de appella. cogno. §. si vnum [b]. De his legitimis executoribus dicetur infrà, versiculo Sed lex est circa. vsque in finem.

2 ¶ † Datiui verò [c] sunt, qui vocatis hæredibus testatoris dantur à iudice, vel consule ciuitatis: & hi executores præstabunt alimenta libertis, quibus relicta sunt aut ex voluntate defuncti, si ipse ea ordinauerit. Is autem executor cauebit eis, quibus relicta debentur, se illis ea redditurum: vt hæc, & alia colliguntur ff. de alimen. & ciba. lega. l. ij. §. primo. Plura autem de his quæ inferius de testamentarijs scripta sunt, locum habere possunt etiam in datiuis.

3 ¶ † Porrò [d] omnes hi executores à iure canonico simpliciter executores appellantur: vt in prædict. decret. tua. & cap. Ioannes. & in prædict. extraua. Ioannes frange panem. in princip. sicut & omnes administratores, procuratores vocantur: vt supra de his qui alie. no. in iudi. interue. ad fin. titu. Secundùm leges autem dici possunt diuisores: vt ff. de alimen. & ciba. lega. l. pecuniæ. vel distributores, secundùm Roge. qui exponit verbum illud, pecuniæ diuisio, [e] id est, distributio. Nam secundùm eum, distribuere & diuidere idem est. de hoc infrà versicu. xj. Sed an distributores possint etiam dici dispensatores: vt in authentica colla. viij. vt lice. mat. & auiæ. §. primo. xliiij. distinct. dispensatio. Dicuntur etiam ministri quia ministeriũ eis dicitur commissũ: vt ff. de lega. iij. si quis Titio. xxxiij. distinct. cap. j. & xxiij. distinct. ministrum. Accur. autem more Canonistarum vocat eos executores [f] in gloss. posita C. de donatio. si quis pro redemptione responso primo. & etiam Roff. in lib. suo, vbi tractat de actio. ex testamento. §. item quid erit. Sed Vbert. de Boblo vocat eos executores, & fideicommissarios. super præd. l. nulli. Respon. primo. Gof. autem no. extra eo. Ioannes. quòd impropriè dicuntur executores. Nam propriè dicitur executor, qui sententiam ad effectum perducit: [g] vt C. de exec. rei iudi. l. j. extra de crimi. falsi. super eo. secunda quæstione sexta. ab executore. Sed certè pari ratione dici potest executor, qui vltimam voluntatem ad effectum perducit: vt in prædic. decret. Ioannes. [h] quia & hinc inde dicitur iudicium. C. de sacrosanct. eccle. l. j. extra, de verborum significa. forus. §. vocatur. Et etiam hæc videntur quo ad quædam æquiparari. ff. de pigno. actio. non est. Prouinciales autem vulgares tales gardiatores à gardio: quod vulgariter dicitur testamentum.

4 ¶ † Secundò, Quid ergo, si testator in testamẽto post legata dixit: Titium meum gardiatorem facio nihil officij sibi committens expressè? nunquid talis poterit exequi testatoris voluntatem? Et videtur quòd non sit executor, neque distributor, nec minister: cùm nulla executio, nulla distributio, nulla diuisio sit ei commissa. argumen. C. de fer. à nullo. extra, de verborum significatio. c. forus §. in omni. lxviij. distinctio. corepiscopi. in fine. ¶ Dic quòd aut est constitutus gardiator, nullo hærede relicto: & tũc intelligitur executor, vel distributor siue minister, seu dispensator ordinatus ad omnia exequenda. argumen. ff. de tutelis. l. qui habet §. finali. ff. de appellatio. l. Seio. in princip. ff. de administra. tuto. l. quoties. §. final. ff. de adulterijs. l. denunciasse. responso secundo. extra, de procurato. petitio. extra, de offic. iudic. delega. pastoralis. responso primo. Et hoc ideo, vt res magis valeat, quàm pereat. ff. de reb. dub. quoties. & l. cùm in testamento. extra, de fide instrumen. c. inter. §. cæterùm. Aut aliquo hærede relicto [i]: vt tunc habeat inane nomen gardiatoris: vt supra proximè. Vel dic quòd consuetudo generalis interpretatur, vt intelligatur constitutus ad omnia, quæ pertinent ad officium prædictorum: vt in prædic. concord. & ff. de lega. tertio. l. hoc legatum. ff. pro socio. l. coiri. Consuetudo enim est optima legum interpres. extra, de consuetud. cùm dilectus. ff. de legi. & senatuscon. l. de interpretatione. Sẽper tamen attẽdẽdum est, quid testator voluerit. ff. de verborum significa. quisquis. & illud seruandum est. ff. de reb. dub. qui hæredi.

5 ¶ † Tertiò, Sed quid si dixit sic: facio Titiũ gardiatorem meum [k]: vt eius consilio legata soluantur, & distribuantur. Et videtur quòd talis non est executor, vel distributor. argumen ff. de administra. tuto. pater. & l. Titium & Mæuium. in princip. quia nullum officium est sibi commissum: vt supra, versic. proxi. sed nec talis poterit cogi consulere. argumen. x. q. ij. precariæ. xj. q. iij. nõ licet. C. de asser. l. prima. ff. eodem. diem. nisi fortè testator ob hoc sibi aliquid legauerit, quod ipse agnouit. C. de conditio. & demonstra. si cui. Vel dic quòd erit honoratius gardiator, quasi obseruator actionis hæredis, & custos. argumen. ff. de administra. tuto. si plures. § j. xxiij. distinctio. c. j. versic. princip. ibi: præduces sunt &c. extra, de ma. & obedien. cap. j. valebit solutio & distributio legatorum per hæredem facta, si ille requisitus noluit testatoris agnoscere voluntatem. extra, de arbitr. cùm olim. & de elect. cùm in veteri. ff. de administratio. tut. cùm pater. aliàs incipit, quidam. §. Papinianus. ff. de verborum signific. coram. Secus si eius consilium non fuerit requisitum: [l] vt in prædict. concor. vt extra, de loca. & condu. c. potuit [m].

6 ¶ † Quartò, Quid igitur si voluntatem testatoris agnoscit: sed eius consilium cum hæredis voto non concordat? Dic quòd valeat hæredis distributio, si sit idonea: alioquin non: vt in prædic. decre. cùm olim. & de elec. causam quæ. in præd. l. Titium. ff. manda. l. ij. §. fina. præsertim si illius consi-

---

a ¶ Ad pias causas. An autem habeat Episcopus executionem in non pijs plenè scripsi super decre. Ioan. vlt. q.

b ¶ §. si vnum. Ibi bona decedentis in captiuitate neglecti per liberos ecclesiæ originis applicantur, quæ facto inuẽtario illi reseruare debet ad redemptionem captiuorum: vt sic quod in patris redemptione non fuit impensum, aliorum redemptioni proficiat: vt per id defuncti anima subleuetur.

c ¶ Datiui verò. versicu. Ioan. in fine tractatus Iaco. de Rauen. non est ausus dicere quòd executor detur à iudice: dicens hoc iure nõ expressum allegat Marti. in authen. ó. de eccle. titu. §. si quis. hæc dixit Io. l. nulli. C. de episco. & cleri. Cyn. ponens hoc dictum eod. titu. l. id quod. alleg. de san. episco. §. qui abundat. in vtroque ca. & per te videas. hoc scias quòd Io. illam solam legem pro datiuo allegat, quam author infrà. Ad quã tamen Ia. respondere posset, quòd illa nõ est executio voluntatis: quia cessaret vnico hærede relicto. Est ergo quædam prouisio contra difficultatẽ prouenientem ex pluralitate hæredum illius qui legauerat alimenta libertis.

d ¶ Porrò. Verba sunt ipsius Ioannis in princip. post procemium.

e ¶ Diuisio. Textus dicit legatorum diuisio.

f ¶ Executores. Io. dixit cõmissarios, & malè fecit Gul. mutando. Primò, quia hoc verum: illud falsum. Et idẽ vide in l. diuus. ff. si cui plus quã per legẽ falcid. & in aut. de eccl. tit. §. si quis autem pro redemptione. Secundò, quia allegatio sequens Roff. est secundùm veram literam vera, secundũ falsam, est falsa. quæ fecit me aliàs satis musare. Vt aũt dicit Iaco. de Are. congruit nomẽ cõmissariorum illis, quibus committitur aliquid disponendum.

g ¶ Perducit. Sed hoc nõ videtur obstare: cũ & testamentũ dicatur sententia. ff. de testa. l. j. in aut. de hæred. & fal. §. si verò expressum. & § seq.

h ¶ Ioannes. Vide quod ibi scripsi super verbo, executores.

i ¶ Relicto. De hoc j. ver. sed si sit. in fi. xxvij. est.

k ¶ Meum. Vt Ioan. ponderabat istud. vt quod designat modum. & sic seruando necessariò videbatur. C. de his, quæ sub mod. l. iij. & extra, de restitu. spolia. Pisanis. De primo no. de condi. oppo. verum. in fi. ij. glo.

l ¶ Requisitum. Sup. & congruo tempore expectatum responsum, per eã dẽ iura, est hoc arbitrarium secundùm Ioan.

m ¶ Potuit. Iacob. de Aretio mutat terminos, scilicet, cùm consiliarius datur executori: vt quia iubet, quòd ex consilio Titij executor cuncta disponat. Ad partẽ. q. sine ipsius consilio valeãt acta per executorem, alleg: hoc ff. de administra. tuto. quidã decedens. §. Paulus. & l. Titium. §. primo. Itẽ, quid valeret quærere, ex quo non tenetur sequi. ff. mandati. l. secunda. extra, de arbi. c. cùm olim. In contrariũ allegat voluntatem defuncti omnino sequendam, si fieri pot. l. C. de lega. l. cum quæstio. in authen. de nup. §. disponat. in authenti. de iureiuran. quod à morien. præst. in princip. Fiat igitur distributio vt mandauit. ff. de institu. sed pupillus. §. conditio. & de exerci. l. j. §. si plures. extra, de dilatio. cùm in veteri. de offi. de legati. c. venerabili. Non obstat lex, quidam decedens. quia cum sub iuris veteris. hoc vide s. de tut. §. nunc vidẽdum. versi. vt autẽ, non posset testamẽto mandari matri tutela communiũ liberorum. ff. de testamen. tute. l. iure nostro. nec poterit mandari aliud simile, ne circumueniatur lex. ff. de spõsa. l. oratio. & de tuto. & cura. da. ab his. l. scire. Talis tamen licet teneatur consiliũ requirere, non tamẽ tenetur illud sequi: vt in prædic. decre. cùm olim. & c. cùm veteri. Et si dicas, ad quid ergo requiritur? Respondetur, quod trahi posset in sententiam consulentis: vt in prædi. c. cùm olim. & statim sequitur. Vide quod de requisitione consilij plenè scripsi super regula, nullus ex consilio. lib. vj. post quæstiones iiij.

ADDE, vt per Auge. consi. xciij.

a ¶Quia. Hæc ratio no. in præd. dec. cùm olim.
b ¶Succedat. arg. sup. q expiret.
c ¶Quidam dicunt. Alb. Pap. vt dicit Ioan.
d ¶Alij contra. Scilicet Io. author huius tractatus, qui dicit eum præcisè cogendum prætoris remedijs, captis pignoribus & distractis, & mulctis impositis. ff. de cõfes. certum. j. respon. & de vent. inspi. l. j. §. ex hoc. vide j. ver. a lviij. quæritur aũt. ibi, posset etiam dici.
e ¶Dictis. Psal. cxj.
f ¶Euangelio. Ioan. vj. post prin.
g ¶Accessissent. Et de concess. præben. c. vlti. lib. vj. versi. si autem.
h ¶Videtur. secundùm Ioã. per l. illã. & hoc intelliges p ea, quæ no. & dixi in prin. l. versi. dati ui. Hoc autem author interponit ad verba Ioan. vsq; ad versi. & scias.
i ¶Concessit. Vide hoc plenius infrà, versiculo, & scias. xvj. est.
k ¶Testamẽti. Supra q̃ incipit, licet incerta. & incipit ibi: & ad hæc oĩa. In forma aũt ipsi⁹ addit Rolã. hãc formã, q̃ aliqd supplet. subdit etiã ibi scilicet in formulari, quod tñ posuerat vbi supra, de potestate vẽdẽdi &c. & de formis exequẽdi altero impedito, vel nõ exequẽdi sine consilio & consensu talis: & sic in casum discordiæ volebat, vel nolebat stari maiori parti. Sed quærit Gul. de Cu. super l. nulli. an ex vi talium verborũ, quibus datur potestas agendi, petendi, vendendi, &c. detur eis actio contra hæredes, in casu quo aliàs non agerent: vt quia non ad pias causas? arguit quòd sic, ex l. generali, quia dicitur testatoris volũtatem sequendam.

lium non sit vtile: licet enim hæres non teneatur eius sequi consilium: vt extra, de renuncia. lectæ. debet tamen requirere: quia[a] fortè illius sententia mouebit hæredem ad melius, vel ad bonum. argumentum xxxj. distinctio. Nicæna. ff. de arbit. item si vnus. §. fina. & l. sequen. in fine. xx. distinct. de quibus. in fine. C. de fideicommis. quæstionem.

¶†Quintò, Quid si testator dicit: volo quòd ad voluntatem mei gardiatoris, siue executoris, siue eius arbitrio fiat distributio, & legatorum solutio? Et videtur quòd erit ille executor, siue diuisor. Hæres enim habet eius voluntatem, & arbitrium sequi in prædictis. argumen. ff. de verborum obligationib. si quis arbitratu. & l. sequenti. & l. si seruus. responso primo. ff. pro soc. si coita. C. de fideicommis. l. finali. C. de contrahen. emptio. l. fina. ff. quarum rerum actio non da. l. prima. in princi. vnde quasi executor censetur. ff. de condict. & demonstra. in quibus. §. fina. & erit ad instar honorarij tutoris: vt supra versic. iij. sed quid si. ¶Sextò, Quid si malè fuit arbitratus? Et videtur quòd hæres non tenetur sequi arbitrium eius: sed ipse per se facere potest. ff. de administra. tuto. pater. Alias incipit, quidam. §. Papinianus. ff. de muneri. & honorib. vt gradatim. §. j. extra, de arbitr. cùm olim. ad finem. extra, de iureiuran. c. Quintavallis. & c. veniens. extra, de elect. in causis. Alij dicunt ut dubium eundem fore ad arbitrium boni viri. argumẽ. extra, de regul. & transeun. ad reli. licet. vltra med. ff. de contrahen. emptio. l. fina. & l. hæc venditio. ff. pro socio. si societatem. & l. sequen. de pœnitẽ. distinct. vj. c. j. prope princip. versicu. flet ad fratres. Si verò certum sit ipsum malè arbitratũ fuisse, tunc hæredes per se faciant. ¶Alij dicũt, quòd si de omnibus fuerit arbitratus, functus est officio suo, nec vlterius est cogendus. ff. de arbitr. l. diem. ff. de re iudica. iudex. extra, de officio delegat. in literis. Si verò de quibusdam tantùm, cogendus est iterum arbitrari. ff. de arbit. quid tamen. argumen. extra, de testamen. tua. & de elect. cum terra. prope finem. ¶†Septimò, Sed pone quòd prius moritur, quàm arbitretur, vel quàm eius voluntas declaretur: nunquid expirat, vel est in causa caduci legatum: & an Episcop⁹ in locũ eius succedat. & videtur q euanescit: nec aliquis in locum eius succedit: argumẽ[b]. ff. de verbo. obligatio. si quis arbitratu. & l. sequenti. & l. si seruus. responso primo. extra, de offic. delega. c. fina. Argumen. contra, quòd Episcopus in locum eius succedat, sicut & succedit, cuilibet executori, testatoris voluntatem non implenti. C. de episcop. & cleric. l. nullus. §. primo. in authentic. de eccle. titu. §. si autem qui hoc facere. & in prædict. c. tua. & sic non videtur legatũ euanescere. Dicunt quidam, quòd quando testator dixit, lego decem pro alimentis pauperum, voluntate vel arbitrio talis, &c. hic duo continentur, scilicet ipsum legatum, & quòd distributio & solutio fiat de voluntate ipsius. Vnde licet alterũ, scilicet distributio de voluntate illius morte præuenti fieri non possit: nihilò minus tamen legatum manet. extra, de dolo & contumacia. cùm dilecti. extra, de restit. spolia. Pisanis. ff. de conditionib. & demonstration. hæc scriptura. Nec perìbit legatũ, imò quo ad illud soluendũ, est testatoris implenda voluntas. ff. de condi. institu. l. turpia. §. primo & secũdo. & l. si fundus. §. Iulianus. Nec succedet Episcopus. Vel potest dici, quòd si talis sit executor, succedet Episcopus. & vide j. versic. xiiij. quid si sunt. ¶Octauò. Sed quid si ille viuens non vult arbitrari? Et videtur quòd legatum euanescit. C. de contrahenda emptio. l. fina. extra, de testi. sciscitatus. & de offic. delega. prudentiã. §. primo. Sed dic contra, argumentum C. de in-

stitu. & substitu. l. prima. ff. de conditioni. & demon. l. Titius. Nonò. ¶Sed an poterit cogi arbitrari, & suam dicere voluntatem? Quidam[c] dicunt quòd non: vt in prædicta l. de contrahenda emp. in authenti. colla. viij. vt lice. ma. & auiæ. §. si verò. argumentum contra. ff. de arbi. Labeo. quod non negat se velle arbitrari: negotium tamen tenet in suspenso. Dicunt quidam non esse cogendum. Alij[d] contra. ¶†Decimò. Sed pone, testator dixit: facio talem gardiatorem, vt per eum fiat distributio rei legatæ, seu quantitatis? Certè talis est executor indubitanter, seu distributor: quia hoc sonãt hæc verba. ff. de solutio. l. finali. ¶Vndecimò. Sed an distributor dicendus est executor? Et videtur quòd non. Nam distributor videtur solùm esse diuisor: cui momentanea & voluntaria tantùm cura est iniuncta. Nam alia est causa executoris, quàm necessitas præbendorum & alimentorum ad exequendum adstrinxit: vt ff. de alimentis & cibarijs legatis. pecuniæ. Nec videtur etiam dici posse minister, qui habet diuidere, siue soluere, siue exequi: vt eodem titulo l. tertia. Sed quod idem sint distributor & executor, videtur ex verbis Prophetæ dicentis:[e] Dispersit, dedit pauperibus. & in Euangelio:[f] Distribuit discumbentibus. & argu. extra, de appellat. nouit. ¶†Distribuere enim, est inter plures diuidere. argumentum extra de constitut. cùm accessissent.[g] Item, quòd distributor idem sit quod minister, vel executor, vel solutor probatur ff. de alimentis & cibarijs legatis. l. iij. ff. de legatis primo. quidam. §. secundo. ff. si cui plus quàm per l. Falcidiam. l. prima. §. diuus. videtur autem inter hæc officia esse differentia, vt infrà versi. xl. de executore. Item quòd distributor sit idem quod diuisor probatur ij. quæstio. j. si peccauerit. ibi: distribuite tempora, & c. verũ est quòd distributor est solutor, siue executor. De hoc suprà versic. porro. sub versicu. primo. ¶†Duodecimò. Sed quid erit, si testator ita dicit: facio T. gardiatorem meum, volens per eũ fieri solutionem legatorum? Et videtur quòd iste sit merus executor, vel minister non habens potestatem diuidendi, vel distribuendi, sed solùm soluendi. & de tali loqui videtur prædicta lex ff. de alimentis & cibarijs legatis. l. tertia. præsertim si testator fecerit diuisionem legati. quod si nullam fecerit, nec etiam designauerit personam, per quam fiat: adhuc idem videtur, vt nullam habeat potestatem, sicut nec merus executor, vt extra, de officio legati. pastoralis. §. quia. & de appel. nouit. & hic hæres diuidet. Argumen. contra, quòd executor, qui habet soluere, debeat diuidere, & soluere suo arbitrio: vt in prædicta l. tertia. de alimentis & cibarijs legat. & hoc verius videtur.[h] ¶†Notandum quoque est, quòd si in testamento dicitur: facio talem executorem ad complendum omnia prædicta & singula: & nihil aliud. iste est merus minister, & pecuniam sibi datam dispensare potest: sed aduersus hæredem nullam habet actionem: nec aliquid potest, nisi inquantum testator ei concessit.[i] vnde si testator velit, dicat prout habetur j. proximo ver. in forma testamenti.[k] Vel sic.

¶FORMA. Dans & tribuens ei plenam ac commodam & liberam potestatem, atq; generale mandatum cum libera administratione exigendi, petẽdi, & recipiẽdi ab hæredibus infrà scriptis, vel etiã à suis debitoribus, à quibus eorũ voluerit sufficientem & integram pecuniam, pro prædictis omnibus, & singulis exequẽdis: & contra eos habeat causam agendi, & ipsos cũ effectu conueniendi: & mandauit dictis hæredibus, quòd dictam pecuniam sine lite & molestia ipsi executori dent, & tradant: alioqvin pœnæ nomine eos damnauit in decem

Tabellio æquiualet testi rogato: quia debet esse rogatus. §. breuiter. sed pone. vide j. §. tabel. & de teste. §. an de consuetudine. ¶ An tutor agens, tenetur producere inuentarium. ff. ad legem Falcid. l. marinus. per Iaco. ¶ Instrumentũ est solennis, & rite ordinata scriptura per authenticę personę manum confecta ad memoriam rei gestę. ff. de pigno. l. contrahitur. G. ¶ Instrumentum quandoq; continet probationem rei, quandoq; essentiam rei & probationem: & quandoq; essentiam, & non probationem. Aut enim fit instrumentum ad probãdum: & tunc continet probationem non essentiam. Aut ad contrahendum: & tunc si est publicum, continet probationem & essentiam. Si priuatum, continet essentiam, & non probationem. Facit ff. de pac. l. Labeo. ff. de pign. l. cùm tabernam. §. j. C. de fide instru. l. contractus. ff. de actio. & oblig. nõ figura. ff. de regu. iu. l. exigere dotem. cum simi. Bal. vide circa hoc §. nunc videndum. versi. iij. & tit. j. ¶ Quot sint de solennitate publici instrumẽti: & qualiter colligatur indictio. in §. breuiter post annos domini. G. ¶ Suspicio, quæ nascitur ex forma instrumenti, vitiat probationem: secus si quis clam factum. ver. & scias. G. ¶ Tabellio licet fuerit præsens non potest conficere instrumentum, nisi fuerit rogatus scribere. versi. sed pone. G. vide i. §. j. j. §. in eod. & hic in §. breuiter. ver. vtrum confitendo. ¶ An notarius teneatur sæpius edere instrumentum: dic quòd nõ nisi casu probato, saltem per iuramentum. §. postq̃. versic. sed nunquid. G. C. ne de stat. l. nec casu. lib. x. ff. de eden. l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de bo. autho. iudi. posid. l. fi. Bald. versi. vbi autem. vide j. §. si creditor. & § primum. In eo quod pendet ex cõmuni consensu, notarius debet esse ab vtraq; parte rogatus. secus in eo quod continet factum vnius tantùm, vt in protestatione, testamento, & similibus. not. in aut. de tabel. §. nos autem. versic. sed nunquid est. G. & §. postquam. ver. vbi autem instrumentum. G. Si creditor petit sibi refici instrumentũ, admittitur exceptio debitoris de solutione: & non fit refectio, versi. quid si forte. G. quia apparet quòd petit per calumniam, animo vexandi debitorem liberatum: & fuit sic de facto consultum per Iaco. Bu. vide i. §. notarius. Non creditur exemplo, ex sola authoritate notarij: quia non est hoc officium suum, cùm non interfuerit facto. §. ostenso. versi. non tamen. G. Exemplum verò, quod sumitur ab ipso eodem notario rogato extrahitur de protocollo, non est exemplum, sed originale: quia pertinet ad officium suum, cùm fuerit originaliter rogatus: vt §. postq̃. in princip. per G. & ff. de leg. ij. l. Sempronius Proculo. per Bart. vide i. an notarius. & §. instrumentum. ¶ Etiam subscriptione decem notariorũ in sumpto sine iudice, non creditur. G. versi. sed nunquid. G. quia approbare vel improbare, est sentẽtia, quæ pertinet ad iudicem, non ad tabellionem, secundum G. ¶ Et mortuo notario, non potest alius notarius propria authoritate cõplere rogationes, etiam de consensu partium. versi. illud quoq; j. versic. & nota. G. ¶ Vnum instrumentum completur ex alteri contiguo. §. si in vitium tabularum. versi. quod si forte. G. ¶ Iudex non potest facere apponi ea, quæ sunt facti: sed ea, quę sunt iuris sic, cum causa. ver. quid si abbreuiatur. & vide j. eo. §. breuis. ¶ Quid operentur verba ista, & renunciauit, &c. Dic quòd ex consuetudine tabellionis interpretabuntur. versi. quid ergo. G. ¶ Quando instrumentum est falsum in eo, in quo notarius testificatur de visu & præsentia; vt puta quomodo actum tali loco, & præsentibus talibus, tali die, &c. totum instrumẽtum est falsum. versi. item nota. G. Secus in alijs confessionibus. ff. de leg. iij. l. patronus. §. j. Quid de libello & positionibus? Vide i. de lit. contest. §. j. ¶ Publicatio non valet sine citatione partis. versi. qualiter. vbi dicit se sic pronunciasse. G. Contra videtur dicere glo. ff. de re iudi. l. gesta. Sed glo. potest intelligi quando aduersarius est pręsens. versi. quid citatio. G. vel loquitur aduersario tamen citato. Bal. Si autẽ est instrumentum, quod aliquem specialiter non lædit, sufficit edictum generale. versi. item si instrumentum secundùm G. Item in exemplando instrumento procuratoris, non est necessaria citatio domini, nec requiritur: quia videtur hoc mandatum, vel videtur iuxta mandatum. versi. item quo modo fiet. G. Vide hoc in aut. si quis in aliquo documento. C. de eden. & ibi. G. ¶ Subscriptiones & sigilla testium, faciunt testimonium valere: nõ tamen probant. ver. & nota quòd testamenta. G. ¶ Iudex potest assignare terminum peremptorium ad probandum vel producendũ instrumenta: post quem terminum non habebit locum productio. §. nunc dicamus. ver. licet autem. G. ff. de seruis. l. error. argu. C. de inge. manu. l. diffamari. & hoc in ciuili, & in criminali. ff. de accusa. l. cum Titia. ¶ Ista autem termini assignatio, est interlocutoria: & ideo potest mutari, corrigi & prorogari. ff. de pręto. stipu. l. j. §. fin. Bald. vide i. de dila. §. penul. ¶ Ille, qui appellat debet producere appellationem coram iudice ad quem, & facere de ea fidem iudici, vt sciat se iudicem. Parti etiam dabitur copia. & si pars contra appellationem vult opponere peremptoriam exceptionem, potest opponere: sed disputatio reseruabitur post litis contestationem. Specu. dicit quòd ante litis contestationẽ non debent instrumenta principalia edi parti, sed iudici. quod verum est ad impugnandum, sed ad deliberandum sic. versi. sed pone. Sententiam autem non habet necesse producere. ver. allegat. Innoc. de fide instru. cap. G. perpetuus. Facit quod not. C. de erro. aduo. l. ij. Instrumentum etiam accessorius, non editur ante litis contestationem ad impugnandum. versic. sed quid, ecce. & vide j. eod. §. dupliciter.

G. ¶ Notarius, qui est rogatus scribere sententiam, non intelligitur testificari, nisi de probatione sententię. §. breuiter. versic. item in processibus. G. Rationem vide j. eod. §. notarius intelligitur. & j. eod. §. non dicitur loqui. ¶ Vbi obligatio eliditur, remanent reliquiæ: secus vbi tollitur ipso iure. §. postquam. versi. item solutione. G. ¶ Nota quòd actus conficiendi rationes, interdum incidit obligatiõni: interdũ mero officio. Primo casu petitur editio ope actionis. Secundo officio iudicis: vt not. C. de eden. l. j. in glo. ordin. Bal. & refert qualiter fiat an ex natura præcedentis contractus, vel quasi, secundùm Cy. ¶ Priuata scriptura est duplex, vel quam quis cõficit sibi tantum, vel quam ipse sibi & alij. §. nunc dicendum. ver. priuatis. ¶ Scriptura campsoris & mercatoris, facit semiplenam probationem, & cum vno teste plenam. §. dicendum. ver. licet autem. ¶ Instrumentum factum per illum, qui non est notarius, sed tamen ex forma statuti ei creditur. vbiq; potest produci ad fidem faciendam. §. restat. versic. quid de his. G. Et vide quod not. ff. de eden. l. quædam §. nummularius. in glo. ordin. j. eo. §. consuetudo. & §. notarius creatus. ¶ Dupliciter quis vtitur instrumento, scilicet realiter producendo: & tunc semper debet edi aduersario. & verbaliter allegãdo in positionibus vel libello: & tunc debet edi ad deliberandum, non ad disputandum, scilicet ante litis contestationem. nam exceptiones peremptoriæ reseruantur post litis contestationem. Ita intelligo versi. quod si quis. & per Innoc. de proba. c. j. Testium verò nomina quis non tenetur dicere aduersario. ff. de arbitr. l. non ex omnibus. Facit ff. vt leg. no. caue. l. postquàm. § die Bald. Vide i. eod. §. ille, qui appellat & j. §. periurium. ¶ Ista responsio credo prout in instrumento continetur, est multiplex, non simplex nec sufficiens, quia non releuat à necessitate probandi. & idem si respondeatur libello. eodem versi. G. Vide Innoc. de exceptio. cùm venerabilis. Contrarium dicitur i. de teste. §. vales. ¶ Instrumẽtum procurationis vel contractus, non est de actis: licet producitur in iudicio: sed productio eius est de actis: quia productio eius fit in iudicio. versicu. illud autem. G. Vide Innocen. in cap. statuimus. de electio. lib. vj. & c. cum in iure. de offi. deleg. ¶ An instrumenta possint produci post sententiam? Vide j. de senten. §. instrumenta. ¶ Acta iudicis sua qualiter possunt impugnari, vt iudex possit acta scribere: vide hic, & versi. satis vtiliter. & in c. cùm à nobis. de testi. ¶ Si instrumẽtum verum pronuncietur falsum, quid iuris? De sentẽtia postea lata vide i. de rescrip. §. j. versi. ¶ Si quis promittit per instrumentum stare ad sensum sapientis, an talis contractus dicatur in scriptis. i. eod. de empt. & vendi. §. si dictum. ¶ Quomodo etiam instrumentum alienationis, debet exemplari vt faciat fidem, vide hic in §. omnino. ¶ Instrumentum specialis procurationis debet remanere apud acta: sed si est procuratorium generale, debet registrari & reddi. versi. potest. G. ¶ Non sufficit quòd notarius dicat, talis produxit quatuor instrumenta: nisi dicat quæ propter incertitudinem. §. videndum. post princip. ibi: quidam autem &c. G. argu. contra C. de anna. excep. l. fin. sed inest specialiter odio præscriptionis: vt in fine illius legis. ¶ Primum protocollum notarij semper debet edi partibus, quia est commune. ver. ex pręmissa. G. scilicet ei, cuius fauorem respicit: vt not. ff. de eden. l. prætor. in princi. Et si habet plura capitula separata, debet edi illud tantum, quod facit ad factũ. de fide instru. c. consign. C. de preci. Impera. offer. l. fina. C. de appel. l. amphiorem. §. j. versic. quid si produco. vide i. § dupliciter. Guli. ¶ An credatur pro se scripturæ vel rationibus mercatoris, cum suffragio alicuius indicis. §. nunc videndum. versic. licet autem. G. Dic quòd non, vt nota. ff. de eden. l. quidam. §. nummularios. argu. contra. ff. de polli. l. Publia. §. fin. Bal. Solu. ibi pars approbauit illam scripturam, acceptando lites. ff. ad Macedon. l. si filius. vel ibi non poterant capitula separari, secundùm Bart. vide i. eod. §. scriptura campsoris. & j. §. sequen. & infra §. instrumentum tale. ¶ Consuetudo dat authoritatem scribendi vt credatur etiam non tabellioni: quod est not. versi. hic quoq;. ff. de eden. l. quædam. §. nummularios. in glos. vide i. §. instrumentum factum. ¶ Instrumentum habet vim tot testium, quot sunt de substantia illius instrumenti: & non reprobatur, nisi per totidem, secundùm Odofr. §. restat. versicu. ij. G. Attende, quia interdum obijcitur contra instrumentum defectus causæ, interdũ defectus solennitatis, interdum defectus erroris, interdum vitiũ falsitatis. Primus defectus probatur per modum traditum in l. generaliter. C. de nõ nume. pecu. scilicet si causa sit expressa in instrumento. Si autem causa non est expressa, tunc aut est instrumentum liberatorium: & valet. ff. de pac. l. tale pactum. aut obligatorium: & tunc non est efficax. ff. de excep. dol. l. ij. §. circa. Fallit in casibus, in quibus pręsumitur donatio propter ingentia, vel similia merita, vel propter qualitatem personarum. ff. de oper. liber. l. Campanus. & de dona. inter vir. & vxo. l. si seruus. ff. de dona. l. i. filius. cum similib. Secundo casu interdum opponitur defectus solennitatis negotij: & tunc duo testes sufficiũt. ff. de pac. l. iuris gentium. §. quod fere. Interdum defectus solennitatis scripturæ: & tunc si est defectus latens, puta quòd vnus testis erat seruus: hoc probatur duobus testibus: sed ex aduerso potest probari duobus testibus, quòd pro libero habebatur. i. de testi. l. j. Tertio casu error debet probari per tot testes, quot sunt de essentia actus: vt not. ff. de leg. ij. l. cum proponebatur. Quarto casu saltem tres testes requiruntur: quia tabellio est pro vno, & duos ad minus habet instrumentum: ergo videtur econtra totidem requiri: vt not. Instit. de inuti. stipul. §. item verborum. Sed Nico. Matha. dicit duos sufficere contra vocem mortuam eliciendam: quia persona infringitur, vt ei non credatur. argu. ff. de eden. l. si quis ex

si quis ex argentarijs.§.j.sicut indirectè per quos reprobatur: vt l.optimã.C.de contrahen.& commit.stipul.l.Nec est ratio diuersitatis: quia magis duo probant directè, quàm indirectè: nec lex aliqua hoc dicit.sed gl.potest intelligi quòd instrumentum fulcitur etiam adminiculo viuæ vocis duorum testium.Præponderatur enim tunc eorum dictũ cum tabellione duobus contrarijs testibus propter præsumptionẽ sumptã ex persona tabellionis.Facit exemplum de fide instru.c.cùm Ioannes.per Innocentium.& j.versic.sed pone produc.Bald.& vide quod not. C. qui testa.fac.poss.l.hac consultissima.§.fin.& j.& §.casus.& §.si decesserit.& §.si sententia.Bald.¶ Instrumentum tabellionis ignoti non probat: tamen pro instrumentis multùm antiquis præsumitur.ff.de proba.Celsus.recipit enim productio adminiculum ex persona producentis: quia pro homine legali præsumitur.versic.sed si quod producitur.G.C.de proba.Iubemus.¶ Accusatur testis de falso, qui dicit se id nõ dixisse quod scriptum est: certè facit rem dubiam.vnde non condemnabitur ex accusatione falsi.versic.sed quid si dum.& versic.quid si visus.Gui.Simile C.de fal.l.si quis decurio.per Cy.vide s.de teste.§ iudex commisit ¶ Casus, in quibus non valet probatio testium.versic sed si alij per Gulie.sed reprobatio sic, ibidem per Gulie.¶ Quando instrumentum fit in publico parlamento, non sunt necessarij testes, secundùm Vbaldũ in actione.versi.sed cum literis.& sequent.Gu.Emancipatio tamen est de actis: & tunc requirit testes: quia similis est donationi & contractui.ff.de adoptio.post mortem.Bald.vide j.eod.§.nota quòd.& sequen.& §.acta.¶ Notarius creatus authoritate Papæ vel Imperatoris vbique locorum habet exercitium officij.Secus in creato ab inferiore, puta à Rege vel habente authoritatem à consuetudine: quæ non habet exercitium extra territorium.versicul.& nota.& sequenti.Instrumentum factum tamen intra producit effectum suum & probationes ab extra.C. de testa.l.si non speciali.& de postula.l.ex ea.Bald.& sic est in voluntaria iurisdictione.Nam aut committitur à principe: & tunc potest exercere vbique. Aut ab inferiore: & tunc non potest exerceri, nisi in territorio committentis.lege.ij.ff.de offi.proconsul.secũdum Barto.in l.cunctos populos.Papæ ergo & Imperatori totus orbis est subiectus & vniformis: & quia imperium & papatus non possunt diuidi, saltem quotatiuè, & si dicas, si imperiũ non potest diuidi, quomodo valuit donatio facta ecclesiæ per Imperatorem? Respondeo, quia non donatur quota.puta dimidia Imperij vel quarta, secundùm res singulares, sicut hæres dicitur hæres vniuersalis insolidum, licet restituat alicui rem certam: sed si quota hæreditatis: tunc dicitur diuidi hæreditas inter eum & fideicõmissarium.Insti.de fideicommiss.hæredi.§.si quis vna.tamen vniuersalia nomina, non recipiunt diuisionem nisi diuiderentur in quotas.ff.de pen.hæredi.l.hæreditas.& de negotijs gestis.l.Pomponius.§.fi.Illud certum est, quòd Imperium est ex diuina institutione inductum & quòd non potest supprimi, & quòd temporalis iurisdictio est in Imperatore, tanquàm in radice, & per prius actu & habitu plena essentia: non potest Imperator tantùm donare quòd vilescat sua authoritas.in authen. quomo.opor.episc.in prin.in glos.& arg.not.ff.de lega.ij l.nomen.§.primo.quia nit ... tem se facere non potest, in fraudem Imperij.argu.ff.de iurepatro.l.si libertus.Bal.Dei gratia.& beneficio.dic vt no.ff.de iureiur.l.Labeo.& vide l.fin.in prin.C.arbi.tu.Bald.Vide s.§.instrumentum factum.& j.de ex iudi.§.Imperator & j.eod.§.quid si rex.¶ Quando notarius desinit esse tabellio, noua non condit instrumenta, sed vetera complet.Exemplum in notario ingresso religionem, & in condemnato.argu.ff.de publ.iudi.s,qui reus.versic.inchoatus planè.Item qui suspensus est ab officio, vt excommunicatus.nam inspicitur initium temporis, quo tempore actus fuit efficacissimus.versic.sed cùm dixeris.& versicu.quid si instrumentum.versi.quid si tabellio.& seq.vide l.eod.§.si tabellio non est.Gul.¶ Non perdit notarius officiũ ex ipso delicto, sed per sententiã vt ibi per Gulielmum.ff.de eden.si quis ex argentarijs.§.j.& idem de infami.l.ij.§.miles.ff.de infami.exauthoratio nanque requiritur, secundùm Odof.Debet enim de crimine pronunciari.ff.de iure fisci.l.eius, qui.Bald.¶ Etiam hæreticus ipso iure priuatus conficit instrumentum inter ignorantes.versic.quid si instrumentum confectum.Gulielmus.argumentum C.de testa.l.j.C.de hæreti.l.Manichæos.in verbo, coniuncto.in glos.Gulielmus.¶ Notarius potest facere scribi ex suo protocollo per alium: & ipse post ea apponere subscriptionem, & signum: & est originale, nõ exemplũ.versic.quid de hoc quod faciunt quotidie.Non potest tamen alteri committere subscriptionem & signum, quibus fit completio instrumenti.nam completio delegari non potest.s.eod.§.ostenso.versi.quid si aliquid.per Gu.vide j.eod.§.non creditur exemplo.& §.tabellio non potest committere.¶ Licet aliquis in instrumento dicat se notarium, non tamen ei creditur, nisi hoc saltem per famam probetur versic.illud autem Gul.Vide Accur.in corpore authen.de fide instru.& j.eod.§.instrumentum.versi.quid ergo. & versi.nunquid.& vide j.eod.§.ex sola.Gul.¶ Notarius intelligitur conficere instrumentum de his quæ loco & tempore rogationis erant in fieri: de alijs non intelligitur loqui assertiuè, nec fidem facit versiculo in summa.nisi sint adminicula, & necessaria: vt l.optimam.& C. de fide instrumento.& iure hastæ fisc.l.j.lib.x.in gloss.Sed illud ibi non procedit ex authoritate scripturæ: sed ex iuris præsumptione, et ibi not.Baldus.¶ Interdum exemplum facit mentionem exempli C.de diuer.rescrip.l.sancimus.per Cyn.Interdum exemplum facit mentionem originalis: vt authen.si quis in aliquo documento.C.de eden.Interdum originale originalis de alio actu celebrato, de quo per Innoc.in c.quoniam contra.de proba.& Cyn.in dicta auth.si quis in aliquo.suprà alleg.Bal ¶ Quando instrumentum, quod facit mentionem de aliquo, est originale nouum, licet descẽdat ex veteri, vt si quis promittit decem, tanquàm ex alio instrumento: tunc lecto instrumento debiti, non est opus procedere primum instrumentum: quia secundum est originale, non exemplum.versic.penul.quod est nota.Guli.Facit C.de non nume.pecu.l.generaliter.imò ibi fuerunt verba prolata ab eo, qui confitendo poterat præiudicare, non ab alio.Bald.s.§.non creditur exemplo.¶ Nota quòd in actis iudicialibus, non est necesse apponere testes.versi.fin.Gulie.sed diem sic.¶ Ex sola quasi possessione officij, nõ præsumitur quis tabellio, nisi iuuetur alijs coniecturis.§.instrumentum.versi.quid ergo.vide quod not.in fin.C.de fide instru.solemus.per glos.& Cyn.sed ex sola quasi possessiõe, præsumitur quis habilis.C.de testa.l.j.& inhabilis.C.de ser.expor.l.moueor.Bal.Vide§.licet aliquis.¶ An locus sit de substantia instrumenti: dic quòd sic, saltem de consuetudine loci. Nam nullo iure cauetur quòd locus debeat inseri, sed seruantur consuetudines regionis. versi.quid si locus.Guli.Secus in testibus: quia testes nõ debent respondere, nisi ad interrogata.secus in instrumento.¶ Item iudici committitur forma interrogandi in testibus.vnde potest interrogare de loco & tempore si vult.quam suppletionem non potest iudex facere circa instrumentum: quia instrumentum non suscipit magis & minus: nam in seipso consistere & firmum esse debet.Bal. Vide omnino quod not.in c.abbate sane.de re iudi.lib.vj.in glo ¶ Notarius non potest corrigere instrumentum suum, redditum parti, nisi probetur error & tunc iussu iudicis.versic.sed nunquid confecto.quia non potest esse contrarius suæ scripturæ.ff.de testi.qui falsa vel varia.Aliĩ dicunt, quia est functus officio suo.quæ ratio non est vera.nam secundùm hoc nec similem scripturam posset conficere.Bald.imò etiam non redditum, si iam in protocollo compleuit: vt j.eod.§.rogatus.¶ Pone quòd in protocollo est dies, sed in instrumento reddito parti deest.an ex protocollo potest suppleri & inuari? Certe sic: versi.quid ergo sic not.Gul.quia vigor iste sumitur ex radice.Bal.¶ Ratione partis vitiatæ visibiliter perit tota scriptura: quia indiuisibilis est tota scriptura: aliàs fides tabellionis.versi.quid si aliquis.Guliel.& in l.edicti.C.de edic.diui Adria.tollẽ.Nam vitium ex aliquo sumptum trahitur ad vniuersum in instrumentis: hoc est verum in falso propriè sumpto.secus in quasi falso.ff.de fal.l.filius.§.j.Item secus in diuersis personis.C.de fide instru.l.ij.Bald.vide s.de lit.contesta.§.ij.& j.eod.§.an iudex possit.¶ Si deficit causa in promissione, valet instrumentum.secus si deficit causa in confessione.Azo in Summa, in auth.de fide instru.versi.item opponitur contra.vide s.eo.§.vnum instrumentum.Gul.¶ Breuis forma instrumenti non nocet: quia verba dilatari possunt, substantia mutata.versi.item opponitur quòd res.Guliel.præsertim de consilio sapientis.Guli.ff.de hære.insti.l.illa institutio.& debet arctare consulendo de iure, non de facto, secundùm Ray.vide j.eod.§.tabellioni.¶ Commune Perusij vendidit suos reditus secundùm formam schedulæ, quæ primo scribitur.dico, quòd iste contractus est in scriptis: & standũ est schedulæ: nec potest aliquid addi, diminui, mutari, vel prorogari.ff.loca.l.item quæritur.§.fin.Bald.¶ Rogitus notarij, non dicitur publica scriptura, nisi sit cõpleta, & habeat signum notarij.not.C.qui pot.in pign.hab.l.scripturæ.postquam verò est ibi subscriptio & signum, statim est quæsitum parti ius probationis ex eo.vnde etiam non redditum parti non potest tangi vel corrigi, nisi iudicis authoritate: quia iudex potest parti causa cognita præiudicare: vide s.eo.§.notarius non potest.& j.eo.§.notarius potest impetrari.¶ Sed tabellioni data est potestas addendi & minuendi ad sensum sapientis, potest addere capitula, quæ iuris sunt, ad corroborationẽ facti & contractus, non mutata substantia.versi.quid si à contrahentibus.Nec potest adijcere pœnam, quæ non fuit à contrahentibus apposita.arg.ff.de verb.o.oblig.l.ex ea parte.Sed ibi in fiendo, non in facto loquitur.Verbum autem solenne, puta stipulationis vocabulũ, vel alia iuris vocabula, potest bene apponere, secundùm Guli.facit quod not.ff.mand.mandato.§.fi.vide s.eo.§.breuitas.& s de arbi.§.an possit addi.¶ Tabellio non potest committere suum officium, vel suas vices alteri: quia suum officium est inseparabile: nec potest vnus notarius rogari, & alter publicare de mandato suo.versi.sed nunquid videmus.& versic.præcedenti.Guli. Vide s.eod.§.notarius potest facere.¶ Præsumitur potius pro instrumento liberatorio, quàm obligatorio.versi.sed pone duos.Guliel.

☞ Si est sententia pro instrumento, non potest cõtrarium probari per testes.versi.sed eodem. ¶ Si tabellio non est condemnatus de falso, valent eius alia instrumẽta: quia eius authoritas viget vsquequo remoueatur.versi.item opponitur quòd tabellio.Gul.¶ Si autem est condemnatus: tunc aut de crimine tabellionatus, puta de falsa scriptura: quia desinit esse tabellio, & debent sibi auferri instrumenta sua siue officia

quæcunq; habet occasiõe tabellionatus, & dari alteri: vt in auf. de armit. in fi. colla. vj. & ibi not. in glo. ordi. gesta valent, gerenda non valent C. de senten. l. ij. Aut de alio crimine extra officium tabellionatus: & tunc sententia priuat cum fama & fide: vt si de aliquo alio falso condemnetur, & non valent eius instrumenta: aut fama, & nõ fide: vt si cõdemnetur de furto vel atroci iniuria: & idem, quia publico officio amodo vti non potest. Aut nec fama nec fide: vt si condemnetur de culpa vel leui iniuria: & tunc non perdit tabellionatum. arg. ff. de mino. l. diuus. à contrario sensu. Et facit C. de digni. l. iudices. lib. xij. & not. ff. de infa. l. ij. §. miles. Et prædicta vera, si condemnetur ex veris probationibus. Secus si ex cõtumacia: quia tunc non perdit officiũ publicum: quia condẽnatus ex contumacia nõ fit infamis. l. ij. C. de mod. mulct. in glo. secũdum quosdam. Sed tu dic cõtra, si bannũ æquiparatur deportationi: vt not. Insti. quib. mod. ius pat. potest. sol. §. relegati. arg. ff. de tut. & rat. distrahen. l. tutor Reipublicæ. §. fi. qui officium tabellionatus, est de iure ciui. li: adeo deportatus vel quasi, perdit ipsum, secundũ Bart. Vide s. eod. §. quando desinit. Bal. ¶ Confessio facta coram arbitro, non infamat, nec valet ad corporalem pœnã. versi. sed pone tabellio. Guli. quia est facta coram iudice incompetenti, vel verius nullo. C. qui testa. face. pos. l. hac consultissima. §. at cum humana. ¶ Non dicitur loqui notarius, qui scribit verba sententiæ: sed scribit verba iudicis. ibidem. Gul. arg. contra. ff. de pign. l. fide. §. pater. vide in eodẽ. §. notarius, qui est Romæ. ¶ An iudex posset comburere falsum instrumentũ. §. instrumentum. versic. sed nunquid iudex. Guli. ¶ Notarius potest adscribere sibi in testamẽto nũcupatiuo absq; pœna falsi. versic. quid ergo si testator. Guli. non tamen sua scriptura probat pro se, quia esset testis in sua causa. Et si dicas, hoc enim licitum est testi in testamento nuncupatiuo. Insti. de testa. §. legatarius. Respondeo, si est quæstio inter hæredem & legatarium: tunc nõ potest esse testis. Si autem inter hæredem & extraneũ: tunc sic, secundũ Guli. ver. quid de legatariis. Vel dic quòd implicitè potest attestari solennitati & scripturæ recognoscendo suũ sigillum, & iuuando scripturã: sed explicitè non potest testificari de suo legato, præsertim nulla facta scriptura. vnde in testamẽto & rescriptis toleratur magis testimoniũ: quia forte ignoratur quid contineatur in scriptura: & sic implicitè tantũ attestatur, nec habet proprij cõmodi cogitationem testis, qui ignorat intrinsecum tenorem scripturæ & specificæ dispositionis testatoris. Sed vbi probatio fundatur ex dicto specifico testis: tunc per se non potest testificari. Si ergo in testamentis scriptis interrogatur testis, quid ibi contineatur, tutius est quòd dicat, nescio specificè. ff. de testa. l. hæredes palam. Sed vbi scriptura est publica: tunc scriptura probat totum facti tenorem: quia in scriptura probationis, ius positum est. & de ista probatione, quæ in scriptura publica cõsistit, potest intelligi. Guli. Vide j. de re iudi. §. quod tabellio. ¶ Per exceptionem falsi, non tollitur accusatio falsi: quia per exceptionem non potest crimen puniri. ergo nec ecõtra criminosus absolui: vt no. in l. ij. §. si publico. ff. de adul. versi. quid si. Guli. sed ciuilis actio, bene tollitur. C. de fid. instru. l. fi. in fi. Licet autem vi exceptionis testis vel tabellio nõ puniatur: tamen ex officio iudicis potest puniri. Guli. ¶ Productio instrumenti, firmat instrumentũ contra producẽtem, vt ei stetur tanquam vero. versi. vltimò nota. Guli. ¶ Acta per publicam manũ scripta & publicata valent in alieno iudicio inter easdem personas. Exigitur autem publicatio in attestationibus: quia notarius non potest se subscribere, & signũ apponere & publicare. de re iudi. l. gesta. Vnde autem rationem probant: quia notarius nõ potest eas redigere in publicam formã: nec cuiquam publica. §. satis vtiliter. quia non debet publicare, nisi de mandato iudicis. vide s. §. nota quòd. ¶ An valeat confirmatio, si non producitur originalis confessio? Dic quòd si confirmans dicit se vidisse confessionem, non est opus eam producere: alias sic. §. nunc autem. versi. ij. Guli. & C. de quadri. præscrip. l. ij. & j. versic. iij. Bal. ¶ Aliud est priuilegium, & aliud est cõfirmatio: vt not. Inno. de re iudic. c. cùm inter. Guli. arg. ff. de libe. leg. l. Aurelius. §. testamẽto. per Iaco. ¶ An sufficiat in priuilegiis clausula illa generalissima, scilicet, non obstante aliqua lege? Dic quod sic, si scribitur ex certa scientia. versi. & scias. Guli. De hoc nota. C. de natu. libe. l. j. & ff. quod quisq; iur. l. ij. § si is, pro quo. C. de præscrip. trigin. ann. l. omnes. Bal. ¶ Priuilegium in dubio præsumitur reale, quando est concessum loco: secus si personæ. versi. item quod fuit. Guli. de censi. quanquam in glo. vide de insti. c. cùm venissent. ¶ An clausula in principio vel in fine posita, referatur ad omnia: vide plenè in versi. item excipe. Guli. ¶ Quot modis perditur priuilegiũ. versi. item opponitur. & ibi plenè per Guli. ¶ Quid si Rex vel Imperator fundat & dotat ecclesias, an successor poterit reuocare? Dic quòd non, nisi ob id, Imperium & regimen enormiter lædatur. §. nunc autem. versic. fin. Guli. Et nota hic contra donationes factas ecclesiæ. Guli. Vide j. eo. §. notarius cre. ¶ Filiusfamilias cum consensu patris facit testamentum adiecta clausula, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorũ, & cuiuslibet alterius vltimæ volũtatis. Quæritur an valeat vt donatio causa mortis? Et dic quòd non: quia in generali locutione non continetur donatio causa mortis: sed debet specialiter denominari. ff. de dona. l. filius. §. compendiosæ. versi. quid si filius. Guli. Si ergo explicitè fiat mẽtio, quòd valeat iure donationis causa mortis: tunc valet eo modo, si res transiret ad contractum inter partes, alias non. De hoc not. C. qui testa. face. pos. l. scimus. per Cy. Et alia ratio, quare prima clausula nõ operatur, scilicet quia nomine vltimæ voluntatis non continetur donatio causa mortis: quia donatio causa mortis magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati: quia formaliter est pactum: vt l. ij. ff. de dot. præleg. & ideo sequitur aliud, licet explicitè diceretur quòd valeat iure donationis causa mortis, tamen non valeret nisi partibus præsentibus. ff. de dona. causa mor. l. inter. & facit C. de pac. l. licet. & quod not. C. de sac. san. eccl. l. illud. & C. de dona. l. nec ambi. Bald. vide j. eod. §. si quis donet. licet non multum ad propositũ. ¶ An exbannitus possit testari. ver. quid de bannito. & tenet glo. quæ est in §. relegati. Iaco. de Aret. dicit quòd aut vult testari secundum statuta & priuilegia patriæ: & non potest. quia lex patriæ sibi non patrocinatur, cùm ciuis esse desiit. ff. de capi. dimi. l. amissione. §. j. Aut secundum ius commune: & potest. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. ex facto. per Guli. & Iacn. Nam bannum est stricti iuris, & est potius interlocutoria, quam diffinitiua. C. de here. instit. l. j. per Cy. & ibi plenè per Bart. & vide Bal. super Inno. de sent. excom. c. nouerit. ¶ Si deterse.... vnus ex testibus testamenti in scriptis, an per sex testes probetur iudicium testatoris? Et videtur quòd sic: quia probant solennitatem: qua probata, voluntas scripta præsumitur esse vera. versi. quid si vnus ex. Guli. In contrarium facit quod not. ff. quemad. test. aper. l. ij. & C. eo. l. ij. & potius videtur dicendum econtra, quòd sex, vel quinq; testes, probent voluntatem. ff. de reb. eo. l. fi. qua probata, præsumitur solẽnis: vt C. de iur. & fac. ignor. l. si post diuisionem. Nam volũtas est subiectum: solennitas est accidens: & subiectum potest probari esse. & intellige absq; accidẽte: sed non accidens sine subiecto. Nam accidẽs esse, est inesse, secundũ Aristotelem. & facit quod not. in l. ij. C. de secun. tabu. vbi glo. tenet quòd vnum sine altero probari non potest efficaciter. & hæc vera. Bald. & vide s. eo. §. instrumẽtum habet tres testes, quorum vnus sit sacerdos. sufficit in omni testamento secundum ius canonicũ. versi. item per ius canonicum. Guli. ¶ Consuetudo potest relaxare solennitates testamentorum. versi. sed nunquid de cõsuetudine. cum seq. ¶ In contrarium facit l. vlti. C. de testa. Solu. Ibi loquitur de consuetudinibus, quæ erant ante illam legem. sed non prohibet in futurum consuetudinẽ induci. Sed Iac. de Are. tenet quòd consuetudo nõ valet de minori numero testium, quam ibi dicatur. ff. de testa. l. testamenti. per Iacn. Sed nũquid hæc consuetudo patrocinabitur aduenæ ibi testanti? Respondeo, non: quia non sortitur quis forum testãdo: secus in contractibus, vel quasi. C. de emanci. l. j. Bal. Alij dicunt quòd quo ad bona ibi sita, valet testamentum: quo ad alia bona non. arg. l. ij. C. vbi pet. tut. De hoc C. de sum. trini. et fid. cath. l. j. per Cy. & Guli. vide j. de sentẽ. §. an quo ad successionem. ¶ Ante litis contestationem cogitur quis eligere, an vtatur scriptura & institutione an vt fideicommissario: sed post litis contestationem non cogetur eligere, nec eligendo declarare. versi. & nota quod. Guli. & hoc verum in re certa: secus in re incerta. ff. de rei vend. l. idem Pomponius §. fin. Baldus. ¶ Clausula, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum: nihil operatur, quando testamentum rumpitur præteritione posthumi: quia verbum valet, est præsentis temporis. Secus dicendo, si non valebit: maximè si exprimatur ex causa præteritionis, vel alia. versi. item vide si est ibi. & versi. seq. Item non facit vim in conditionalibus verbis, vtrũ sint præsentis tẽporis vel futuri. Sed glo. in auf. ex causa facit vim: quia institutio videtur à fatuo facta. vnde non deuoluitur in fideicõmissarium per l. Titia. ff. de inoffi. test. Idem tenet Guli. de Cu. C. de codic. l. fi. Dy. tenet idem, quod Spec. & videtur casus à contrario sensu. ff. de fideicõ. lib. l. generaliter. §. ex testamento. & ibi per Iac. de Are. Non obst. l. Titia. quia loquitur in exhæredatiõe. Nam aliud est in filios insanire, aliud consiliũ Galli Velle non perpendere: vt not. glo. in simili. Insti. de oblig. quæ ex male. §. si iudex. Nec obst. ff. de leg. iij. l. ij. quia ibi a persona, hic ab ipsis bonis. Et in rem relinqui videtur. simile ff. de lega. iij. l. si sic. & l. si ita. secundũ Cy. Dy. & Bar. & nõ detrahet filius, nisi debitũ bonorum subsidiũ: quia videtur prohibitus detrahere institutus. quod not. Bal. ¶ Quid si testator dicit, si non valebit: quod de præsenti nõ valeat? Respondeo, vera est cõditio. ff. de verb. sig. l. verbum, oportebit. ¶ Quandoq; clausula indefinitè apposita, videtur magis grauare bona, quam personam: secus si certa persona. ff. de leg. iij. l. ij. sic ff. de testa. tute. l. pater. In istis ergo cõditionibus quandoq; testator duo significat tẽpora, vt cũ dicit, si non valet vel valebit: quandoq; vnũ tantũ: vt cũ dicit, si non valet. Idem tenet Dy. sed Pet. & Iaco. tenent quòd illa conditio, si non valet: vsq; ad mortẽ extenditur. ff. de test. tut. l. fi. nam testator semper loquitur vsque ad mortẽ. ff. de leg. j. l. talis scriptura. C. de testa. tute. l. ij. Illa ratio videtur falsa. ff. de libe. causa. l. Aurelius. §. testamento. de aur. & argen. leg. l. si ita. ¶ Quid si testator dicit, si non valebit? Respondeo, præsens & futurum comprehẽdit. ff. de verb. signi. l. verbum oportebit. ¶ Quid si dicit per copulam, si non valet, & non valebit? Respondeo, ponitur pro disiunctiua vt quodlibet verbum aliquid operetur. argu. ff. de lega. j. l. si quod. ¶ Quid si dicitur non valeret? Respondeo, omne tempus complectitur: quia conditio per si, designat propriè futurũ. Nam propriè conditio est de futuro. ¶ Quid si dicit, volo valere iure cuiuslibet vltimæ voluntatis? Respondeo, idem: quia præsens confusum, præsentat non

tus non tenet vsum. Et vide quod nota. de continuatione ex præsentibus in futurum. ff. de acquir. posses. l. j. §. veteres. Barto. ¶ Quid si testamentum non valet, ratione reuocationis: vtrum clausula codicillaris aliquid operetur? Dic quòd non. versic. pone. Guli. quia deficit ratione voluntatis mutatæ, non ratione voluntatis omissæ. Bal. ¶ Quid si deficit institutio, quia institutus decedit ante mortem testatoris? Dic quòd si erat grauata persona: tūc deficit onus. Sed si erat grauata portio, tunc debentur relicta. argu. ff. de lega. ij. l. j. §. sciendum. versi. sed pone quidam. Guli. ¶ Si duo sunt instituti, vnus purè: puta vxor in vita sua, alius sub conditione, puta Titius post mortem vxoris: An vxor purè instituta hæres, erit hæres in totum in solidum? Tenet quòd sic per glo. l. ij. ff. si pars hæredi. pet. versic. sed si duo. Guli. & sic est hæres ad tempus incertum. quod esse potest alio dato hære C. de hære. insti. l. extraneum. per Guli. de Cun. Bald. ¶ An testamentum possit fieri irreuocabile per iuramentum? Tenet quòd non de iure ciuili, secus de iure canonico. versic. quid si quis. Guli. Nam & per contractum potest hoc fieri secūdùm Dy. ergo fortius per iuramentum. Bal. Sed contrarium est verum: quia non debet valere testamentum, si testatorem pœnitet. C. de sacrosanc. eccle. l. j. & deficit ius naturale, id est, consensus: & iuramentum non potest immutare naturam testamenti. Vnde veritas est quòd valet secundum: sed testator est periurus secundùm Ioan. And. imò non est periurus: quia non valet iuramentum, cùm sit contra bonos mores. ff. de verbo. oblig. l. stipulatio hoc modo. secundùm Barto. ¶ Sed testamentum imperfectum tollit completum, quo ad legata non quo ad institutionem. ff. de lega. iij. l. si iure. versi. quid si primo. Guliel. ¶ Mater & pater possunt instituere filium naturalem, coram duobus testibus. versi. quid si mulier. & versic. quid si pater naturalis. Guli. In matre concedo: quia pro iusta reputatur: nec quo ad matrem est differentia naturalis atque legitimi. ff. vnde cogna. l. si spurius. §. si hac parte. Insti. ad Orfic. §. nouissimè. C. quando mulier tute. offi. fun. pot. l. fi. In patre autem si consideras l. vlti. C. famil. erci. falla loquitur tantùm in suo & emancipato. Si consideras § ex imperfecto. ille §. extenditur ad matrem. Sed magis facit l. vlti. C. de confir. tut. quæ videtur hoc decidere: nisi exponas, vt ibi not. in glos. Bal. Pater autem non potest institui per filium, nisi testamentum sit solenne. versi. quid si filius. Guli. ¶ An executor possit ponere manum ad quam rem vult. C. quādo decr. opus non est. l. ij. in glo. ¶ In relictis ad pias causas cessat omnis Falcidia: ergo & Trebellianica. ver. sed cum deducto. Guli. est verum quòd l. si quis ad declinandā. hoc non dicit: quia ibi prohibet executori ne detrahat, non hæredi. Executor enim non admittitur ibi, nisi pro pauperibus. Ergo non detrahet quicquam ex eo: quia verè non est sibiipsi hæres, sed aliis. ergo nō detrahit: quia non est qui possit detrahere. §. sed cum deductio. Guli. ff. de leg. j. l. cum filio. vide j. qui fil. sint legi. § fin. & de re iudi. §. qui relicta. ¶ De relictis pro restitutione incertorū, nihil detrahitur. versi. item scias. Gul. nec habet hæres interuallum inuentarij, vbi periculum animæ vertitur vt not. C. de iure deli. l. fin. §. donec. secundùm Azon. & Richar. & ibi per Cy. in additio. Bal. ¶ Notarius potest interpretari scripturam suam vt not. ff. de appel. l. ab executore. Bald. & declarare eam incontinenti, secus ex interuallo. quod not. vide s. §. rogitus notarij. ¶ Si bannum nō est legitimè cancellatum, non tenet cancellatio, & ex eadem scriptura fit probatio. C. quomo. & quando iud. l. si præses. Bald. Forma illa, substituit vulgariter, & per fideicōmissum: ponitur in Spec. de instru. edit. §. vt autem cautea in ij. col. Guli. & tūc substitutus habet eligere, ex quo capite veniat. C. de codicil. l. fin. ff. ad Trebel. l. recusare. §. Titius. Bald. ¶ Præteritio cum causa ingratitudinis inserta, est idem quod exhæredatio sine causa, aut propriè dicitur præteritio. versi. si autem is, qui aliquē. Guli. aliter not. in aut. de hæred. & Falci. §. exhæredatos. & per Dy. in l. Gallus. ¶ Filia potest institui in legitima: ergo & in dote, quæ in legitima computatur, & non dicitur præterita. versic. sed super forma. Guli. ¶ Practica formę testamenti in scriptis multos habet angulos, ut versi. testamentum. & versi. seq. tamen cum pater inter liberos testatur, solennia non sunt necessaria: vt in §. ex imperfecto. secundùm Dy. vt in aut. hoc inter liberos. per Accur. & docto. ¶ Practica formæ testamenti ęqui, quæ multos habet anfractus. versi. illud quoq. nec distinguitur in testamento cæci inter liberos, vel non. Guli. ¶ Legata debent scribi hoc modo: quia primò illicitorum restitutio. secūdò expensæ funeris. tertiò pro anima. quartò cætera. ¶ Hæredis institutio potest fieri per casus rectos & inflexos. Item per verba directa & cōmunia. Item per vniuersalia & singularia. l. j. §. si ex fundo. de hære. insti. versi. tertio dicendum. Guli. Integrum testamentum potest reddi legatario. Item & sua particularia tantùm cum substantialibus partibus. versic. & breuiter. Guliel. ¶ Tria sunt genera executorum, sicut tutorum. nam alij sunt testamentarij, alij legitimi, alij datiui. §. nūc verò aliqua in prin. Guli. Ista duo genera vltima habent locū tantùm in relictis ad pias causas. Guli. ¶ Executores testamenti habent varia nomina. Nam quandoq; vocātur executores: vt not. Accur. in l. si quis pro redēptione. Quandoq; dicuntur distributores: vt l. pecuniæ sortem. Quandoq; commissarij: vt l. nulli. C. de epis. & cle. Quandoq; promissores: vt l. Theopompus. de dot. pręleg. Quandoq; procuratores ff. mand. l. si verò non remunerandi. §. fi. Quandoq; ministri. ff. de leg. ij. l. si quis Titio. Quandoq; gladiatores, & breuiter nomina eorum sunt secundùm actus, quos habent exercere. Nā aut mandatum eorum fundatur super certo: & tunc propriè dicuntur executores. Aut super incerto: & tunc dicuntur cōmissarij. arg. l. ... de fideicom. hære. in prin. Executor enim propriè est, sicut pica & organū. argu. extra, de app el. c. nouit. de hoc in versi. porro. per Guli. ¶ Si testator dixit, relinquo talem executorē: nec dixit ad quid: omnia exequenda videntur sibi cōmissa. De hoc in versi. quid ergo. per Guli. quia clausula generalis, refertur ad omnia. ff. de seru. vrb. præd. l. si seruitus. Bald. ¶ Assumptus ad consulēdum, non est propriè executor. versi. sed quid si dixit. Guli. ¶ Si testator mandat aliquid fieri ad voluntatem executoris, valet testamentum, & eius voluntas est sequenda. versi. quid si testator Guli. argu. contra ff. de hære insti. l. illa institutio. & l. captatorias. Solu. Hic ad pias causas extra, de testa. c. cùm tibi. vel hæc voluntas respicit actum executiuum, nō actum dispositiuum. ff. de reb. dub. l. verum. § j. Bal. ¶ Si executor malè arbitratur, episcopus corrigit errata, cui cura animarum incumbit. versi. quid si male Guli. ¶ Si moritur executor incertorū, succedit episcopus, vel alium subrogat. versi. sed pone. Guli. ¶ Inter executores non est locus iuri accrescendi, si sunt executores incertorum: sed loco mortui debet subrogari datiuus. Sed si ad certū sunt deputati, etiam vnum fieri potest. versi. quid si sunt plures. Guli. Et lege id, quod per Iacobum: quia in primo casu mortuus habetur pro discordante: ideo episcopus supplet in eod. §. versi. Sed quid erit si omnes viuunt, & concordant in vno: episcopus non habet quicquam facere: sed si discordant, potest episcopus addere vni parti, vel ipse solus exequi. versi. quid si plures. & versi. sed quid erit. Guli. hoc verum, si nō inuenitur maior pars. aliàs statur maiori parti: & potest vnusquisq; deponere votum suū separatim: quia non faciunt collegium. ff. de pac. l. cum in eo. Imò videtur q; debeant simul conuenire. ff. de arbit. item si vnus. §. fin. & l. sequen. quod est tutius & verius: quia officium non debet diuidi. Bald. Vide j. eo. §. vnus executor. ¶ Ex stipulatione sacerdotis, alteri quæritur: quia sacerdos in suo officio & appēditijs est publica persona. versi. item cum. Guli. ¶ Merus executor non potest agere nisi ad pias causas: vel nisi hoc habeat in mandatis. versic. & scias. & versic. seq. Guli. ¶ An executor teneatur satisdare. versi. quid si hæres. Guli. arg. ff. loca. l. in fullon. §. fin & ibi quid de fratre minore. Bald. ¶ An executor possit reddere rationem per suum iuramentū. C. de dona. l. si quis pro. de accusa. c. qualiter. versi. quid si ex. Guli. ¶ Executor non potest facere distributionem, nisi adita hæreditate, etiam ab intestato facta repetitione. versi. sed quæro. Alleg. ff. de fideicō. lib. l. ij. Guli. Et nota. ff. de hæred. insti. l. qui filio. §. seruus. vbi est glo. Bal. ¶ Executor ad pias causas potest facere procuratorem super actione, quam habet, etiam ante litis contestationem. versi. nunquid causa. Guli. & hoc in iudicijs: non tamē potest alteri cōmittere ea, quæ industriæ sunt. l. cuius l onis. de cura. fur. Guli. ¶ Distributor ad pias causas, est hæres pro pauperibus, secūdum Rolandinū. sed nomine, non re, secundùm Accur. vel propriè nō dicitur hæres, sed administrator, secundùm Azo. versi. item pone quòd aliquis sit loco. Guli. ¶ Mater finita tutela, & commissaria dicit se habere conscientiam de quibusdam malè ablatis per defunctū: & ideo vult retinere pecunias pupilli, vt eas reddat: quæritur an possit. versi. sed pone quædam. si constat sic: aliàs non. Guli. ¶ An instrumenta rei legatæ debeant dari legatario. C. ad leg. Falc. l. si prædiorum. versi. sed quæritur. per Guli. ¶ An executor vltimæ voluntatis possit vendere. C. quando decre. opus nō est. l. ij. ff. de alimē. leg. l. alio hærede & ibi plenè de materia executorum, per Bart. versi. sed an executor. Guli. dic q; non, nisi in duobus casibus, scilicet quando testator ei hoc commisit: & quādo habetur loco hæredis vniuersalis: & quando aliter non est vnde soluatur, & vendet hæres, non executor. versi. sed quid si non. Guli. ¶ Quo iure agit executor contra nomen debitoris. versi. illud. Guli. & an satisdet: & quid si debitor vult magis soluere hæredi, quàm executori. versi. sed nunquid iste. & versi. seq. Guli. Et an hæres compellatur agere vel cedere iura pro solutione? Dicit q; non cogitur nisi cedere. versi. sed an ex lege. Vide etiā ff. de adminis. tut. l. Lucius. §. fi. Bal. ¶ An executor possit transigere cum debitoribus, vel compromittere. argu. q; sic, in non liquido. C. de transac. l. præses. versi. de illo. Guli. ¶ Vbi executor impeditur opus exequi. versi. quid si executor impotentia. Guli. ¶ An tempus appositum in vna parte testamēti, videatur in alia parte repetitū. C. de oper. lib. l. Titius. ¶ An executor possit eligere vnum pauperem. C. de testa. mili. l. captatorias. per Cy. ¶ Merus executor nō potest instituere ex Trebellianica. arg. ff. de iure dot. l. si mulier. §. ex asse. hæres interdum potest, & non debet. C. de fideicō. l. post mortem. Interdū nō potest, nec debet: puta in præiudiciū tertij: vel vbi est incertitudo personæ. ff. de lega. ij. l. filius. §. diui. Vel dic q; restitutio ex Trebellianica habet tres effectus, scilicet transactionis, exonerationis, & liberationis à fideicommissario. Quo ad primū effectum, potest statim restitui: nec tū est donatio, sed præuētio solutionis. ff. de leg. ij. l. Lucius. & de sol. l sub cōditione. & ideo tex. in l. post mortē. vbi verb. satisdare quo ad secūdū nō.

vnde creditores adhuc habent restituentem obligatum: quia plus tempus non cadit sub voluntate testatoris. sed propter eum est. ff. de leg. ij. l. Lucius. §. testatorem. Item nec exoneratus restituens aliis fideicommissariis: vt d. §. diui. ¶ Quando cõditio inseritur actui, ad hoc vt actus sortiatur effectum, debet conditio extitisse. & facit ff. de hæred. insti. l. iij. §. qui fide. Bal. ¶ Executor tenetur inuentarium facere, quando vult administrare, sicut orphanotrophos, & tutos. versi. sed an tenetur. & hoc, si est distributor vniuersalis. secus si ad certam rem. Guli. ¶ Omnis executos tenetur reddere rationẽ eorum, quę administrat. versi. sed an simpliciter. Guli. & an stetur suo codici rationum. versi. sed nunquid secundum. ff. de tute. & rat. distrahen. l. j. §. officio. per Dy. ¶ Si vnus executorum moritur, an accrescat alteri coniuncto verbis vel non. versi. sed si aliter ex. Guli. Et si omnes sunt mortui, commissaria & industrialis executio ad episcopum redditus seu deuoluitur. versi. quid si vnus. vide §. eo. § inter executiones. ¶ An præsentes possint exequi, collegis absentibus irrequisitis? versi. sed quæritur an. Guliel. ¶ Si executores non sunt concordes, episcopus faciat quod vult. versic. sed quid erit. Guli. ¶ An sit melior conditio occupantis. versi. sed nũquid. ver. Guli. C. de autho. præstan. l. fin. Guli. ¶ Si vnus executorum renunciat, an alius solus exequatur. versi. sed quid si vnus. G. ¶ An executor suspectus possit remoueri. versi. quid si executor est suspectus. Guliel. C. de procus. eum qui. Bald. ¶ An executor cogatur exequi. versi. nem quæritur vtrũ sic postquam res ad eum peruenit G. Et an contra executorem necessarius sit libellus. versic. quæritur autem qualiter. Et an intra annum possit cogi. versi. seq. G. ¶ An non adita hæreditate, valent pia legata. versi. sed pone quòd ex eo sit. secũdùm Guli. Contrarium not. j. de re iudi. §. quòd relicta. ¶ An hæres possit facere distributionem sine executore. versic. deinde quæritur certa sic, incerta non. G. ¶ Nota ꝙ relicta ad pias causas possunt peti vsq; ad xl. annos. vt in authen. de eccle. titu. § pro temporalibus. colla. ix. ¶ Videtur quòd distributor hęreditatis non possit soluere æs alienũ: quia hæreditas dicitur, ære alieno deducto. ff. pro soluto. l. mutus. Bal. ¶ Quæ dicãtur relicta ad pias causas, vel ad pios vsus, & quod generaliter relictum pro bono animę, dicitur ad pias causas. ff. de lega. iij. l. si quis Titio. per Accur. versi. & scias quòd inter. plenè per Guli. & C. de sacrosanc. eccl. l. illud. in glo. Bal. Et an ad pias causas exequendas, quilibet agere possit. versic. sed nonne cuilibet. per Guli. ff de lega. j. l. ciuitatibus. per Bald. ¶ Nomine forisfactorum vel illicitorum, continentur extorsiones, non debitæ ex contractu, nisi post moram. versi. adhuc autem quæritur. G. Hoc intellige de debito reali, & non de personali. Bal. ¶ An monachus, conuersus, canonicus, prior vel episcopus, possit fieri executor testamentarius. versic. sæpe enim quæritur. & sequenti. Guli. ¶ An officium executoris transeat ad hæredem vel successorem, not. de cura. fus. versi. eius nuper bonis. & sequen. Guli. ¶ An mortuo episcopo capitulum succedat in executione testamenti. versi. item circa legitimos. Guliel. ¶ Si episcopus est infirmus, an habeat executionem archiepiscopus: nota versi. sequẽ. Sed an iudex secularis. versic. sequenti. Guli. Iudex secularis habet compellere, non exequi. ff. de peti. hæred. l. hæreditas. argu. contra. ff. de vsufru. lega. l. legatum. sed ibi non est ad pias causas. Bal. ¶ Executor debet exequi intra tempus sibi assignatum, aliàs priuari poterit. versic. penul. Guliel. ¶ Constitutiones episcopales præfigunt terminum, & dicunt quòd etiã ignoranti labuntur termini, propter bonum animæ testatoris & episcopus faciat. argu. ff. de infa. l. genera. & ibi omnino vide Barto. & argu. in l. si partem. §. j. ff. quemadmo. serui. amit. C. de præscrip. long. tempo. l. si contra videtur. ff. de decre. ab ordi. faciẽ l. fin. & de ædili. edic. l. conspe. & c. statutum. de præben. lib. vj. Dic, aut terminus lapsus est alicui fauos, & currit ignoranti: aut præiudicium, & tunc non currit: aut nec fauor, nec præiudicium, & tunc currit ignoranti, vt hic. Bald. ¶ Si executor impendit aliquid de suo recuperat. versi. fin. Guli. in l. fin. ff. de nego. gest. l. qui aliena. §. libertas. ff. ad leg. Falci. l. j. ff. de iure delib. l. fin. §. in computatione. Bald. ¶ Si quis donat proprietatem retẽto vsufructu in vita, ista donatio est inter viuos: licet executio eius quo ad vsumfructum, sit collata post mortẽ, & licet fiat mẽtio mortis: quia nõ adiicitur mors verbo principali, quod est donatiuo: sed verbo executiuo: vt patet in forma, quam ponit Spec. in §. porro. versi. donatio autem. ¶ Et nota, quòd triplex est species donationis, scilicet mera causa mortis, mera inter viuos, & quasi media, inter has. & bene facit ad hoc quod not. ff. de lega. ij. l. cùm pater. §. Mæuio. Bald. vide §. eod. §. filiusfamilias. Si quis donat plures possessiones, sigillatim enumerando, plures sunt donationes: secus si vno generali vocabulo. versi. optimum. Guli. ¶ Potest apponi pactum, quòd donatio non reuocetur occasione nascentium liberorum: & tunc cessat l. si vnquam. sed non cessat querela inofficiosæ donationis. versi. donatio autem firma. Guli. ¶ Codicillus non reuocatur per alium codicillum causa diuersa: sed testamentum per aliud testamentum sic. §. viso. versi. & nota quòd tutius. ¶ Quinque sunt inuentaria, scilicet tutoris, curatoris, orphanotrophi, hæredis, & fisci. de instru. edi. §. edito. in princi. Guli. vide §. de actore. § tut. & de cura. §. j. ¶ Inuentarium præiudicat tutori, quo ad ea quæ supprimi possunt: non quo ad ea, quæ certum est poni non debuisse. versic. seq. Guli. ¶ Si tutor non posuit omnia in inuentario, repellitur, si sunt suspicione digna: secus in modicis. ff. de condi. & demonstr. l. quamuis. Sed si non addit nouiter quæsita, non posest huic obiici exceptio: quia iustum fuit decretum à principio. versic. sed & si omnia. & seq. De his tamen nouiter acquisitis & de fructibus, debet fieri codex rationũ. & est simile in fideiussore dando. C. de iure delib. l. mulier. Bal. ¶ Circa inuentarii confectionem & modum, debet attendi consuetudo regionis. vers. quid si sit de consuetudine. G. ¶ An pater teneatur facere inuentarium? Dic quòd non, si iure vsusfructus administrat: quia non cogitur reddere rationem. versic. quid. Guli. ¶ Vltimò tractat Specu. de inuentario hæredis: & ponit substantialia, & formam inuentarij in penulti. & vlti. col. sed non plenè ponit. & ideo Bart. facis aliam formam secundum §. si verò ab. sunt. in aut. de hæred. & Falci. & inde collige. Bal. ¶ Per statutum, potest inuentarij confectio remitti: vt not. in l. fin. C. arbi. tute. per Cyn. Item an testator possit derogare statuto, ibidem per Cy. ¶ Mandauit testator hæredi, quòd faceret capellam, & expenderet centum: reperitur capella eius æstimationis: nec reperitur a quo, vel vnde facta fuerit. Dic quòd præsumitur facta ab hærede. l. fin. C. de ali. pu. præstã. per Bart. Vide in argu. contra, l. ei qui dicit. cum concord. ff. de proba. & in d. l. fin. ideo sic præsumitur: quia continuò stetit pupillus penes tutorẽs ideo vestito non præsumitur vixisse.

De præsumptionibus.[a] *Rubrica.*

IN præcedentibus de veris & plenis probationibus, quæ fiunt per testes vel instrumenta, præmisimus: nunc ergo ad perfectionem tractatus probationum, & de probatione, quæ fit per præsumptionem, aliqua sub compẽdio perstringamus, dicentes.

De præsumptionibus. *Rubrica.*

¶ Pileus non posuit hanc rubricam, sed de ipsa aliquid tractauit sub titu. de probationibus. Idem Ioannes de Deo causi. lib. v. in distinctionibus tamen suis posuit materiam prim. §. vt ibi dicam. Tancre. posuit rubricam sui operis, parte secũda. rubrica penul. & hunc libellum iudiciarij ordinis. Tancred. Hostien. allegas in Summa huius titu. §. penul. in fi. Archid. autem ferè totum ipsius Tancre. titulum posuit vij. q. j. c. omnes. & ex quo reliqui practici authores, & alij materiam omiserunt, ad non practicos recurramus. Cõstat omnes Summistas materiam tractauisse. & quia de Hostien. nunc dixi, qui vltimus fuit, scire debes eum in Summa triplicem diuisionem posuisse in secũdo §. Prima fuit, quæ ponitur hoc §. ij. quarta omissa, scilicet de temeraria, probabili, & violẽta: & de his tribus sub versi. suspiciõis. not. ij. q. j. primo semper. & extra, de pręsump. quanto. & vide quod ibi breuiter dixi super glo. Secunda fuit ꝙ præsumptionum alia iudic. siue contumaciæ hominis, alia famæ, alia naturę, alia iuris tantùm, alia iuris & de iure, alia qualitas facti. & de hoc plenè prosequitur. Tertio ipsius diuisio est quòd præsumptionũ alia præsentis ad præsens. Alia, pręsentis ad pręterita. Alia, pręteriti ad futura. Alia, pręteriti ad pręsens. Alia, ad pręsens ex pręsenti, circa futurũ. Alia ex pręterito circa pręteritum. Membra insinuasse sufficiat: recurratur ad volu. glo. hanc materiam ponunt l. dist. ferrum. lin. distin. fraternitatem. plenius de sponsa. ss, qui. & istas tres remittit author j. versi. necessaria. ante fin. Tu addas extra, eo. titu. scribam. xliij. dist. multis. ff. quod met. cau. nõ est verisimile. & C. de proba. siue possideris. vbi per Odofre. & ibi per Cyn. plene & satis breuiter. quamplures extra volumina tractauerunt hanc materiam: & maximè super l. illa, non est verisimile. inter quos Alb. Odofr. qui mutauit modum aliorum, sic diuidens: Causarum quædam requirunt plenam cognitionem, quędam summariam tantum. Primo casu aut pręsumptio est leuis, aut vehemens. & secũdo casu, alia est iuris tantũ: alia, iuris & de iure: alia, hominis: alia, naturę: alia, facti. & illa, aut est facti pręsentis, aut pręteriti, aut subsequẽtis. Et prędictę pręsumptiones quandoq; sunt pro actore, quandoq; pro reo. Vides quòd principium & finem miscuit inter membra: in quibus vult ꝙ in summaria cognitione, eius pręsumptio dat victoriam, etiam agenti: & ideo quia per illas non pręiudicatur principali quęstioni, dat exemplum ff. de libe. agnose. si quis à libertis. §. si vel parens. cętera omitto. Sed est sciendum quòd Marti. de Fano supe eod. l. non est verisimile. tractans materiam, non pręmisit membra: sed quinq; præsumptiones prosequitur. & est prima, iuris & de iure. & in hac dat multa exempla, de quibus infrà dicam. Secunda, est iuris. Tertia, est hominis. Quarta, est naturæ, quæ a natura inducitur, vel lege auxiliante naturam. Quinta ex cõsuetudine oritur. Iura, quę inducit, infrà ponam: quasi aliquid conferam breuitati.

Quid sit

a ¶Species. Addit Tan. & quis eſt effectus cuiuſq.

b ¶Tertio. Eſt ſciendum quòd Ioan. de Deo ex diſtinctionibus Richardi Anglici, charta nona, ſumpſit hanc diſtinctionem, quæ ſequitur vſque ad decimumoctauum membrum ſuis diſtinctionibus, ſim et ſicut Richardus nullam decretalem allegabat: ſic nec Ioan. Guliel. addit quarto vltimo membro & omnes decreta. quæ hic allegãtur. Propter multitudinem autem contrariorũ nouam formam tenebo in ſoluendo: præmittens quòd ad plura ex contrarijs infrà ſcriptis, ſuffſicit hęc ſolutio, quòd præſumptio, & veritas ſunt diuerſa: nec negatur præſumptionẽ eſſe poſſe contrariam veritati. eod. titu. cap. vltimo. in fin. & patebit per inferiora, & infrà, §. proximo. & c. origo. licet ibi dicatur, nõ refert ex qua honeſta cauſa qs inſanuat: puta ex ieiunio, vel nimia vigilia. per id tamen non negatur, ex cauſa præſumptiue iudicari. de accuſa. cùm dilecti. ſicut licet pręſumatur ex pſona, puta pro conſtituto in gradu: apud Deum tamen præfertur iuſtior: vt ibi. & de tempo. ordin. ad aures. in fi. ſaluatur. licet venditio rei ſacræ in eccleſia vel extra, inducat ſimoniã: non per hoc negatur, grauiorem c eſſe culpam, cùm in eccleſia peccatur. de homici. ſicut dignum, in pri. Illud ad hoc contrarium & ſequẽs, vidẽ quod in ipſo ſequenti nota. ſi nulla, vide quod not. de treug. & pace. c. j. in glo. ij. in omnibus. & xxix. diſtin. ſciendum. & not. xviij. q. ij. diffiniuimus. in vlti. glo. non quales. dicit ex ſacerdotis qualitate, eius ſacramenta vel bonam doctrinam non polluis: cùm pro paruulis baptizatus, adultus per ſe loqui debet: tacendo non dicitur conſentire, & c. in vtilitatem. melius diceret vtilitate. ibi enim in fin. dicitur, ſint ipſi vtiliter, qui contra eam fuerunt hoſtiliter. & contrarium probat quòd inutiliter recipiunt hæreticj, cùm peccare non ceſſent, eſt iniuſta. fletus rei vel ſuorum, non probat eum corrigibilem. presbyteros etiam obſtante fuga apparet quandoq; conuerſio; ſæpe ibi dicitur q quandoq; remiſſio vel negligentia vult videri pietas. Ioan. de Deo fortè non ponderans quod prædixi, alleg. l. diſtinc. ſæpe. ſed illud capitulum facit pro, non contra. Quantumlibet, licet præſumatur pro ijs, qui in religionibus conuerſati ſunt: quandoque tamẽ reperiuntur alijs deteriores: à nobis: ibi conſanguinitas elidit ſuſpicionem, quam familiaritas induceret. antiteceſſor ibi Bonifacius communicauit corpore, ſed non mente. Quid ſit, non debet iudex eſſe facilis ad credendum. c. fin. Richar. & Lodo. non allegauerunt hoc. ſed ver. Ouidij epiſto. Car. Careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab euentu, facta notanda putat. Illud autem capitulum poteſt conuerti: quia dicitur, ſacerdos non debet rogari in teſtem. ſed ſi aliquo euentu viderit vel audiuerit, alijs deficiẽtibus, teſtificari debet illud. Vide quod ibi not. multi. Vide quod prædixi ſuper ſecundo contrario. c. hu. ibi ſoluitur. in fin. gloſ. Moyſes. facit pro & contra, ponderato quod fecit Moyſes. & quod ſit hodie clericus, ibi præſumitur ex ſolitudine. ſunt nonnulli. ſanctus vir mala de bonis non æſtimat. §. quod ergo. ibi difficile continentiam ſeruat, & cætera.

SVMMARIVM.

1 ☞ Quid ſit præſumptio, & vnde oriatur.

Quot eius ſpecies.[a]

PRæſumptio Eſt argumentum ad credẽdum vnum factum, ſurgens ex probatione alterius: puta ex cohabitatione perſonarum ſuſpectarum, præſumitur coitus. vt xxvij. q. j. nec aliqua. xxxij. q. j. dixit dominus. extra, de præſump. literis. & c. ij.[b] ¶ 1 Surgit autem præſumptio ex multis cauſis, ſcilicet ex cauſa: vt xxiij. q. vij. occidit. contra. xxxij. q. iiij. origo. Ex perſona: vt lxxxix. diſtinct. decenter. & xxxj. q. ij. Lotharius. iiij. q. iij. verſic. teſtium. extra, de præſumpt. c. fina. & de pœni. & remiſ. noua. & xlvj. diſtinc. ſunt nonnulli. Cõtra. xxij. q. iiij. ſicut. Ex loco: vt xvij. q. iiij. quiſquis. extra, eod. literis. & cap. iij. Contra. j. q. iij. ſaluator. in fin. & xl. diſtinct. illud. xxxij. q. v. tolerabilibus. Ex tempore: vt xvij. q. j. Gonſaldus. extra, de ſponſa. ad id, quod. Contra. xxiij. q. viij. ſi nulla. Prædicti modi probantur lxxxj. diſt. in omnibus. Item ex qualitate: vt xlvj. diſtinc. ſunt nonnulli. in fin. & iiij. q. iij. B. hermafroditus. contra. j. q. j. non quales. ex taciturnitate: vt xliij. diſt. ſit rector. verſus princ. Et xxviij. diſtin. presbyterum. extra, eo. nonne. contra, de conſecra. diſtinc. iiij. cùm pro paruulis. & ſequenti. In vtilitate: vt xxiij. q. iiij. ipſa pietas. contra. xxiij. quæſt. v. relegentes. circa medium. Ex fletu: vt xxxj. q. ij. ſi verum. vj. q. j. c. iniuitare. contra xxiij. q. iiij. c. eſt iniuſta. Ex fuga. j. q. j. c. conſtat. xliij. diſtinc. ſit rector. verſi. rectorem. recta & c. contra l. diſtinc. presbyteros. Ex negligentia: vt xviij. diſtin. perueniet. extra, eod. ſcribani. ij. q. vij. c. negligere. Contra, xlj. diſtinct. ſæpe. Ex conſeruatione. lvj. diſtin. cap. j. contra, lxvj. diſtinc. quantumlibet. Ex familiaritate: vt xxxiij. diſtinct. quorundam. xxviij. q. j. c. ſæpe. extra, de accuſa. c. repellantur. contra. C. de epiſco. & cleri. eum, qui. extra, de cohabit. cleri. & mulie. c. à nobis. Ex vicinitate. de pœniten. diſtin. j. ſed & continuum. contra. xj. q. iij. c. anteceſſor. Ex obſcuritate: vt xviij. q. ij. c. perniciosſam. extra, de offi. deleg. conſuluit. contra. lxxxvj. diſtinct. ſi quid. Ex euentu: vt xv. q. j. c. aliquos. contra. xiiij. q. ij. c. fin. Ex dignitate: vt xj. q. iij. abſit. extra, de reſcrip. c. præſenti[c]. viij. q. j. c. qualis. contra, eadem quæſtione. illud. & xl. diſtinct. multi. Ex quantitate: vt xij. q. ij. bonæ. extra, de reb. eccle. alie. vel non. conſenſus. extra, de ſimo. & ſi quæſtiones. contra. xiiij. q. vj. c. fin. Ex dilectione: vt xxiij. q. iiij. ea. de pœni. diſtinc. vij. c. fin. verſi. quem enim morbus. extra de præben. graue. xxviij. diſtinct. de Syracuſanæ. contra. viij. quæſtio. j. cap. Moyſes. ex ſocietate. ij. q. viij. c. penul. extra, de accuſatio. repellantur. contra. lxxxj. diſtinct. clericus. Ex frequentatione: vt in c. clericus. & ead. diſtinct. in omnibus. extra. de vit. & honeſt. cle. monaſteria. contra. xlvj. diſt. ſunt nonnulli. Ex ætate. extra, de præſump. cùm in iuuentute. & ij. q. j. c. ſcelus. & xxviij. diſtinc. fraternitatis. contra, ead. diſtin. §. quod ergo. ¶ Si ei, qui longo tempore in aliquo ordine deſeruit, nouiter obijcitur quòd fuit à non ſuo epiſcopo ordinatus: quid ſuper hoc præſumatur tam in iudicijs, quàm extra. Et an præſumatur, ſolẽnitatem interueniſſe, vel omiſſam fuiſſe: nota ſecundum Papam extra, de eo, qui furti. ordin. ſuſcepit. capitulo finali.[d]

SVMMARIVM.

1 ☞ Præſumptionum ſpecies, quot ſunt.
2 Præſumptio probabilis quæ ſit, & ex quibus ſurgere dicatur.
3 Præſumptio violenta ſurgit ex veriſimili probatione.
Præſumptio iuris dicitur, quando ius præſumit ita eſſe.
4 Denunciante aliquo alicui ter ne cum vxore ſua loquatur: ſi poſtea cum ea reperitur loqui, violenter præſumitur de malo.
5 Præſumptio neceſſaria, quæ dicatur.
6 Iudex procedens per præſumptionem, debet eſſe tardus ad pœnam imponendã, & ſententiam temperare.
In criminibus non debent eſſe præſumptiones, ſed claræ probationes.
8 Tortura an ex præſumptione poſſit aliquo caſu dari.
9 Bonum factum, ſemper præſumendum eſt bene factum.
10 Bonum de malo, aut malum de bono, nunquam eſt præſumendum.
11 Præſumptiones diuerſæ, nonnunquam circa idem factum habentur.

SPecies [e] Autem præſumptionum ſunt quatuor, licet communiter tres conſueuerint aſſignari. ¶ 1 Eſt enim præſumptio temeraria. probabilis, violẽta, & neceſſaria. ¶ Temeraria præſumptio eſt, quæ ſurgit à malis hominibus & maleuolis, & ex cauſis vilibus & leuibus: puta quia vident aliquem ſemel cum aliqua loqui, ſtatim præſumunt malum, & male: cùm dubia in meliorem partẽ de-

c ¶Præſenti. Hodie ſtatutum. §. j. lib. vj.

d ¶Cap. fina. Primum ibi ſcripſi poſt eum in glo. ij. ſecundum dictum quære, de re iudic. ſicut. ſuper tertia gloſ. in quibus locis vide per Innoceo. & Abba. Sicu. Item Rota in antiquis deciſio. lxxxiij. & deciſ. cccxij.

e ¶Species. Proſequitur & ampliat verba Tancr. vbi ſupra.

ADDITIO. Adde ad materiã videndum Præpoſi. Mediolañ. in c. is qui fidem. de ſponſali. in ij. colum. & ſequenti. vbi pleniſsime & de differentia inter pręſumptionem & fictionẽ, vide omnino Ioannẽ de Tur. crema. in c. ferrum. diſtinct. l. & Philip. Corne. conſi. cxxxv. incipien. viſis articulis. in ij. colum verſicu. nam ius canonicum in primo volum. Et an præſumptio violenta habet vim plenæ probationis, etiam in cauſa criminali, vide Mattheſilan. notabili cxix. incipiente, nota quòd præſumptio. Et an contra præſumptionem iuris & de iure admittatur probatio in cõtrarium, vide Ioan. de Tur. cre. in dicto cap. ferrum. in ſecunda concluſione, & per Ludou. Roma. conſil. cccl. incipien. in caſu. colum. iiij. verſic. his tamen. Et vide Hippoly. de Marſil. ſingula. cxvj. incipiẽ. præſumptio. vbi quòd præſumptio iuris & de iure eſt maximæ importantiæ, & operatur plura: vt habetur in l. fin. C. arbit. tute. & in l. antiqui. C. ad Velleia. & in l. fin ff. quod met. cau. & in c. is, qui. de ſponſa. cum ſimilibus: de quibus latè per Felin. & alios in c. quanto. in vlti. col. de præſump. Et inter alios effectus, quos operatur, talis præſumptio iuris & de iure, operatur vt cõdemnatus ex præſumptione iuris & de iure non poſſit appellare: quia habetur pro confeſſo & conuicto: & confeſſus & conuictus non appellat: vt in l. ij. C. quorum appella. non recip. Ita ſingulariter dicit Bald. in l. ſi qui adulterii. C. de adulte. quod dictum refert & ſequitur pro notabili dominus Franciſcus Brunus in tractatu ſuo de indic. & tortu. in ſexta, charta 10 tertia columna, in princip. Et adde Præpoſitum Mediolanenſ. in dicto cap. is, qui fidem. in colum. penultima, verſicul. colligendo. vbi ponit regulam, quòd contra præſumptionem iuris & de iure, non admittitur probatio. quam regulam limitat ſex notabilibus modis: vide omnino per eum. Et an & quando præſumptio requirat allegationem, vide omnino Alexan. in l. qui in

beamus interpretari. extra, de regu. iur. c. ij. Vnde si presbyter amplexetur mulierem, præsumitur fecisse id causa benedicendi, vel ad pœnitentiam exhortandi. xj. q. iij. absit. xcvij. distinct. in scripturis. Temeraria ergo præsumptio inualida est, & à iure repellitur, nec mouere debet animum iudicantis. ij. q. j. c. j. & vj. q. j. c. oues. lxxxvj. distinc. si qui verò. extra, de simo. licet Heli. ¶ † Probabilis autem, siue verisimilis dicitur præsumptio iudicis: & hæc surgit multis ex causis & suspicionibus, de quibus suprà aliquas tetigi, fama super his crebrescente: & hæc inducit purgationem:[a] vt extra, de purga. cano. c. si quis de gradu. ij. q. v. c. presbyter si à plebe. & cap. si mala. & c. omnibus. contra eam tamen admittitur probatio: vt vij. q. j. c. præsentium. extra, de renunc. super hoc. nec inducit iudicem ad sententiandum, nisi cùm talis in purgatione defecerit: vt in prædi. concord. & extra, de cohabi. cleri. & mulie. c. tua. & dicā j. de aboli. & purga. §. nunc de purgatione. Verumtamen licet per se iudicem non moueat ad pronunciandum, cum vno tamen teste, vel cum alia consimili præsumptione, plenam facit fidem, secundū Tancre.[b] extra, de præsump. illud. iiij. q. iij. versi. item sæpe. xxxv. q. vj. si duo. C. ne de sta. defunc. l. ij. vel mouet iudicem ad deferendum iuramētum ei, pro quo est præsumptio, vt sententiā ferat pro eo. C. de reb. cred. in bonæ fidei. ff. de iureiurā. admonendi. extra, de procur. ex insinuatione. extra, de proba. sicut cō-

3 suetudo. ¶ † Violenta autem præsumptio, surgit ex verisimili probatione: & dicitur præsumptio iuris, quando ius præsumit ita esse: puta si apparet chirographum cancellatum, ius præsumit debitorem esse liberatum. ff. de probat. si chirographum. & lxxvij. distinc. scire. in fin. ff. de pact. postquàm. & l. Labeo. Præsumit etiam ius quòd nullus resignet personarum ecclesiæ, & postmodum recipiat vicariam. ex-

c tra, de præsump. quia verisimile.[c] Item præsumit q nullus de maiori dignitate, transit libenter ad minorem: vt extra, de cler. non resid. in eccle. vel præben. c. j. Item præsumit quòd quis cognouerit vxorem, cum qua diu cohabitauerit: vt xxvij. q. j. nec aliqua. Item si quis inuentus sit cum aliqua nuda, solus cum sola, & in lecto iacentes, secretis locis & latebris, præsumit q sint fornicati: vt extra, de præsump. literis. Item si accusatus aufugiat, potest condemnari: vt ff. de bo. lib. si in libertinū. et C. vt omnes tā ciui. q̄ mi-

d li. l. vnica.[d] ¶ † Itē si quis denūciet ter alicui, ne cum

4 vxore sua loquatur, & postmodū inuenit eum cū ea

alienа. in iij. colum. versic. extra glos. ff. de acquir. hæred. & per I udo. Roma. consi. lxvij. incip. pater reuerende. versi. secundò respondeo. Et an præsumptio iuris, quod quis habet in re, excuset violentum inuasorem ipsius rei à pœna & à dolo: vide Hippolytum de Marsil. singula. clxvij. incipien. violentus inuasor. Inno. in c. cùm in officijs. de testa. Bal. in authen. licentiam. versic. sed reuoco. C. de episco. & cler. Et adde quòd præsumptiōes iuris, sunt liquidissimæ probationes. l. licet Imperator, de lega. j. l. si quis locuples. in fi. ff. de manumis. test. l. quidā testamento. in fin. de vulg. & pupil. not. Abbas in c. j. in secū do notabi. de cleri. non resid. in c. cùm dilecti. in j. nota. de donat. & Bart. in l. fin. ff. de publi. iud. Et do. Philip. Deci. consil. ccxxij. in iiij. col. ver. i hac causa. in secūda parte consil. Et q præsumptiones legum dicantur liquidissimæ probationes: not. Pau. de Cast. consi. cclxxxj. incip. in causa ista. in ij. colū. versi. tertiò releuatur. in prima parte consil. Et Mari. Socin. consi. xxiij. incipien. circa prædictam. colum. vj. versicul. xij. probatur. in primo volumine. & ibi an contra præsumptionem iuris & de iure, admittatur probatio in contrarium. Henricus Ferrandat.

a ¶ Purgationem. Hic est effectus. Tancr.

b ¶ Secundum Tancre. extra ad literam est iste versi. totus.

c ¶ Verisimile. secundùm Tancre. quod sequitur vsq; ibi hic inducit. interposuit author.

d ¶ L. vnica. Hic est instandum propter materiam. & concordat s. ver. ex fuga. §. proxi. & datur thema de reo, qui obijcit falsitatem contra instrumentum productum ab actore, ac etiam notarium accusat de falso: qui notarius postquàm comparuit dato fideiussore, vel prius aufugit: quæritur de notario, ac etiam de authore producente, in quo lædantur ex fuga. Contra notarium accusatum inducitur l. in eos. ff. de custo. reo. quæ vult carceratum, quia delatus de crimine, si aufugit, dato quòd innocens esset, puniri vt confessum vel conuictum. Facit in authen. de colla. §. antepenul. col. ix. ad idem in authen. de exhib. & intro. reis. §. si verò etiam quidam. col. v. & quod ibi nota. de seruientibus qui fugiunt. Item lex fugam vocat delictum. ff. de ædil. edic. quis sit fugitiuus. in princ. Item desertor capi potest. ff. de re mili. non omnes. §. desertor. Item facit ff. ad Sylla. l. iij. §. de his autem. & l. leges. §. j. Facit ad hoc iij. q. ix. decreuimus. extra, eod. titu. nullus. Dominus meus in l. raptores. C. de episc. & cler. vbi de fuga fit mentio, an propter illam sequatur condemnatio: distinguebat, si crimē est tale, ad cuius damnationem sufficiat sola præsumptio, sufficiet fuga sola. ff. de suspec. tuto. l. impuberibus. C. de asses. l. consiliarios. C. lib. xj. de omni agro deser. l. locorum. & in prædi. §. si verò etiam quidam. Si autem ad damnationem criminis requiritur plena probatio, non sufficiet fugæ probatio. ff. de requi. reis. l. j. de custo. reo. l. diuus Adrianus. versi. diuus Pius. C. de raptu virgi. l. j. §. j. Facit C. de iura. calum. l. ij. §. quod si actor. & §. sin autem. Oldra. ibi dicebat quòd si imponitur fuga pro crimine, tunc sola sufficit: vt in desertore. C. lib. xij. de deser. l. j. & ij. ff. de re mili. l. desertores. & l. qui cùm vno. §. qui post desertionem. Et sic posset intelligi l. in eos. in princi. allegata, quæ de fuga carceris loquitur. Si autem non pro crimine, sed pro criminis prioris probatione imponitur fugā: tunc procedat superior distinctio. Dyn. in prædi. versic. diuus Pius. fatetur quòd fuga inducit suspicionem: sed ex suspicione non debet quis damnari. ff. de pœn. absentem. Dicebat tamen propter suspicionem illam eum subijci posse tormentis: vt in præd. §. de his autem. quod Iaco. de Belui. non placet in præd. §. si verò etiam. per legem. ff. de quæstio. l. j. in princip. & C. de quæstio. l. milites. per quas patet requiri ad torturam, argumenta siue indicia in plurali. Præterea fugam non respicit directò delictum: sed tuitionē personæ. De tortura, vide quod plenè scripsi extra, de regu. iur. cùm in contemplatione. De indicijs satis dixi s. de proba. § fin. super ver. xiij. Quicquid tamen sit, de iure contrarium seruatur: quia ex vnico indicio torquetur. ¶ Per prædicta tamen quæstio de producēte remanet in dubio: quia si sola fuga notarij non probat contra ipsum, multò minus contra actorem producentē. facit l. ij. C. de fide instru. Hinc est q cùm opponitur talis falsitas, vterq; probat. C. de fal. l. fin. & vide s. de proba §. j. sub ver. ix. & quod ibi dixi. Est sciēdum, quòd dum eram in curia, quidam arrestati per benefactorem meum venerandæ memoriæ dominum papam Ioannem, fugerunt. quo scito hora prandij tota curia fuit in motu: & multi prælati & nobiles, statim equitarunt ad locum, quò iuisse putabantur: inuenti fuerunt manu armata, sed non capti: tunc fuerunt examinata certa dubia. Et erat primum, an fractio arrestationis & fuga induceret veram probationem eorum propter quæ fuerant arrestati: ita quòd posset ferri contra eos vt confessos & conuictos diffinitiua sententia. ¶ Erat secundum, quod ꝓponebatur, an ad illam audiendam, essent denū citandi. Ad primum per diuersos inducebātur multa. Primū q princeps est lex animata in terris: vt in aut. colla. iiij. de consu. in fin. vbi v. concord. alleg. glo. restat quod arrestatio legis & principis idem sunt: sed frangens arrestationem legis habetur pro confesso. est tex. C. de asses. l. consiliarios. & vt omnes tam ciui. quàm mili. l. vna. versi. quod si quis. Facit ad prædicta extra, de exces. prælа. ex literis. vbi contra illum missum per visitatores ad curiam, licet nō arrestatum per Papam, ipse papa procedens eum, qui de curia fugerat, pronunciauit indignum altaris ministerio: ex quo secuta fuit depositio. Item iura non solum arrestatum fugientem, sed etiam contumaciter absentem habent pro confesso. Probatur hoc iij. q. ix. decernimus. xj. q. j. Christianus. in fi. extra, hoc eod. titu. nullus. ff. de iure fis. l. senatus. §. diuus. vbi delator contumax punitur, ac si non probasset. Item secundùm leges effractores carcerum capite puniuntur. ff. de effrac. l. j. fugienti pœna mitior imponitur: vt ibi. & ff. de custo. reo. l. milites. & l. in eos. de pœn. l. aut damna. §. quisquis. vbi damnato ad tempus ad pœnam carceris, si fugiat, duplicatur tempus tunc residuum: seruata tamen distinctione, de qua ibi. Facit ad idē C. de cohorta. l. si apparitor. lib. xij. vbi apparitor fugiens absens damnatur. quod regulariter non fit secundùm legem. ff. de pœnis. l. absentem. in prin. & C. de accusa. l. absentem. De hoc, & quid secundùm canones. iij. q. ix. in summa. de dol. & contu. veritatis. ad fin. Contra istos, qui se occultāt vel occultantur, etiam quo ad modum procedendi, facit l. ij. C. de his, qui latro. occul. in grauibus criminibus, quale est crimen hæresis, videmus q sola contumacia, etiam cum excommunicatione secuta, nō sufficit ad sententiam damnationis, nisi labatur pòst annus. de hære. cum cōtumacia. lib. vj. Inducebatur tamen tunc sic illa decre. Contumacia enim suspicionem probabilem, facit vehementē: fuga verò carcerati vel arrestati aliquid addere debet: sed post vehementem non est gradus, nisi violentiæ, vt ibi nota. ergo violentiam inducit. Sed respondebatur quòd vehemens non erat hæc media. nulla enim contumacia præcesserat: imò vocati venerant. De secundo dicebatur, citationem non esse necessariam, per decre. eum qui. de dol. & contu. lib. vj. vbi patet, contumacem, qui appellauit, etiam ad sententiam non citandum. Ratio, quia appellādo, protestari videtur se de cætero nolle venire. Si hic operatur verbum appellatiōis, longè fortius hic operari debet fuga carceris vel arrestationis, etiam in facto consistēs: cùm plus sit, factis demonstrare, quàm verbis dicere. De hoc de appella. dilecti. ij. in j. glos. Item si verum est, quod sine appellatione dicens se nolle venire, sit manifestus contumax, vlterius non citandus, per decret. venerabilibus. de senten. excommu. lib. vj. §. secus. nec audiendus appellans, per clementi. de dolo & contu. si ante. fortius sic dicemus in isto fugiente. Super hoc tamen vide quod plenè scripsi s. de contuma. §. j. vltra medium. ante versi. & nota quod.

ADDE an fuga faciat quem haberi pro confesso, vltra ea, quæ not. in d. l. in eos. Bald. consi. cxxij. j. lib. vbi consuluit tenuisse sententiam iudicis, qui condemnauit quendam, qui fugerat dimissa vxore in domo mortua ex vulneribus: iuncta eius confessione extraiudiciali, & fama publica. & per Bald. eius consi. ccccxx incipiente, primus quæstionis articulus. vbi dicit glos. dictæ legis, in eos. sic debet limitari. Nam aut quis detinetur pro generali inquisitione: & non habetur pro confesso: quia ficta confessio, sicut vera, debet cadere super certos & ideo debet crimen certum probari vt l. j. C. vt omnes causæ tam ciui. quàm crimi. & in authenti. vt iudi. sine

loquentem

quoquo suffra. §. necessitas. Aut detinetur per inquisitionem specialis criminis: & tunc aut aufugit, confractione aut conspiratione: & loquitur l. in eos. aut aliter: & tunc non habetur pro confesso: punitur tamen pro motu iudicis: vt not. Gul. de Cun. in l. succurritur. ff. ex quib. cau. maio. & ibi etiam quod fuga carcerati non probat contra Potestatem siue officialem. Respecto autem testatorum, de quibus Ioã. And. loquitur, vide latius per Oldr. consil. lxv. vbi etiã qualiter Cardinales essent puniendi, & reliqui religiosi, qui illi schismatico fauoꝫ præstiterint, qui vocabatur Bauarus. consilium incipit, hic b igitur.

a ¶ Inducit. Ponuntur effectus secũdum Tancre.

b ¶ Proposuisti. sic est in acquisitis per vxorem, constante matrimonio: quod mariti præsumuntur, nisi probetur contrarium. ff. de dona. inter vir. et vxo. l. Quintus. Idem dicunt quidam de acquisitis per filiumfa. vt præsumantur aduentitia, de bonis patris quæsita. alij contra. vide §. de actore. B. versi. sed quid si dubitetur.

c ¶ Dixit. Multum respexit autor retro. est enim allegatum in prin. §. præcedentis.

d ¶ Fidem. Et vide quod ibi dixi super glo. ij. hoc eodem tit. quanto. super j. glo.

e ¶ In prædicta concordãtia. Seruando quod obtuli super rubrica, in fin. eo quòd dictum Marti. de Fano in volumine non habetur, est sciendum quòd ad hanc speciem ipse addit hos casus. Primus, in stipulatione de dote tacita. C. de rei vxo. actio. l. vna. j. respon. Secundus, in muliere, quæ se pro alio obligauit: vt videatur id pro se fecisse. C. ad Velleia. si mulier. & l. antiquę. Tertius, bonæ fidei possessorem, facit malę fidei per contestationem. ff. de peti. hęredi. sed & si lege. §. si autem. Quartus facit verum cõtumacem, qui se præsentat iudice pro tribunali sedente, non contumacem. ff. de in integ. restitu. l. diuus. Quintus facit eum donasse, qui donare noluit. ff. ad legem Aquil. si seruus. §. si cluam. Institu. de rerum diui. §. ex diuerso. Sextus inducit institutionem, vbi facta non fuit. ff. de administr. tuto. l. lex quę tutores. Septimus facit prælatos acquirere ecclesię, quod non intendebant. C. de episco. & cleri. aut. licentiam. Octauus facit patrem promittere dotem de suo, quam intendebat promittere de alieno. C. de dot. promiss. l. fin. Nonus præsumit substitutionem pupillarem, vbi mens testantis erat solùm de vulgari. ff. de vulga. substitu. l. hoc iure. & C. eod. titu. quamuis. primo respon. Decimus contra veritatem rei, facit militem in castrensi peculio mutuatum. C. ad Macedo. l. fio. Vndecimus facit heredem manumittere seruum, quem manumittere noluit. C. de Lati. lib. tollen. l. j. §. illo. His casibus & similibus, lex dicit, Sic volo, sic iubeo. nec innititur veritati facti: sed voluntati & ęquitati. Adducit ad idem C. de dona. ante nup. cum veterum. de bo. quę libe. cum oportet. §. fin. autem. de fideicõ. liber. & si non. de pigno. l. fin. C. de epis. & cle. officiales. ff. de adop. l. his verbis. ¶ Prosequitur demum præsumptionem iuris, in qua non præponitur præsumptum vero, si verum contra illam probari possit. Non dicit ergo ius, Sic volo, sic iubeo: vt supra: sed dicit, sic credo, nisi contrarium appareat. Dat exempla in nõ expressis casibus: vt d. l. Quintus. ff. de dona. inter vir. & vxo. cui coniungitur l. etiam. C. eod. titu. ff. de iure dot. sed nisi. de testa. l. seruos. de excusa. tuto. Nesennius. & l. sequenti. loca. & conduc. l. item quęritur. de lega. ij. l. vxorem. §. fin. de libe. & posthu. l. placet. de condi. instit. l. quidam. quemadmo. testa. aper. l. j. in fin. de annu. leg. l. annua. §. a Titia. de libe. agnosc. l. j.

loquentem, potest eum iudici tradere puniendum: quia violentissima præsumptio est, quòd pro malo loquatur. in aut. vt lic. matri & auiæ. §. his quoque. colla. viij. quæ est posita C. de adulte. aut. si quis ei. Item si te accuso de adulterio cum Berta commisso: & tu me repellis, dicens quòd est tua consanguinea: postea verò cũ ea contrahas, poteris puniri: quasi de maleficio videaris confessus: vt C. ad leg. Iul. de adul. si quis adulterij. & hoc inducit[a] iudicem ad pronunciandum pro ea: nisi contrà probetur. Nam cõtra talem præsumptionem, bene admittitur probatio: vt in prædicta concordantia. & extra, de proba. proposuisti[b]. argu. contra, quod non inducat iudicẽ ad pronunciandum. extra, de præsump. literas. sed ibi papa voluit benignè agere. Vel dic quòd inducit probationem in criminibus mediocribus: vt in prædi. c. dixit:[c] nõ in enormibus: vt in prædicto c. literas. die vt ibi not. Aliàs autem per præsumptiones, præterquam in præmissis casibus, & similibus, non cõdemnatur quis sine probatione, secundùm Rofr. quia sanctius est impunitum relinqui facinus nocẽtis, quàm innocentem condemnare: vt ff. de pœn. absentem. ¶ † Necessaria autem est præsumptio illa, quam cõmuniter vocant magistri iuris & de iure. & hæc inducit probationem, & iudicem ad pronunciandum, nec recipit probationem in contrarium. Dicitur autem ideo iuris & de iure: quia ius vehementer præsumit sic esse, vel non esse: & propter talem præsumptionem, ius statuit super ea. Verbi gratia, Si is, qui contraxit cum Berta per verba de futuro, cognouerit eã postea: ius certè statuit contra huiusmodi matrimonium præsumptum probationem nõ admittendam ex quo eam cognouit, intelligitur in eã consensisse, quamuis cum ea non contraxerit per verba de præsenti: vt extra, de sponsa. is qui. & in exemplis ibi notatis. Item si quis cognoscit sponsam suam cõditionalem, ius præsumit purũ cõsensum accessisse: & ideo statuit pro matrimonio sententiandum extra, de desponsa. impub. de illis. extra, de condi. appo. per tuas. Et eodem modo, si quis inuita viro tradita, pòst consenserit in carnalem copulam, vlterius non auditur. extra, de eo qui dux. in ma. quam pol. per adult. c. significauit. extra, qui matri. accus. pos. insuper. Vel si postea cum eo per annum & dimidiũ steit, vlterius non admittitur ad probandum violentiam: quę præsumitur in consensum transisse. extra, de sponsa. ad id, quod. & c. iuuenis. Idem in ea, quæ dicit se inuitã intrasse religionem. extra, qui cleri. vel vo. c. fin. Item pone alia exempla, vt C. ad Macedo. l. fin. & C. arbi. tute. l. fin. De hac autem præsumptione loquitur xj. q. j. c. si quę clericorum. & in aut. vt lic. matri & auię. §. penul. & fin. extra, de desponsa. impub. c. literas. d Et de hac materia, vide extra, de sponsa. is qui fidẽ.[d] & l. dist. in c. ferrum. & liij. distin. c. fraternitatẽ. Aliàs autem quantuncunque ius aliquod præsumat, semper admittetur probatio in contrarium: nisi aliquid certum super ipsa præsumptiõe statuat: j. eta quòd nõ admittitur probatio in contrarium: vt not. in prædicta concordantia.[e] ¶ † In summa nota quòd vbi iudex per præsumptionem procedit, valde suã debet sententiam temperare: & tardius debet esse ad pœnã corporalem, vel pecuniariam infligendam. argu. ij. q. j. c. nonne. & c. j. quod dic prout notatur secundum papam extra, eod. quia verisimile.[f] ¶ † Sed pone[g], Petrus minatus est Titio quòd ei oculos erueret. postmodum eruti sunt oculi eidem T. nescitur tamen à quo: sed P. accusatus de hoc, cõtra quem probantur solum huiusmodi minæ. quæritur vtrum ex hoc solo debeat condemnari? Et videtur quòd non: quia in criminibus, claræ debent esse probationes. ij. q. viij. c. sciant. Item metum non ex iactationibus tantum, sed ex facti atrocitate probari conuenit: vt C. quod met. cau. l. metum.[h] licet ergo minæ probẽtur, non ob hoc factum probatur. C. de transact. interpositas. Nam præsentem metum inspicere debemus. ff. quod met. cau. l. metum. C. de pœn. qui sententiam. nec per præsumptionem debet quis ad pœnam sanguinis condẽnari. ff. de pœ. absentẽ. Nec debet imputari, quod iracũdiæ calore dictũ est. ff. de regu. iur. quod calore. xj. q. iij. §. notãdũ. prope prin. Nec

§. Iulianus. de pec. be. qui testamentum. quib. mod. pign. vel hypo. solui. sicut re. §. superuacuum. de relig. & sump. fune. si quis impediat. §. sed interdum. de nego. gest. Nesennius. de fideicom. liber. l. generaliter. §. si petitũ. de fideicom. cum acutissimi. de probat. siue possidetis. manda. l. per diuersas. de proba. cum te minorem. de annu. excep. l. fin. de secũ. nup. aut. nunc autem. de alimẽ. pu. præstan. l. fin. arbi. tut. l. fin. Fatetur quòd quidã computãt istam sub priori. & authoristam superius allegauit de distract. pigno. l. & qui sub imagine. ¶ De tertia præsumptiõe hominis dat exempla. ff. de acquir. hered. cum quidam. §. quid ergo. de hered. instit. l. vlti. de probatio. l. chirographum. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. fin. C. de postulan. prouidendũ. in fin. de furt. & ser. corrup. l. in ciuilem. & l. ciuile est. de testa. mili. l. in testamento. in fin. secundum vnam lectu. de in offic. testa. l. filijs matrem. Hęc hominis præsumptio, nec veritas est, nec pro veritate recipitur: proficeret tamen si esset aliqualiter violenta, & aliquibus indicijs iuuaret. ff. de libe. agnosc. l. iij. §. Iulianus. ff. de minio. l. iij. §. j. in fin. C. qui, & aduer. quos. l. j.

¶ De quarta præsumptiõe naturę, allegat ff. quod met. causa. l. isti quidem. §. fina. de nup. l. j. primo respon. de reb. dub. l. qui duos. §. ij. quod cum fal. tut. l. penul. responso primo. de libe. homi. exhib. l. iij. §. si eum. de adop. l. nec ei. de reb. eo. l. si pupillorum. §. si pater. de his quib. vt indig. hęreditas. §. fin. de manu. vindic. l. illud. in fin. de libe. leg. l. Aurelius. §. Titius. de regu. iur. l. capienda. Dicit autem hanc præsumptionem natura & lege innatam, in dubijs pro lege seruari.

¶ De quinta sumpta ex consuetudine, alleg. ff. de pigno. actio. vel vniuersorum. de lega. j. si seruus plurium. §. fin. de lega. iij. nummis. ad Macedon. l. seruus. §. antepenul. subdit quòd hanc præsumptionẽ sustinet lex: & meritò, cum consuetudo sit altera natura.

f ¶ Verisimile. Quod posui eod. titu. c. ij. in glo. per hoc.

ADDE vt per Alexan. in l. j. in viij. col. ff. si cer. peta.

g ¶ Sed pone. Iste versic. & sequens, additi fuerunt & primum habitum ex dictis Odofred. Secundum ex dictis Guido de Suza in diuersis locis: sed plus in l. pomponius. ff. de nego. gest. in fine. & in quęstione statutorum mihi sub litera B. Concordat autem in his, quę hic dicuntur. addit tamen Guido vtrobique, quod secundum Lombard. indici posset bellum vt ibi. libro primo. de homicid. liberorum. c. rex olimus, quę poterat author addere tertiam quęstionem multorum de illo, qui domum vendidit, & paulò post commisit homicidium, an sic præsumatur venditio facta in fraudem pœnę, quod domus veniat diruenda vel confiscanda secundum formam statuti: de qua vide infra, de donationibus. versicul. item pone.

ADDE tu ad quęstionem authoris ea, quę plenè dicuntur per Anton. de But. in cap. iurauit. & per domi. Abba. Sicul. ibidem. extra, de probatio. & per nouissimos ibidem. Ad quęstionem verò, quam ponit hic Ioannes Andre. adde notabiliter Bald. in l. si is qui. per illum text. ff. de acquiren. hęredi.

h ¶ Metum. Vbi de hoc nota. Cynus non tractat ibi quęstio. sed huc remittit.

a ¶ Autem. Plus facit pro prima parte: & si mihi nõ credis, vide quod not. ff. de peti. hære. si quis libertatem. §. pe. in glo. ad arbitrium.

b ¶ Formentis. Dixit Guido in quæstio. si aliquod indicium adsit: quia iura quæ sequuntur hic, & j. ver. proxi. satis sunt a longe: vide quod prædixi su per verbo, violenta.

c ¶ Est. s. vbi s.

d ¶ Ecõtra. De regu. iur. semel malus. lib. vj. & Iac. de Bel. hoc multum plenè prose a quitur, super l. commodo. C. de inoffi. testa. in solutione contra.

ADDITIO. ¶ Amplia singulariter prędictam regulam, vt per Hippo. de Marsil. sing. lxxiij. in cip. tu habes regulã. Henri. Ferrandat.

e ¶ Illud. Puto quod allegare voluit de cre. ꝓposint. eo. situ.

f ¶ Versicu. v. Anballæ vel res habentes certum signum, præsumã sur eius, cuius est signum, vide per Iaco. de Belan q. quæ incipit. dux in ducatu. ad fin.

propter verba, sequuntur verbera. ff. de his qui not. infa. l. iussum. & l. verbera. Arg. contra. ff. ad leg. Iul. de adul. quod ait. ff. ex quib. cau. maio. l. ante pe. ff. de rei vendi. l. si ante. ff. si cui plusquam per leg. fal. hoc autem.[a] Præsumitur enim aliquid ex his, quæ incontinenti secuta sunt. extra, de elect. offici. Item nemo præsumitur dixisse, quod mente nõ agitauerit. ff. de supel. leg. l. Laben. in fi. C. quod met. cau. si donationis. ibi: vel capitales, &c. xxiij. distin. Psalmista. ff. de quæstio. milites. Solu. Dicunt quidam ex præmissis dictis præsumi, & ex persona dicta pẽsari. C. si quis imperat. maledi. l. j. C. de rei vendi. in fundo. ff. de tut. & cura. his qui. ff. de quæstio. minore. ff. de actio. & oblig. l. si. ff. de actio. secu. extra, de pignoribus. in fi. Si enim non consueuit talia facere, non debet iudex ex præsumptione condemnare, licet fuerit minatus: vt in præ. l. absentem. posset tamen supponi tormentis[b] arg. ff. mand. si vero non remunerandi. §. cõtrario. in fi. ¶ † Et idem est, si aliquis interfectus sit, nescitur tamen à quo: sed probatur quòd P. erat inimicus illius, & ab illo offensus. Nam bene poterit P. ex tali præsumptione torqueri. ff. de dona. inter vir. & vxo. si seruus communis. & l. cùm hic status. §. si mulier. & l. vir vxori. ff. de leg. ij. l. vxori. §. fin. ff. fami. ercis. l. qui pater. ¶ † Illud etiam notandum est[c], quòd omne bonum factum, rectè præsumitur actũ. extra, de renun. in præsentia. & de præsump. c. fi. xj. q. ij. absit. C. de commis. & contrahen. ship. l. j. Item omne malum factum, prauè præsumitur actum. extra, de præsump. c. j. ff. ad legẽ Aquil. nam ludus. xv. q. j. si quis non iratus. & q. vj. c. j. in fin. quod verum est omnino, nisi ratione personæ, contraria præsumptio oriatur: vt v. q. nõ omnes. ¶ † Item nota quòd non præsumitur bonum de malo, nec malu de bono: vt xlvj. dist. sunt nonnulli. in fin. q. qui semel fuit bonus, adhuc præsumitur bonus: & econtra[d]. ff. de accus. si cui §. idem. ff. de remili. non omnes §. à barbaris. & in præd. c. sunt nonnulli. ad fi. extra, de præsumpt. c. mandata. extra, de præbend. c. nisi essent. in prin. Et qui semel fuit excommunicatus, adhuc pręsumitur esse excommunicatus: vt legitur & not. extra, de cle. excom. c. illud.[e] extra, de scruti. in ordi. fa. c. vnico. argu. contra. j. q. vij. sancimus. de hoc s. de proba. §. videndum. versi. sed nunquid. ¶ † Item nota quòd circa idem factum, nonnunquam diuersæ præsumptiones habentur: & quandoque vna illarum, præponderat alij: vt extra, de elect. cùm inter R. seniorem. versic. sane quamuis. cum suis concor. & adde quod not. s. de proba. §. j. ver. secundum. & §. videndum. versi. v.[f]

Baldus. De Præsumpt. Rubrica.

omissis allegationib⁹: vt ff. de his, q̃ in te. delen. proxime. an si q̃ licet infra non fuerit allegata: rõ tñ legis intelligit esse inducta. ergu. iij. q. vij. iudicet. ibi: 8 Sed iuxta leges & iura pronunciet. ¶ † Sed quid si iudex potest supplere de iure? R̃n. non solum ordinarius, sed etiã delegatus. licet quidã cõtra in delegato, per leges. ff. de re iudi. ait prętor. in prin. & C. ad l. Cor. de fal. l. vbi. ibi: nec vlla interlocutiõe diiudicet quę sentiat, &c. Sed certè fateor, q nulla interlocutiõe debet ostẽdere quid sup principali sentit. Sed per diffinitiuã sic: vt ibi dicit. Tñ nõ propter hoc neget, quin supplere possit, si quid extrinsecus cõtingat. Sed nec pdicta l. ait ptor. obstat: quia loquit de arbitro, qui habet notionẽ, non iurisdictionem. 9 † Delegat⁹ aũt habet vtrũq: vt extra, de officio delega. sup quęstionũ. §. porrò. & ff. de verb. signi. notionẽ. ¶ Sed nũquid arbiter supplere põt? Quidam dicũt q nõ, eisdẽ rationibus, quas dixi in delegato. Sed dic cõtra: quia partes iudicis sustinet. ff. de arb. Pomponius. §. respice. & arbitria sunt redacta ad instar iudiciorũ. ff. e. l. j. C. de iudi. rem non nouam. 10 ¶ † Sed qñ põt iudex supplere? R̃n. ante litem cõtestatã & post, ar. ff. de in rem. actio. vbi et q. & xxxj. q. v. iudicantẽ. extra, de fide instr. inter dilectos. prope finẽ. & suprà eo. §. ar. tñ contra ff. de ædil. edict. ædiles. § itẽ sciẽdũ. Sed licet q post litẽ cõtest. accidunt, valde spectẽt ad officiũ eius, vt ibi dicit: nihilò minus tñ & ea, q ante accidũt, ad ipsum spectant: vt supra de of. iu. §. deseruit. ver. vt eũt. & seq. ¶ Sed nũquid de fructib⁹ iudicabit? R̃n. sic. vt ff. de rei ven. 11 ex diuerso. §. primo. ¶ † Quid si de fructib⁹ & expẽsis sint omissum: nũquid poterit iudex supplere? R̃n. sic, eadẽ die. ff. de re iud. Paulus. ff. de ędil. edict. illud. §. si s. de expẽ. § nũc de expẽ in prin. Imò vr q etiã post multos dies: arg. extra, de dote post diuor. resti. de prudentia. sed illud fit authoritate scdi a mãdati. Ros. distinguit. ª nã de fructibus post litem cõtestatã perceptis, q nõ veniunt nec iure actionis, nec iudicis officio, quæ interuenit loco principalis actionis, sed veniunt officio iudicis mercenarii vel executoris: vt ff. de vsufruct. euictio. tũc eodem die b supplere põt: vt in pdicta l. Paulus r̃ndit. ᵇ nisi dixerit in sententia, de fructib⁹ distuli iudicare: quia mihi de illis ad plenũ nõ liquebat. tũc enim Potestas iudicabit: vt C. de fruc. & li. ex. l. ij. Si verò sunt fructus, q petunt iure actiõis, vel officio iudicis, quod loco principalis actiõis intẽdit: tũc etiã de illis potest post sñiam iudicare. ar. C. de iud. l. j. ¶ Quid si nolit supplere? R̃nd. si dolo faciat ne suppleat, puniet in verã litis ęstimationẽ: si per imprudẽtiam, in q̃ntum visum fuerit iudicanti. ff. de iud. si filius. ff. de var. & c extraor. co. l. fi. extra, de re iudi. cũ æterni. ᶜ ¶ † Quid 12 si actio sit criminalis? R̃n. & tunc supplebit in expensis omissis: alioquin de proprio resarciet eas. C. de iud. ꝓperandũ. §. sin autẽ. Quod intellige de factis post litẽ cõtestatã etiã nõ petitis: vt in præ. l. ędiles. §. itẽ sciẽdũ. In factis aũt ante litẽ cõtestatã non, nisi petitæ fuerint. ff. eo. titu. de ędil. edic. item si seruu. §. quas expẽsas. secundũ Albe. Pap. ¶ Vtrũ arbiter pronunciabit sup fructibus: not. s. de arbi. §. fi. versic. 13 sed cũ s. ¶ † Licet autẽ dixerim, de facto iudicẽ supplere posse, iuxta pręmissa: non tñ sic supplebit, vt secundũ conscientiam iudicet, siue causa sit ciuilis, siue criminalis: sed secundum allegata & probata tantùm: vt iij. q. vij. iudicet. ij. q. j. §. quando autem. & hoc est quod s. dixi, quòd potest supplere de facto sibi, vt iudici, noto. De hoc extra, de offi. delega. pastoralis. §. quia verò. ᵈ ¶ † Sed nunquid iudex 14 tenetur supplere ex officio suo prout dicit prædic. l. C. vt quę desunt aduocatis? Et certe videtur quòd non tenetur, nisi velit: quia non quicquid iudici pmittitur iuris necessitati subiicitur. ff. de iudi. non quicquid. C. quomodo & quando iudex. l. prima. extra, de offic. iudi. delega. consuluit. Dicunt quidã

fringere totum ius positiuum,canonicum,& ciuile,testante Apostolo ad Roma.iij.in prin.q Deus verax est,sed oĩs homo mendax.His tribus deficientibus,qa veritatem non habere,nec se alleuiare,nec conscientiam informare ad id potest,vide remedium Host.ad qđ in princi. remisi. Fateor tñ q his tribus deficientibus,tollerabilius est sic pplexo non pronunciare,& patiẽter pœnam pati. de sen. excõ. ĩquisitioni. quã contra acta p cõscientiã iudicare.& ad primũ prouide dictum Hostien.

ADDE quòd iudex debet iudicare sc'dm alle.& probata, est glo. a in ca.,summopere.xj.q. iij.glo.in verbo,& contra. in ca.j. de re iudi. lib.vj.glo.in verbo,nõ quę iudici. in c. cũ olim. de verb.sig. gl.ĩn c. j.extra, de cõstit. b Item d. Ant ĩn c. e venientes. in fin. primæ col.extra, d de iureiur. Item ibidem do. Abb. Secu. in versi. no. iudices. Et nota ad prędicta,q cũ iudex debeat iudicare sc'dm iustitiam. c. forus.extra, de ver. sig.& c. iudicet. iij. q̃o. vij.hęc iustitia debet esse fundata ĩ iure cõi, & nõ in ppriĩ capitis eq tate.ita contra in repe.rub. de arb. in ij. col.in fi.

cõtra: vt C. vt q̃ desunt aduo.par iudex sup.l ru. qa hęc dictio,vt in ru.posita.im pon at necessitatem.vt ff. in ius voc. vt eant.& C. vt cũ ę post pu. adsit tu. & C.li.x.vt dig.or.seruetur. & C. vt intra certũ tpa & in aut. vt prępo.no ĩpe. do.& vt oẽs obe.iudi.,puin.& vt liti.iu.& extra, vt ecc.benefi.& extra, vt lite nõ cõte.& ,pbat.ff.de lib.leg.liberto.§. Lucius.ff. de fideicõ.l.cũ in testõ.ff.de le.iij.sic legatũ.extra,đ vso pallij.c.j.nam & alia rub.ar. vt C. ne fideius. do. dentur p totum.ff.si cer.pe.l.j.extra, de testi.ad hoc qa.ᵃ†Et no.q rubricæ legũ authenticę sunt. & allegari pñt.& ius ponũt: vt patet in præ.l.si cer. pe. & C.de nouo codi.faciẽ.§.quibus specialiter.ibi: cõgruis subdere ritu.& de pœ.di.j.hęc aũt.ibi de hoc,q̃ est ff. qđ quisq iur.l.j.§.hoc aũt.& in pręd. cõcor. Idẽ dico de rubricis decretaliũ: vt patet io prę.decre.ad hęc.et extra,vt ecc.bñ.ca j.,ppesi.vbi idẽ ponit,qđ & ĩ rubri.& in ,pœmio cõstõnum nouarum, ibi sub suis tit.&c.Secus aũt est in rubricis decretorũ: tũ qa aliꝰ fuit conditor decretorũ & aliꝰ earũ:ᵇ tũ qa illę q̃nq falsæ reperiuntur: vt patet iij.q.xj.chartæ.ᶜ xvj.q. iij.placuit.ij.& alię q̃dã.de hoc dicã in ,pœmio cõsti. Gre.x.ᵈ Prima tamen rub.dec.aut. est & generalis. ¶Cæterũ finitis allegationibus,iudex se habeat vt j.titu.proxi.iam dicetur.

SVMMARIVM.

1. ¶Parte allegationibꝰ iudicialibus renunciante,si altera non renunciet,an cogetur citò proferre, vel intra cẽrtum tempus.
2. Salomõis exẽplũ,& duarũ mulierũ de filio litigãtiũ.
3. Allegatio vel exceptio,an sit admittenda post conclusionem.
4. Conclusum esse intelligitur,eo ipso q est allegationibus renunciatum.
5. Renonciatio vel conclusio in causa principali facta, an extendatur ad causam appellationis.
6. Renũcians omnibus exceptionibus dilatorijs in aliq cõtractu an si conueniat, poterit aliquã opponere.
7. Renunciatio omnium exceptionum competiturarum,an sit tenenda.
8. Repudiatio futuri iuris tacitè facta,an teneat.
9. Iuri publico renunciari non potest.
10. Cui iuri renunciari possit.
11. Iuris beneficia sunt quatuor,quibus præcipuè solet in instrumentis renunciari.
12. Beneficium epistolæ diui Adriani , inter quos locũ habeat.
13. Beneficium epistolæ diui Adriani.an locũ habeat inter debitores principales,vbi dubitat an sint soluendo vel non.
14. Fideiussore præsente,& reo principali absente , an sit danda dilatio ad reum ducendum.
15. Beneficium epistolæ diui Adriani quando sit proponendum.
16. Beneficiũ epistolæ diui Adriani q̃ñ cessare dicatur.
17. Beneficium nouę constitutionis de fideiussoribus, quem effectum habere dicatur.
18. Beneficium nouę constitutionis de duobus reis debendi vel promittendi,quid operetur.
19. Fideiussore se principalẽ cõstituente,an debeat, aut possit prios,q debitor principalis,conueniri.
20. Duobus reis adinuicẽ fideiubentibus,an vnus poterit allegare q alter primò conueniatur.
21. Vni ex reis stipulãdi facta solutiõe, an & quo casu teneatur ipse alteri medietatẽ solutionis dare.
22. Beneficium cedendarum actionum, quem effectũ habeat.
23. Renunciatio in vna re facta,in alia nocere non debet.
24. Cessio iurium ex interuallo post solutionem , an valeat.
25. Exceptio cedendarum actionum fideiussori acquisita dicitur , vbi creditor acquieuit venditioni pignoris.
26. Beneficia,quibus potest in instrumentis quotidie renunciari,sunt plura.
27. Beneficia,quibus potest quo ad quid renũciari , & quo ad qoid non,quæ sint.
28. Beneficium quanti minoris,quale sit.
29. Beneficium vt quis condemnetur quantũ fieri potest,in quibus locum habere dicatur.
30. Beneficio,quod dicit,ne liber homo ob æs alienũ obligetur,an renunciari possit.
31. Exceptio nõ nume.pecu.siue non traditæ vel redhibitę rei,intra quantũ tẽpus competere dicatur.
32. Exceptio non numeratæ dotis,an competat marito,qui confessus est sub spe futuræ numerationis se dotem accepisse.
33. Beneficiũ seu priuilegiũ fori, qđ,& quale dicatur.
34. Existentes in curia,an semper subsint iurisdictioni auditorum.

a ¶Quia hãc partẽ non habemus, quæ decisa fuit de decre.præsentium.eo. ti. libro vj.& partem illã glossauit Hosti. cuius mens erat qđ Innocen.cum suis constitutionibus,quas fecerat, trãsmisit illam decre. Gre.mandans illam sub ti. debito collocari.

b ¶Earum For.sãn id intendit,q aliqui asserunt,s.paleas, & rubricas illius voluminis non p Gratianum,sed p quendam eius discipulũ addita fuisse, qui postea Palea vocabatur potius videtur velle q decreta fuerunt sanctorum Romanorum pontificum & Consiliorum sed rub. fuerunt Gratiani,qđ patet,& qa dixit,alius fuit conditor,nõ dixit compilator.

c ¶Chartę. Ibi de hoc in rub.& de pœ.di.j.§.hæc autem.

d ¶Greg.x. Hoc admittebat tñ aliud dicẽs. Tu dic de rubricis legũ & decretaliũ,q si habẽt orationẽ pfectam,p se licitè allegant,vt in superioribꝰ exẽplis,qđ quisq iur.& vt eccle.be.&c.& multæ similes.alia rubri. cuius oratio non est pfecta,& sic nõ hʒ aliqd diffinire sed solũ nigri materiã demonstrare,per se nõ allegat: ex ea tñ diuersimode arguit.Primò p modũ de executore,& conseruatore.no.lib. vj. de rescri.tibi q.in gl.ij.& de offi. deleg.c.j.in secũda glo.Secundò vt ex duabus lecturis, quarũ altera sola cõpetit rubricę,illa tollit.exemplum de elect.cũ monasteriũ.vbi no.in gl. ij. Tertiò arguitur ex ipsius ordine,vt scripsi de mu.pe.c.j. super j. glo.

Bal. de disputationibus & allegationibus *Rubrica.*

Allegationes seu rationes cum inducuntur ab vtraq parte,pro illo iudicabitur,pro quo plures rationes bene faciunt.§.nunc videndum.versic.si autem. ¶Similitudo sumitur à pari rõne,vel à maiori nõ à minori,secũdũ Iac.de Are.Similia sunt quorũ est eadẽ qualitas,eadẽ sunt: quorũ est vna substantia,sc'dm Arist.& Cy. ¶Si statutum dicat q procedatur de similibus ad similia: & ego dico esse simile,sed tu negas,cui incumbat probatio.§.post hoc autem. versi.sed si ego indoco G.dic q iudex arbitrabitur.ff.de legib.l.nõ possunt. Bald. Et ista clausola q procedat de similibus ad similia: tacitè videtur inesse legibꝰ & statutis non exorbitantibus à iure communi.ff.de leg.l.sed & si posteriores. vide isto ver.quod in pœnis. Bald. ¶Quid de argumento à contrario sensu? dicit Aro.ff.de testa.l.qui testamento.§.mulier.q contrarius sensus legis,pro ipsa lege & pro ipso statuto accipitur. Sumitur enim per significationẽ verborum implicantium contrarium sensum,non propter interpretationem extrinsecam. Cùm ergo sit per interpretationem intrinsecã, & intellectũ. & non extraneã expositionẽ, habet locum in statutis et rescriptis. de fur.l.apud antiquos.in glos. Et quòd contrarius sensus, dicat sensus tacitus, nẽ expressus. vide Dy. in consilio quod incipit in statuto ciuitatis Pistorij. cùm illud arg. nõ debeat ad legum correctionẽ vel improbum sensum trahi. C. de condi.inser. l. cũ patrẽ.& no. ĩ eo. §.post p G. vers. vel nõ ob. de causa impulsiua , vel sine ista, vide j. e. §.cessante. ¶Non obstat q in possessorio pcedatur de similibus ad similia,etiam continet ius commune. & nota.C.de fur.l.si qa seruo.& ibi Bart. sed illud per interpretationẽ legis , non iudicis. Bald. ¶Pręsumitur fraus si alienans postea reperitur possidere pro suo: & pręsumitur pro suo,si postea perceperit fructꝰ,& nemini rñdet de eis.ff.de sol.l. Titia.nam pro suo hic nõ est titulꝰ,sed modꝰ possidẽdi.secꝰ si vt fructuariꝰ vel colonꝰ.C.de do. l.quisquis.& in §.supuacuũ. Bal.& ĩstũ venus,vbi agit de pꝭiudicio tertij. & in §.supuacuũ.alias nõ pꝛsumit simulatio,nisi ,pbet.nã sola possessio non infert de necessitate.C.vñ legi.nõ ob.hic Bal. ¶De clausula in medio posita,habet se ad principiũ & finẽ in cõnexis. ¶De dictione vltra,de dictiõe fortè,& forsitan,& vsq,& de clausula,quidã alij: de dictiõe donec, amplius,& maximè,de aduerbijs mox,celeriter,& statim,de verbo quãprimum: de verbo sine dilatione: de clausula,vocatis qui fuerunt euocandi: vel de clausula,quantũ de iure potemus: de dictione tũc,& nũc.§ post hoc videtur.& no.G.vide j.de re iudic.§.comminatio specialis.Bal ¶Cessante causa finali statuti cessat statutum: sed non cessante causa impulsiua. versi.vel illud statutum fuit.G.Ratio tamen legis in dubio præsumitur finalis: sed ratio hominis in dubio præsumitur impulsiua.& no.ff.de cond. & demon.l.cùm tale.§.penul.ff.de dona.l.ij.§.fi.ff. de acquir. poss.l. si is, qui animo.Bal. ¶In pœnis delictorum quando delictum cadit æquè in muliere & viro,masculinum includit fœmininum: vt no.C. vnde vi.l si quis in tantam.in glo.ord.Et an masculinum concipiat fœmininũ: versi. vel ibi masculinũ.G.& qđ concipit ex interpretatiõe.ff.de ver. sig.l.j. p Dy.& Bart.Sed q̃ñ ex significatione,vt q̃ñ substãtiuũ est generis communis,vt homo: vel apponatur signũ vniuersale,vt quisquis: tunc ex natura signi vniuersalis,de omnibꝰ prędicat,tam in legibus quã in statutis : nisi mens legis sit de viro,& non de muliere.not.ff.de regu.iur.l.j. C. de indi. vidui.l.fi.C.de rap.vir.l.j.C.ad l. Iul.maie.l.quisquis.C.de ser.fugi.l.quęcunq.& ibi per Cyn. Bald. ¶Quot modis soluantur contraria: & quot sunt fallaciæ in legibus.ver.posita quoq.cum ver.sequen.G. ¶An lege a

De renunciatione

sint seruādę in foro canonico. §. porro. vers. sed nunqd in cā ecclesiastica. Et ibi vide qd̄ dicit, illū nescire rōnes & iura, q in materia sacrorū leges humanas inducit. secundū Gul. in ver. sed nunqd in cā ecclesiæ. in fin. vbi videas. G. ¶ Quid de statutis particularib' laicorū, dic vt no. in c. j. de no. ope. nun. in nouella & de pollu ex ea. & de so. compe. & c. qd̄ & clericus.

ra, quæ probant q licitū est cuiq; suo iuri renunciare. Remittit pro concordantijs ad l. si quis in conscribendo. C. de pac. de his sais patebit. Item q remittentibus actiōes suas. &c. ff. de ædi. edic. quærenti. & turpe est redire ad id, qd̄ renunciauit: vt in præ. l. si quis & C. de condi. inser. l. vlt. ante fi. Item contra proferentem interpretanda sunt verba ff. de pac. veteribus. de regu. iur. contra eum. li. vj.

¶ An post sententiam possint allegationes fieri. eo. §. porro. vers. sed quid si emi.
¶ Quādo iudex possit supplere ex mero officio p præsente vel absente: & circa qd, & in qua parte iudicij. & an debeat supplere ex actis, vide plenè e i §. satis clare. Et an idem sit in ordinario & delegato: an possit supplere de fructib': & an i crimi supplere in expensis. Et an faciat litem suā, si nō supplet: & an arbiter possit supplere i oībus, dic q sic. G. Vide infra, de sen. pet. §. j. & ij. per Tho. & Bar. in l. d iuj. §. hoc autem dicendum.

a ¶ De renunciatione & conclusione. Rubrica.
¶ Ex practicis authorib' nullus posuit hanc Rubricam, saluo q Io. de Deo, de renū. allegationum posuit in libe. iudicū. j. & iij. parte. & de conclusione in parte secūda. Pil. aūt, & Tan. de hac materia modicum posuerunt, io si. rub. s. proxi. Et puto q idē fecisset author, si sub titu. non concepisset materiam extra ordinem iudiciorū inserere, quo ad multos casus vtiles valde. Non enim æstimauit conueniens, illos ponere in tractatu libellorum sub tit. de renun. illos autem ponere inchoat j. ver. & quia hic. & nos ibi aliquos tales addemus.

a De renūciatione & cōclusione. Rubr.

F Initis partiū allegationibus & instrumentis, de qbus s. tit. pxi. ediximus, qrere debet iudex ab eis an aliqd vlteri' habeāt, qd i qone pponāt: vt xxx. q. v. iudicātē, q si nihil habēt, partes renūciēt allegatiōib', & i cā cōcludāt b q oīa sunt redigēda i scriptis: vt extra, d pbat. qm cōtra. sed & si habeāt aliqua dicere: sed nō sufficiēter dictū & pbatū est, debet eis iudex dicere q renūciēt allegatiōib', & cōcludāt. C. de iudi. auē. iubem'. extra, de testib'. significauerūt. & c. cū cām. §. fi. c ¶ † Et no. q si pte vna renūciāte allegatiōib', altera dicat se habere aliqd qd pponat, iudex coget eā intra xxx. dies à die renūciatiōis, dicere qcqd volet. Quod si nō dixerit, det ei aliū mensem: quod si adhuc dissolerit, dabit tertiū mensem: post quem nō audiet, sed ad sniam procedet: vt C. de iudi. auē. iubem' in auē. colla. viij. vt cūm de app. cog. §. sed hoc præsenti. & intellige tantā dilationē dari absenti. Non em̄ dare tenetur tm̄ spatiū præsenti & petēti: vt ff. de fer. l. fi. Vel dic hoc speciale ppter allegatiōes. arg. ff. ex quib cau. ma. ait prætor. §. fi. & l. seq. Verius credo hāc dilationē arbitrariā: vt s. de dila. §. nunc de temporū. Cæterū si actor nō plenè probauerit, faciat sibi vel aduersario iuramentū deferri, q dic vt suprà de iur. dela. ¶ † Auditis d autem allegationibus, iudex vt instructor in causa appareat, petitionem & causæ processum, allegatiōes quoq;, & responsiones, & singula actitata sub compendio e repiloget. Salomonis exemplo, e qui in quæstione duarum mulierū de filio litigātium dixit: hęc dicit, filius meus viuit, & filius tuus mortuus est: econtrario dixit illa, mentiris, immò filius tuus mortuus est, sed meus viuit. Cuius litis decisio hab et extra, de prȩsump. afferte. & hęc repilogatio probat extra, de re iud. abbate sane. & de conces. prębē. c. quia ut cunctis. lib. vj. si qstio intricata sit, vel plures angulos & anfractus habens, breuem & verā facti continentiā, allegatiōes quoq; & replicatiōes partiū in scriptis faciat sibi dari: vt sup eis plenè deliberare f valeat secum, & etiā cō peritis. f de qua deliberatione j. in tit. de requisi. cōsilij, differetur. ¶ † Et scias q post cōclusionē, nulla admittitur exceptio vel allegatio facti, neq; testis vel instrūm. C. de compē. l. fi. & arg. extra, de testi. c. de testibus. & de fi. instru. cū dilect'. & de procur. auditis. & de cau. pos. pastoralis. & s. de instru. edit. §. nūc dicamus. in princi. nisi aliquis euidēs ratio moueat iudicem: vt in dec. pastoralis. & nisi in exceptione excōicationis: vt extra, de exce. pia. li. vj. & c exceptionem. & nisi iudex ex officio suo aliquid inquirat, vel interroget super iā actitatis. Quod dic vt s. deposi. §. iiij. Et nisi aliquid iudicis negligentia sit omissum: vt extra de testib. p tuas. & nisi vel dōs Papa pse de aliqua exceptiōe cognoscat qd dic secūdū Inn. vt no. extra, de ac. ad g petitionē. g Post renūciationē etiā nō pōt aliqd fieri sup' eo, de quo renunciatio facta est. C. de condi. inser. l. pe. ante fi. vij. q. j. qm̄ periculosum. C. de rescri. si quis post. de cōsec. dist. iiij. qnis. ppe princ. Et not. q, eo ipso q est allegationibus renunciatū: intelligitur esse conclusum: vt extra. de proba. quoh niam contra. secundū Io. de Deo. h Sed licet hoc verum sit, pro parte prȩsente. arg. in auē. de testi. §. qa i vero. i tamen prȩd. decret. hoc non probat: quę ponit per se renunciationem, & per se conclusionē: & quilibet eorū est actus per se, vt iam eos distinxi. de quo, & de renūciatione productionis testiū dixi k suprà de testi. §. fi. k ¶ † Hoc autē scias, quòd renunciatio vel conclusio in causa principali facta non extendit ad causam appellationis: nec credunt partes de hoc cogitasse. Si aūt cogitassent, & expressè dixissent. Nos renūciam' vel cōcludimus q de cętero nec de iure, nec de facto in cā principali vel appellationis aliquid dicemus: talis renunciatio bene præiudicaret. ¶ Et quia hic de renūciatione fit men l tio: aliqua de alio genere renunciationis dicemus. ¶ † Pone ergo, aliquis renunciauit in aliquo contractu omnibus exceptionibus dilatoriis, quòd nulla vtetur, si conuenietur ex eo contractu coram arbitro vel corā quocūq; iudice: quæ nil quid iuris? m Et

Solut q instrumēta & testes pducere potent, p primò allegata: q repetit vt charta occupet. Aduertēdum hanc solutionē nō esse contrariam isti ver. qui loquitur qñ partes ambæ renunciauerūt allegationibus: quo casu tenent s. dicti doctores haberi pro conclusō. qo aūt quęrit de vno solo. Itē quæstio eius minus esset dubia, qñ super aliquo emergēti esset facta illa renunciatio. Et scias ad vtrunq; dictum q in talibus renunciationibus ponderanda sunt verba & status causæ, & cōsuetudo fori. Si enim fiat renunciatio allegationibus & omnibus probationibus, certum est q ista est conclusio; vt not. in decr. cū dilectus. de fi. instru. in gl. Itē puto si renunciet allegationib' iuris & facti, qñ status causę patit concludi. facit de rescri. statutum. §. pe. li. vj. Item si consuetudo habeat verbū allegationum cōprehēdere ius & factum, & per illud solū concludi: & tunc procedit, quod dicit iste ver. facit quod no. s. de lit. cōtest. §. pe. in prin & j. de sen. prola. §. pe. in fin.
ADDE quæ voluit Ro. consi. xx. & clxxv.

b ¶ Concludant. secundum T. & hic continuatur versi. ij. infra.
c ¶ §. fin. tenet Pil. de allegationibus. in sui. quod bene tenet sententia, licet allegationibus non fuerit renunciatum. & facit ad not. in clemen. de verbo sig. sæpe ad finem.
d ¶ Auditis. Reassumit verba Tancredi.
e ¶ Salomonis exemplo. iij. Regum iij. c.
f ¶ Cum peritis. secundū Tan. & hic finit ti. eius præcedens.
g ¶ Ad petitionem. Vide qd̄ ibi scripsi in glo. hic continentur.
h ¶ Io. de Deo. lib. iudicū parte j. vbi de renūciatione allegationum.
i ¶ Quia verò. secundùm Ros. qui idem allegat, vt scripsi de cā pos. pastoralis s. ver. aut ibi vide. & in glo. prædicta.
k ¶ §. fi. Est sciendum q Gui. de Suza. plenè tractat quęstionē, super l. si qs in conscribēdo. qñ vnus litigantiū renunciauit allegationibus, an producere postea possit testes vel instrumēta? Quod possit, inducit facultatem probādi ampliandā, non angustandā. C. de hęre. qm̄. & iudex debet niti ad veritatē habendā. C. de iudic. l. iudices. nec arctare se debet ad vnā probatiōis speciē. Allegat extra, de re iudi. causam. & ibi concor. Itē iniquū est verbis eius perimi, quod non fuit cogitatū. ff. de transac. cum Aquiliana. Item verbum allegationibus, de allegatiōibus iuris debet intelligi. C. de bo. quæ lib. non sine ratione. Item qui detulit iuramentum, ipsum reuocare potest, & aliis probationibus vti. C. de re. cre. si quis. Item probatio est genus, allegatio species, hoc pōt sobtrahi de gñe, illo manente in suo statu. ff. de manu. te. l. si peculiū. & faciant oīa iura, quæ permittūt pœnitere l. si quis libellos. C. de app. cano. ij. q. vj. cum similibus quæ vide in regula quod semel. de reg. iur. li. vj. Item facit C. de repu. hære. l. fi. vbi paternam hæreditatem repudiandam licet adire. Ad contrarium inducit ra-

l ¶ Dicemus. Ex quo author diuertit à prosecutione ordinis iudiciarij: Nos ipsius proposito per missiones, casus aliquos adiungamus de quæstione dominicali: vt de clerico, qui turbatus propter exactiones, quas sibi imponebat eps: renunciauit beneficio eius in manibus. quod statim repetit. scripsi de renun. c. ij. lib. vj. in vlti. glo. de illo, qui renunciauit legi cōmissoris, etiā cum iuramento: est quæstio dominicalis xij. & Tan. x. Vide qd̄ scripsi de pig. significāte. super glo. ij. Sed vltra ibi scripta scias q hęc quęstio fuit Pilei lvj. qui soluendo distinxit debitorē sciente pactū legis cōmissoriæ nō tenere ab illo qui ignorauit, dicēs primū qui renunciauit & iurauit effectiuè teneri. Secundū dicit non obstāte iuramēto posse cōtrauenire. Alle. ff. de dā. infect. si finita. in prin. ff. de noua. l. si quis delegauerit. ad Mace. si mulier. si quis cau. sed & si. §. vlti. Nec videtur deierare, qui ex iusta causa deserit iuramētum. ff. qui satisda. cog. l. fi. C. de nō numer. pec. l. vlu. & in auē. scenicas non solū, &c. Et hoc dictum non est cōtrariū æquitati, vt sit distinctio inter illū, qui credebat iurare rem licitam, ab illo, qui sciebat illicitam: sed ius canonicū loquitur de illo, qui composuit & renunciauit rescripto: hoc acto, q si non seruaretur cōpositio, posset vti rescripto Dixi s. de rescrip. præsen. §. ratione autē impetrantium. super ver. item quòd renunciauit de spoliato, qui renunciauit literis, sed illas non tradidit. Vide quod dixi de renun. sane super glo. pe. an renunciare possit alter coniugum rubricę ne fideiuss. dōdentur. not. j. de do. inter vi. & vxo. §. ij. sub ver. illud quoq;. de renun. vxor. filiafa. quod facit marito vendēti. eo. ti. §. iij. sub ver. item nota quod de filio repudiante hęreditatē, & reperit possidere de bonis hęreditatis, vide j. de suc. ab intest. post prin. ver. pone quidam.
m ¶ Iur s. Hanc quæstionem formauit Albe. Gal de excep. versi. pe. sed plenius Vber. de Bo. sui operis charta pe. ver. sed quid dices tu.

videt q nullā poterit opponere. C. de pact. si quis in conscribendo. C. de rebus cred. si quis iusiurandū. extra de fo. compe. si diligenti vij. q. j. quàm periculosum. C. de non nu. pe. gñaliter. C. de appel. l. fina. in fi. xj. q. iij. rursus. extra, de re iud. quod ad consultationem. Econtra videtur, q sic: quia sic cogeretur quis quãdoq; coram non suo iudice litigare, qđ esse nõ debet. ff. de iur. om. iud. si cõuenerint. ij. quæ. j. in primis. extra, de iudi. at si clerici. xj. q. j. in clericorum. Item cogeretur litigare forte cum pupillo vel adulto, vel cum minus idoneo tutore, vel curatore, vel excõicato, vel hæretico, vel corã talibus. & sic multiplex absurditas sequeretur. Item cùm nondum illæ exceptiones competerent, quã renũciauit: nõ valet renunciatio. ff. de acqui. hęre. is qui. ff. de lega. ij. si ita. §. sub conditione. extra, de re iudi. abbate sane. prope princip. lib. vj. extra, de eccle. ędi. ad audientiam xxvi. q̃o. ii. ne quis arbitretur. Secundò potest dici, q si expressè dictum fuit q nulla exceptio admitteretur: tunc nulla admittetur: alias sic. argumẽ. à cõtrario sensu extra. de offi. deleg. ex pte. ij. & ar. extra. de ęta. & qua. accepimus. Vel distingue. [a] an expressit exceptiones, quibus renunciauit, vel non. si non expressit, sed absolutè dixit, nulla est renunciatio: vt ff. si quis cau. sed & si qs. §. quæsitũ. mò poterit rationabiles proponere: vt in pręs. decre. ex parte. nõn obstãte si dixit nullam exceptionẽ dilatoriam. nam & lex dicit q contra interdictum qđ vi aut clã aliqua exceptio non opponitur: vt ff. quod vi aut clam. l. j. §. j. & tamen postea in iiij. vel v. legibus subse admittitur. ff. eod. l. si alius. §. & ii. in præ. capitu. ne quis. Si verò expressit, seu specificauit aliquas exceptiones, aut tant tales, quibus poterat renunciari, aut non poterat. Si non poterat, non videtur illis renunciatum. Sic patet in feriis ob reuerentiã sanctorum inductis extra. de fer. c. fi. ff. eo. l. j. & in illa exceptione, de qua habemus ff. de procuratori. filiusfa. §. veterani. & ff. de postu. quos prohibet. & extra de fo. compe. si diligenti. & similes. [b] Si autem poterat tunc valet renunciatio, vt patet in feriis messium. extra, de iud. c. fi. ff. de fer. l. j. & l. si feriatis. & in exceptione, de qua habetur C. lib. x. de honoribus non cõti. l. ij. ff. ad muni. Lucius. §. idem. vel posset dici q renunciatio gñalis plus valet, quàm specialis: maximè aliqua exceptiõe expressa. C. qñ mulier tu. offi. fun. au. ibi posita. ff. de acqui. rerum do. quędam qđ in hac parte non multũ placet. argu. xxiij. dil. q̃. vel distingue, an renũnciauerit specialiter, vel promisit quod nulla vteretur, vel pactum fecerit. Primo casu non valet: in secundo & tertio sic. & ad hoc C. de pactis. l. j. secundùm Vbertum. vide infra versic. quid si quis. ¶ Sed secundùm hoc, quid dices si fiat pactum, vt possit sub quolibet iudice cõueniri vel in quolibet iudicio. De hoc dic vt s. de compe. iudi. adi. versic. xxvij. & seq. ¶ Quid si dicatur in instrumẽto, q non possit ꝓbari solutio, nisi p ipsum instrumentum redditum? Dic vt s. de probatio. §. videndum versi. sed pone. [c] ¶ 6 Quid si quis renunciauit oĩbus excep. cõpetituris? & videtur q nõ teneat renunciatio. nam institutus sub conditione, repudiando ante conditionem extantẽ, nil agit. ff. de acqui. hęre. ir, qui hæres. R. ñ. j. Item omne futurum, censet incertum. ff. de iudi. sed & si restiuerit. §. fi. ff. si pars hære. pe. antiqu. Insti. de ver. obli. §. conditiones. Vnde dubitationem inducit. quare non valet renunciatio: vt in præ. l. si is, qui. §. si quis dubitet. & eod. titu. qui superstitis. & l. in repudianda. & l. is, qui potest. & C. de cap. & postli. reuer. nec non prętere. Item nemo repudiare potest, qđ nequit habere si velit. ff. de reg. iur. q potest. §. qđ quis. Ad idem ff. de lega. ij. si ita sit scriptum. § sub conditione. ff. de condi. & demon. mulieri. extra, de re iu. abbate sane. lib. vj. extra, de ec. ędi. ad audientiam. ij. ff. de iniust. rup. & irri. testa. l. nam & si sub conditione. & l. si bene. ff. de ædil. edic. bouem. §. si sub conditione. argu. contra: qa potest renunciari pacto iuri succedendi in posterũ & hæreditati mortis tẽpore propter incertũ cõditionis euẽtũ. C. de pactis. l. j. ff. e. l. & hæredi. §. illust. aut. & l. pactum inter hęredem. ff. de minori. l. denique. §. si quid minori. ¶ 7 Item si daretur mihi sub conditione, & sic spe tantùm: illam spem possum alteri dare. C. de don. l. iij. Ad idẽ ff. de re iudic. commodir. & facit ff. à quibus appella. non licet. l. j. §. si quis autem. C. de tempo. appel. l. fi. §. fin. ff. de contrahen. emp. si in emptione §. omni. Super hoc dicunt quidam quòd repudiatio futuri iuris tacitè facta, bene tenet. C. de bo. liber. l. fi. Secus si expressum. argu. C. eod. tit. Paulus. §. patroni. errorẽ suum sumentes ex gloss. Azo. posita ff. de acquirẽ. hære. qui repudiantis. Alij dicunt quòd sola repudiatio non valet: vt in præ. primis concordan. sed pactum de repudiando factũ, bene valet, vt in contrarijs. Ad idem C. de pac. si quis in conscribendo. quia pactum nititur authoritate duorum: vt ff. de pac. l. i. §. pactum. sed repudiatio consensus vnius tantùm: & ideo plus videtur posse pactum, quàm repudiatio. Et hoc videtur Azo sentire. ff. de regu. iur. qui potest. §. quod qui. Tertij dicũt quòd refert an renuncietur generaliter omnibus exceptionib⁹, nullis enumeratis, vt tunc non teneat: an omnes, vel quædam sint enumeratę ante: & tunc teneat: vt s. 8 versic. pone. ¶ Quid si quis renunciat iuri sibi cõpetenti, & competituro literis impetratis vel impetrandis? Dic vt in summa do. mei in tit. de renũ. §. q̃ possunt. ver. quid ergo si quis. Item iuri publico renunciari non potest. ff. de pactis. ius publicum. 9 ¶ Cui autem iuri renunciari possit, satis plenè no. d extra, de for. competen. si diligenti. [d] Hic tamen aliqua vtiliter adiectamus. Distingue ergo: Nam ius publicum. aut est publicum, aut est priuatũ authoritate & vtilitate: vt C. si aduersus fisc. l. j. aut authoritate tantùm. Primo casu non potest ei renunciari: vt est ius eximendi monasteria vel ecclesias, quod est publicum authoritate instituentis, scilicet papæ & vtilitate eius: quia sibi retinet illa. extra, de arbit. cum tempore. cum similibus sicut etiam est publicum, quod consistit in sacris & sacerdotibus. j. dist. ius publicum. Item in Macedoniano senatusconsulto: quod est inductum ad communem vtilitatẽ & in odium creditorum, quod est iur. quia si quis filiofamil. mutuat pecuniam, ille nõ tenetur soluere, quãdiu est in potestate: nec etiam post, nec etiam eius hæres, nec fideiussor. hoc enim inductum fuit in odium Macedonis vsurarij, mutuantis pecuniam filiis fa. & dicentis eis, q si non haberent patres, ita citò mutuarẽt eis centum marchas, sicut nũc centum solidos. quare inducebãtur filij ad necãdum parentes. Cùm ergo publicè vtile sit, ne patres à filijs interficiãtur: statutũ est, ne tali iuri possit renunciari. ff. ad Macedo. l. j. & l. sed & si pater. in fin. Idem est in clericis, qui non possunt renũciare priuilegio fori sui, vt possint corã laico seculari iudice conueniri: immò instrũmẽtũ sup hoc interpositũ nõ tenet: vt in pręd. c. si diligẽti. cũ suis cõcor. Publicè enĩ est oĩb⁹ q clerici psallant in ecclesijs diuina: vt xvj. q. j. generaliter. extra, de cele. missa. c. j. & c. cum creatura. ipsi ipsi peccata populi comedunt. i. delent & consumant. ij. q. j. nulli. & j. q. j. Christus. alias ipsi sacerdotes. Si ergo indifferenter per iudices seculares à diuinis reuocarentur, hoc esset inutile oĩbus: ideoq; statutum est, ne tali iuri renunciari possit, vt supra: ne per tales possint in iur vocari: vt C. de episcop. & cleri. authen. statuimus & ad hoc facit C. eod. si e quis in hoc genus. & ff. de pactis. Imperator. [e] ff. de transac. Imperatores. ff. de admi. tuto. ita aũt. §. Iulianus. licet sit arg. contra C. de pact. si quis in conf scribendo. [f] & vide qđ not. suprà de cõpe. iudi. edi. §. j. versi. x. & versi. xxij. & seq. Ius verò publicum authoritate, scilicet instituentis, tm est Velleianum senatuscõsultũ, qđ est inductũ in fauorẽ mulierum, ꝓpter sexus fragilitatẽ, videlicet vt intercedentes, vel pro alio se obligãtes, nõ teneanť. ff. ad Velle. l. g fi. [g] Itẽ priuilegiũ religiosorũ de nõ dandis decimis vt extra, de priuilegijs. si de terra. & c. accedẽtibus. Item quodlibet ius à principe cõstitutum, qđ oẽs ligat: vt extra, de constit. c. fi. & C. de summa tri. l. j. & illud ius aut est inductũ in fauorem renunciantis tantùm: & tunc potest ei renunciari: vt extra, de regularibus. ad apostolicam. ff. de mino. si iudex. Aut in cõem: & tunc non, maximè si sit in odiũ aliquorum

a ¶ Distingue. Hãc posuit vterq; cęteras solus Vber.

b ¶ Similes. Dixit Vber. de bo. prę. sicut est exceptio excõicationis. q author nõ debuit omittere.

c ¶ Pone. Facit de procura. q ad agẽdum. lib. vj.

d ¶ Diligenti. In pria gl. & qd sup a ea plenè scripsi in fi. cum suis remissio. ad Summam Host. & ad §. qa verò. ĩ aut. vt ma. sine prohi.

e ¶ Imperator. alias incipit debitori.

f ¶ Conscribendo. Solue vt scripsi ĩ c. si deligenti. in j. gla. in prin. & j. sequitur.

g ¶ L. fi. Quõ huic dictũ resistiť rõne ꝑdictæ fragilitatis, sq sicut esset ĩ intercedendo, sic in renunciando. scripsi in decre. si diligenti. super j. gl. vltra prin. vi. t in materia, distinctione, qui ponit Cy. ĩ l. fi. C. ad vel le. dicebat ãt vber. de Bo. super l. antiquæ. C. ad Velle. q ad ligãdam mulierẽ ĩtercedẽtẽ necessaria sunt fortia vincula. Petatur ergo q renunciet Velleiano, & omni iuris auxilio. Item legi antiquæ. Item renunciet vt obligetur. licet pecunia non sit versa in eius vtilitatẽ. Item q iuret. Et dicit eam de quolibet ꝑdictorum iurium certificandum, & in instro id exprimẽdũ p l. manifestissimi. §. si aũt nesci⁹. C. de fur. vbi etiam allegat ad idẽ ff. de offi. rc. mater decedens. & l. nihil interesse. §. penul. ff. de trãsac. q cum tutoribus in fi. de insti. l. habebat. in fine j. res.

de inter. acti. de ætate. §. ex cã. de ac. hære. io repudiando. & l. claudius. qi actio de pecu. est an. l. ꝗsitũ. & vide j. vers. cessat. Et hæc satisfaciunt contra opi. dicentium renunciationẽ vxoris gñalẽ factam Titio de oĩb⁹ cõtractibus, quos maritus init cum illis, valere.

ADDE q mulier & minor, sint de beneficiis specifice certificãdi: tenet Bal. consil. iiij. iij. lib. et lxxxiij. eo. li. licet Bar. contra ĩn auť. sacramenta puberũ. & vide Bald. consi. xl. v. lib.

ADDITIO.

¶ Adde Alexan. cõsi. xlij. incip. super ꝑmisso. colũ. iiij. ver. sexta. qđ iiij. volu. vbi an mulier minor, & rusticus, etiam si scienter decepti fuerint vltra dimidiã in contractu, possint ipsum cõtractum rescindere, nisi de bñficio certiorati fuerint Et vide Soc. in tractatu suo fallen. in reg. cclxxiij. vbi qñ mulier de Velleiano nõ certiorata, si ei renũciet, teneat renunciatio: & qñ mulier fideiubẽs non iuuetur Velleiano, vide singulariter Ludo. Ro. singulari ccxxiij. incipi. in fa qđ mulier. Hen. Fersandat.

quorum: vt in præ. c. si diligenti. cum si. & extra, de iura. calum. cæterũ. Vellelanũ enim inductũ est in fauorem mulierũ tantũ. & sic in præmissis exemplis: & idem est in omnibus iuribus priuatis. & de hoc nota. extra, de fo. compet. dilecti. in j. glo. Nec obstat præ. l. si quis in cõscribẽdo, quia loquitur de ordine sacerdotij, quod est Romæ quœdã dignitas, cui præsidẽs sacerdos vocatur: vel loquitur, quia in temporalibus potest coram seculari iudice clericus renunciare. quod nõ placet. Alij aũt sic distinguũt hoc membrum, qñ scilicet est publicum authoritate tantùm, sed est vtilitate priuatũ. nam aut est inductum in fauorẽ, aut in odium. Si in fauorẽ, aut in fauorem priuatorũ: aut certi generis personarum, aut Reipublicæ. Si in fauorẽ priuatorũ: aut est inductum propter priuatos, nõ habendo respectum ad alios: aut habendo ad alios respectũ. Si non habendo respectũ ad alios: tunc põt illi iuri renũciari. & sic loquitur l. si quis in cõscribendo. ff. de ædil. edic. l. quærit de illa. Si habendo respectũ: tunc non potest: vt in præ. c. si diligenti. Si verò in fauorem certi generis personarũ: aut fuit certificata illa persona de iure suo, aut non. Si fuit certificata, põt renunciare illi iuri. ff. de trãsact. cum Aquiliana. Si nõ fuit, nõ potest. ff. ad Velle. l. si. §. pe. vbi no. & infrà dicam, cũ de epistola diui Adriani tractabo. Si verò in fauorẽ Reipublicæ, aut expresse renunciat illi iuri: & tunc nõ valet renunciatio. Aut tacitè: & tũc valet hæc taciturnitas, sed põt per iudicẽ remoueri. & hæc colliguntur. C. de iura. calum. l. ij. §. sed quia veremur. Porrò si sit in odium introductũ, nõ potest ei renunciari: vt in Macedoniano dictũ est, & in priuilegio clericorũ, quod est inductũ in odium laicorũ, qui eis sunt oppido, i. valde infesti: vt ij. q. vij. c. laicos. Tertij verò dicunt, q ius publicũ quãq; præcipit, & quãq; prohibet: & his casibus ei renunciari non potest: vt in c. si diligenti. & in Macedoniano quãq; permittit, vt in priuilegio de decimis non dandis, & in Velleiano: & tunc põt ei renunciari: vt supra. Ius verò publicũ dominus meus distinguit inter ius publicũ reale, & personale. ¶ Quis autem possit per priuilegiũ tollere aliquod ius in genere, vel in specie: not. s. de instr. edi. §. nunc aũt. vers. & scias. ¶ † Et quoniam de renunciatione hic loquitur, scias q quotidie de quibusdã iuribus, in instrumentis publicis renunciat. & hac renunciatione, tabelliones iuris ignari abutuntur. Nota ergo q quatuor sunt beneficia iuris, quibus præcipue solet in instrumẽtis renunciari, scilicet beneficiũ epistolæ diui Adriani, & nouæ cõstitutionis de fideiuss. & nouæ constitutionis de duobus reis cedendarũ actionũ: de quibus beneficijs in singulis & alijs ad quid valeant, & in quibus inter se differant, videamus. ¶ In primis ergo renunciatur beneficio diui Adriani epistolæ, de qua habetur C. de consti. pe. l. fi. & Instit. de fideiuss. §. si pluses. ff. de fideius. inter fideiussores. & l. si plures. & l. si dubitetur. & suprà de act. ver. Item repellitur creditor. Dicamus ergo quod sit huius epistolæ beneficiũ, & inter quos locum habeat, & qñ proponatur, & qñ cesset.[a] Hoc supposito scito q huius epistolæ verba nõ habemus, sed eius tenor & sententia recitatur in prædi. l. C. & in præ. §. si plures. ¶ Beneficiũ ergo eius epistolæ est, q cũ ius aliqui sint in solidũ obligati: tamen per eius beneficiũ, si omnes[b] præsentes sint & soluẽdo tempore litis cõtestatæ: possunt postulare vt diuidatur actio inter eos: vt vnusquisq; pro virili actione cõueniatur: alioquin nisi dicto beneficio iuuarentur, posset creditor quẽ mallet in solidum conuenire: vt probatur in prædi. cõcor. Si ergo huic beneficio sit renunciatũ, poterit creditor quem maluerit conuenire. ¶ † Nunc dicamus inter quos locũ habeat? Et quidem inter fideiussores & mandatores & cõstitutores: vt in præalleg. cõcor. Item & inter contutores, ad exemplũ prædictorũ. ff. de tute. & ra. dist. l. j. § nunc tractemus. Sed inter alios debitores principales, secundũ iura antiqua non habebat locum, qñ omnes erant soluendo, & præsentes. ¶ † Sed quid si dubitetur an omnes sint soluendo, vel non? Respon. secũdum l. ff. de fideius. si dubitetur. respon. j. Quid si plures sunt fideiussores, & similes, & omnes sunt absentes, & constat omnes esse soluẽdo: nunquid desiderare possunt præsentes vt actiones inter eos diuidantur, an etiã præsentes possunt in solidũ cõueniri? Dicunt quidam q iam præsentes possunt desiderare vt inter omnes præsentes & absentes actiones diuidantur. argu. ff. eod. si fideiussorẽ. §. si plures. Sed dominus Homobonus cõtra, arg. præ. l. si dubitetur. ibi: præsto sint. i. præsentes. Ergo à contrario colligitur q pro absentibus locum nõ habet. Item argu. ad hoc, C. de duobus reis. aut. ad hoc ita. & C. de fideius. aut. præsente. Nec obstat præ. l. si fideiussorẽ. q ibi est aliqd, quod imputari poterat creditori, quare vnũ ex fideiussoribus sub conditione recipit. At hic nil potest imputari. arg. ff. ex qui. cau. ma. sed & si per prætorem. §. j. ¶ † Quid si præsentes petant dilationem ad ducendũ confideiussores absentes pro parte conueniendos: nunquid iudex dabit eam, sicut contingit in fideiussore præsente, & reo principali absente: vt in præ. aut. præsente? Respon. nõ, secundum Azo. sicut nec reo debet dari tempus, vt alium correum absentẽ deducat æqualiter conueniendum: vt not. in præ. aut. hoc ita. ¶ Quid si aliquis primò dedit vnũ fideiussorem, deinde ex interuallo dedit aliũ? Respon. dixerunt Host. & Azo q non habet locũ beneficium epistolæ inter eos. ff. de fideiuss. si plures in prin. & l. si Titius & Seia.[c] ¶ † Sequitur videre qñ hoc beneficiũ proponatur. Et certè ante litis cõtestationem, & post quãcunq; ante sententiam: vt C. de fideiusso. fideiussor. ¶ Sed nunquid post sententiã? Dicunt quidam q sic: sicut & beneficiũ cedendarum actionum: vt ff. eo. si fideiussores in id. §. fi. & l. inter eos. §. si. sed Homobonus contra: vt in præ. l. si fideiussores. & C. sent. rescin. nõ poss. perẽptorias. nec ob. præ. l. inter eos. §. fi. quia ibi non fuit condẽnatus fideiussor, ex causa fideiussionis. ¶ † Cessat aũt hoc beneficium quibusdam existentibus non soluendo, quo ad illos. Item quibusdã absentibus secundũ Homobo. vt patet ex præmissis. Item si fuerit ei renunciatũ. C. de pactis. si quis in cõscribẽdo. extra, de regulari. c. ad apostolicam. & ideo in instrumẽtis ponunt tabelliones, & renunciauerunt epistulæ seu beneficio diui Adriani. Valet aũt renunciatio, si renũciatores sciuerunt hoc beneficiũ sibi competere: etiã si non fuerunt à creditore vel tabelliõe certiorati: vt ff. de act. empt. & vend. l. j. in fi. Si verò nesciuerũt nec certiorati sunt, nõ videtur q teneat renunciatio: quia non videtur quis renunciare iuri, quod ignorat sibi competere: vt ff. de inoffi. testa. mater decedens. & arg. C. de iuris. l. fin. §. sin aũt. & ff. de transact. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. & in prædi. c. ad apostolicam. nec videtur perimi &c. vt ff. eo. cum tutoribus. in fi. & sic sentiunt plurimi, & idẽ dicunt in renunciatione Velleiani & similibus. ideo se disserere tabelliones apponũt in instrumẽtis. Et renunciauerunt tali beneficio, quod est tale, super hoc certiorati a me tabellione. Vel dic q tenet renunciatio, licet ignorauerit. arg. ff. de public. & vect. l. fi. §. licet. & §. seq. & ff. de doli except. l. doli exceptio. ¶ Item cessat hoc beneficiũ, propter mendacium, si fideiussores, & similes, fuerint infitiati se fideiussisse: vt in præ. l. si dubitetur. §. ita demum. secundũ Homobo. Itẽ cessat inter plures curatores. De hoc not. ff. de cura. fu. dan. l. iij. §. fi. ¶ † Viso de beneficio epistolæ diui Adriani videndũ restat de beneficio nouæ constitutionis, de fideiusso. de quo habetur in aut. de fideiuss. in prin. & in præ. aut. præsente. & s de excep. §. dicto. ver. qd de excep. quoniam & per illud succurritur fideiussoribus, vt postulare possint q reus principalis priorò cõueniatur. Succurritur etiam per ipsum mandatoribus & sponsoribus.[d] Et hæc vera sunt, si ipse reus principalis præsens fuerit, & soluendo: vt in præ. cõcor. Ante tempus verò prædictæ constitutionis, poterat creditor cõuenire quem volebat, primo scilicet fideiussorem, vel reum principalẽ, nisi inter partes aliud consensisset: vt C. eo. iure nostro. quæ hodie corrigitur per prædictã authen. Si igitur huic con-

a ¶ Cesset. Quod de hoc ponit per centum membra diuisim, habuit ab Hostien. in Summa de fideius. sub §. pen.

b ¶ Omnes. Per id quod sequitur, videtur malè dictũ oẽs. sed potest defendi per illud, iam præsentes, quod sequitur: quasi intendat quòd omnes erant absentes, & omnes vocati, & aliqui venerunt.

c ¶ Et Seia. Secundũ Alb. Gal. respõdeo de fideiussoribus.

d ¶ Sponsorib*. Dominus meus in legibus, in sua q quæ incipit, habeo debitorem. tenuit quòd si amica debitoris mei, cuius bona iussa erant capi, & iam capta, rogauit q bona sibi relaxarẽ, promittens mihi soluere certa die, qua elapsa eam cõuenero, non poterit petere prius principalem conueniri, vel eius bona excuti: cùm ex tali forma mandati renunciatũ videat illi beneficio fideiussorũ vel mãdatorum, per præ. aut. de fideiusso. eis cõcesso. cui renunciari poterit, vt sequitur. ff. de pact. l. pacisci. Patet ex prædictis q ipse tenuit inter creditorem & amicum debitoris, fuisse mandatum. refert tamen q aliquibus tũc videbatur agi debere certis condictione ex stipulatione quasi omnia videãtur acta solenniter, per verbum promittens. Sed ipse dicit q his obstat glos. C. de vsur. l. 4. dicit quod alijs videbatur fuisse contractũ innominatum, facio vt des: & sic agẽdum præscriptis verbis. vel de dolo. ff. de præscrip. verbis. l. naturalis. §. quod si faciam. Alijs videbatur agendũ de constituta pecunia. ff. de cõsti. pecu. l. qui aũt. in fin. & l. quidã. Sed istis obuiat eo. titu. l. j. §. cũ, qui inutiliter.

ADDE quòd si secundo loco promittens, promittit soluere absq; aliqua exceptione q eum poterit opponere quod prius excutiat principalis, secundum Roma. consil. cc. j.

stitutioni renunciatum sit, redit ad ius antiquum. 17 ¶ †Sequitur videre de beneficio nouæ cõstitutionis de duobus reis, de quo legitur in præ. aut. hoc ita. quod est positu de duobus reis deben. vel promit. per quod subuenitur duobus reis debendi vel promittedi, vt per ipsum postulare possint, sed nõ in solidum, sed pro parte tantũ conueniri: & hoc si omnes præsentes sunt, & idonei, i. soluẽdo: vt probatur in prædi. aut. & in aut. de duobus reis promit. sed ante tempora prædictæ cõstitutionis potuisset creditor quemlibet in solidũ conuenire: vt C. eo. l. i. & ff. eo. l. ij. Ad hoc ergo vt quilibet in solidum teneatur, duo sunt necessaria: scilicet q promittant, & se in solidum obligẽt, & quod huic beneficio renuncient. 18 ¶ †Et nota quod quãdocunque duo vel plures se principaliter obligant & in solidum, ibi locum habent præmissæ tres renunciationes, & scribentur hoc modo:

socio. §. fi. Vnde in Ecclesiastico c. vi. Consiliarius tibi sit vnus de mille. ¶ Quid si per imperitiam aduocati quis causam perdit? Dic vt s. de aduocatis. §. fi. prope fi. ¶ 6 † Quid ergo erit de sententia ordinarij vel delegati, vel arbitri lata de cõsilio sapientum pecunia corrupti omnino? Respon. nõ est defendenda. est etiã res mali exempli. ff. de pœnis. si quia aliquid. §. iij. ff. ad leg. Cornel. de falsis. l. ij. Nec corrũpẽs, ex corruptione cõmodũ cõsequetur, C. de pœna iudi. qui male iud. l. j. & ij. ad instar patroni, qui præuaricatus est. C. de aduo. di. iudi. l. j. ff. ... §. ordinandũ. secũdum Vber.[a] ¶ 7 † Tu igitur Italice, no. quod electis consiliarijs, iudex dicet partibus: Tales sunt consiliarij per me electi, ite ad illos, & iura vestra & rationes omnes illis ostẽdite, & coram ipsis allegate. Cũ aũt[b] ueris coram eis, caue tibi: quia multas fraudes consueuerunt committere. & attende an sint inimici tui, vel saltem partis alterius amici, iij. q. v. quia suspecti. Affectio enim dominationis, affinitatis & familiaritatis amor, ... timor & odium et ... qui ... sensus & quæstiones peruertunt: vt iij. quæstione v. accusatores vel testes. xj. q. iij. quatuor. Item vide si sint tales, qui non sint suæ salutis memores. j quæstione vij. fac. cinius. de cõ. d. iiij. sanctum est. ¶ 8 † Item fac eos iurare recte cõsulere: quia tec cõ eis absque iuramento credendum & testis, iudex, & aduocati iurant. C. de testi. iurisiurandi. extra, eod. nuper. C. de iura. calu. l. ij. ppe prin. C. de iudi. rẽ nõ nouã. in prin. & authen. ibi posita. extra, de iureiur. venientes. extra, de iudi.[c] in consti. Grego. x. pperandũ.[d] Tales igitur eligantur, si clerici sunt, quibus sine iuramento fides possit adhiberi: quib' magis credit quàm laicis: vt s. de instru. edi. §. cõpẽdiose. ver. ite per ius canonicum qui etiam de facili non debẽt iurare: vt ij. q. v. c. j. & ij. & extra, de iur. cal. c. j. C. de epis. & cle. cum clericis. Si verò sint laici, & sint officiati, qui iurauerunt fortè cõsulere fideliter. Potestati vel dño vel eorũ officialibus: tũc nõ exigit aliud iuramẽtũ ab ipsis. Reprobat enim crebra iuratio, iuxta illud[e], vir multũ iurãs replebit iniquitate, nec recedet à domo eius plaga. extra, de iureiu. & si Christus. C. de cut. fur. l. pe. in fi. Si verò sint extranei & priuati aut est ardua causa: & tũc iurãt. Aut minima: & tũc nõ iurãt. quare enim iurarẽt pro decẽ solidis fortè habita tamen consideratione qualitatis eorũ. ¶ 9 † Sed nunquid potest peritus cogi, in aliqua causa alicui consulere? Rñ. non puto, vt dixi s. de sala. §. sequitur.[f] ¶ Sed nunquid huiusmodi consiliarij iurati vel nõ iurati poterũt ex noua causa recusari? Puto quod sic[g] vt extra, de offi. deleg. insinuante. iij. q. v. quia suspecti. C. de iud. apertissimi. cũ & iudices, q habẽt iurisdictionẽ recusari possunt: vt & dixi s. de recu. ¶ 10 † Quid si iudex postquã deliberauerit cũ peritis, decedat? Dic quod successor nõ debet sequi illud cõsiliũ: quia etiã ille viuẽs nõ hebebat illud necessariò sequi. arg. eius quod dicit de tutore, ff. de admi. tuto. quidam decedẽs. arg. cõtra. ff. de iudi. mortuo. & l. dictũ. & C. de re iud. gesti. extra, de rescri. super literis. ppe fi.[h] Hos aũt consiliarios, tu aduocate, verbis, honoribus & blandis ... in tu ... Italia gas trahere ... & de iudice dixi s. de aduo. § hoc dicto. verũ. versi. cùm autem. Et si iustam fo ues causam, quære bene peritos & fideles. Si verò malam: vereor ubi suadere peccatũ[i]. extra, de pœ. & remis. c. cũ infirmitas. l. di. in ... Hoc autẽ audacter suadeo, vt tũc cedas vel cõponas. extra, de electio. dudũ. ij. in fi. extra, de trans. c. fi. Deinde tu aduocate corã eis pcedas p oĩa, & allegat sicut corã iudice procedẽdũ dixi s. de dispu. §. nũc vidẽdũ. quia corã eis tales faciũt Italici disputationes. ¶ 11 † Porrò auditis partiũ disputationib' & actis causę examinatis, & consiliarij deliberatione præhabita diligẽ ti, consilium in scriptis redactum, ne iudici relinquatur via malignandi, ei secretè offerant: prout eis visum & æquum videbitur, qualiter iudex debeat condemnare vel absoluere. cuius quidem scripturæ forma talis erit:

FORMA. Consilium nostrum, scilicet magistri talis, & mei talis, in quæstione quæ inter talẽ & talem coram tali vertitur, cuius quęstionis tenor talis est, &c. pone totam quæstionem. tale est. Dicimus enim quod talis est condemnandus, vel talis absoluendus. vel sic: Consiliũ mei B. super exceptionibus ppositis per E. corã D. iudice, quę tales sunt: Cõtam vobis domine, &c tale est. dico enim primã exceptionẽ, quæ sic incipit, &c. admittẽdã nõ esse: vel dico, eis nõ obstantibus, esse testes aperiendos, vel exceptionẽ admittẽdã, vel iudicẽ grauasse, & similia.[k] Et nota quod cõsiliarij non tenent exprimere in cõsilio causam, quæ ipsos mouet. Et sic in arrestis iõ curia Frãciæ o seruat. infrà, de sen. §. qualiter. vers. verum. & suprà, de dispu. & alleg. §. porro. ver. in summa: nec est fieri cõsuetũ. Quidã aũt sic in consilio dicunt: per ea quæ vidi & audiui ita dico & cõsulo &c. ¶ 12 † Tu autem aduocate labora scire cõsilij continentiã, si id honestè fieri possit: vt ex hoc instrui possis quid tibi agendũ sit: an scilicet debeas ad sententiã vel cõcordiam properare, vel aliquid de processu ostẽdere, vel beneficium restitutionis in integrum postulare, vel alia remedia adhibere. ¶ Nota quod non solùm sup decisione quæstiõis principalis, eligunt huiusmodi sapiẽtes: quinimò & super quolibet litis ambiguo casu. ¶ Porrò huiusmodi dato consilio iudex secundum illud sententiam diffinitiuam seu interlocutoriam formare curabit, sicut dixi suprà de exceptio. §. viso. versicu. porrò in Italia.[l] & infrà de sententia. §. vt autem. versicu. in partibus. ¶ 13 † Quid si iudex videt consilium esse contra ius? Dic quod si ipse consiliarios elegit, sperto consilio pronunciet secundum ius: alioquin faciet litem suam: vt supra Non enim prętextu consilij excusaretur: imo magis excusaretur: vt Institu. de ob. quę ex quasi delicto principio. ff. de var. & extraord. co. si iudex, & melius in aut. vt iudic sine quoquo suffragio. §. eos. Debuit enim deliberare vtrum sibi expediebat consilium: vt ff. manda. l. secunda in fine. Et ad hoc facit in authentica, vt de func. seu fun. eo. §. fina. e xtra, de consue. ad nostrã. ff. de his, quę in testa. delen. proxime. ibi remotis omni, &c. extra, de arbi. cùm olim. extra, de electione pro defectu. & ca. cùm in veteri. xxvj. dist. deinde versicu. quęro, lxviij. distinctio. cor episcopi. Si autẽ de partium consensu electi fuerint, tunc dicunt quidam[m] quod debet iudex iuxta eorum cõsiliũ pronunciare. argumentum ff. de re iudi. si conuenerit. extra, de offi. delega. super quæstionum. §. verum. Contra credo, vt in præd. decre. ad nostram. Ad idem. ff. de admini. tuto. patet tutelam. Debet enim iudex secũdum allegata & probata iudicare. ff. de offi. præ. illicitas. §. ij. & iij. q. vij. iudicet. cum suis cõcor. Nec obstat l. pdicta, si cõuenerit. quia ibi exponit qd, id est, super quo: nõ cuius cõsilio. sic nõ obstat ff. de admi. tu. Titiũ & Mæuium. in ij. quia verba illa, qd sine eo fit irritum, &c. contrarium tollunt. nos tamen ad cautelam scribi ... facimus: qd partes petunt & consentiunt quod iuxta illorum consilium pronũcietur. & idem facimus in examinatoribus rubricarũ cõcorditer a partib' electis,[n] videlicet diffinitiuam eorũ à partibus fletur. ¶ 14 † Quid si est statutum in aliqua ciuitate quod non est tuc extra illã pro consilio habendo, nisi partes haberent oẽs sapientes illius ciuitatis suspectos? nũc altera pars tm habet omnes suspectos. quæritur vtrum possit iri extra illã ciuitatẽ pro cõsilio. & videtur quod nõ nisi vtraque pars oẽs habeat suspectos: quia in statuto dicit, nisi partes, &c. & à verbis eius recedendũ nõ est. ff. de leg. iij. nõ aliter. & facit C. de bo. quę li.

cum non

a ¶ Docendum. Sub versi. cùm autem tempus.

b ¶ Aduocatorū. Qui allegant coram cōsiliariis, vel fortè ponderauit q̄ aduocatis illius loci vel fori, qui in causa illa nō patrocinātur, solent talia cōmitti, quod sequit̄ de imperitis iudicibus, fatentur, cùm ex quo tales sunt, vtilis est consuetudo, quam Italici dicunt inductā, vt frenū tēperiei apponatur iudicibus seuire volentibus. C. de cust. reo. si quis [illegible] gari quin cōsuetudo habeat finē & respectum bonum scilicet vt in decisionibus litiū seruetur iustitia. C. de legi. humanū. et sic sunt gubernacula iustitiæ. Facit. ff. de eu. schapham. Itē cùm iura permittāt assessorē haberi, sufficiat sequens remissio: quare de his cōsiliariis sic turbatur cùm etiam experiētia doceat propter occupationes iudicū, marcescere causas, quæ per iudices sine talibus consiliariis terminari debent, quæ cum eis citò expediuntur. & hoc appetūt iura, quæ sunt not.

c ¶ Cùm olim. Tu exclusa distinctione præpositiuorum de, & cum, dic vt scripsi de regu. iur. nullus ex consi. lib. vi. post finem quæstionis.

d ¶ Continebuntur. Vt aliquod præambulum detur huic titu, est sciēdum q̄ dominus meus in legibus, disputauit quæstionē quæ incipit, in quadam lege municipali, & erat quæstio, si statutum ciuitatis habebat, q̄ certus actus expediri deberet: per cōcilium arctius, nō per concilium maius: cùm duo talia cōcilia ibi essent, & in illis duobus cōciliis simul cōgregatis, expeditus fuit ille actus: an valeat? Quòd valeat, probatur quia factū est præsente & consentiēte illo concilio, ad quod spectabat id agere: & maxime cùm hoc casu cōtradicere possent. Ad hoc inistum alle. ff. de re iud. sæpe. §. cùm autē. ff. de arbi. si in tres. de re iu. duo ex tribus. de verb. sig. corā. & quod no. ff. de pig. act. l. Caios. Illi ergo de cōcilio maiori fecerūt ex abundāti: & quæ superabūdāt, vitiare nō solēt. ff. de reg. iu. non solēt. nec inutilis adiectio vitiat, sed vitiat. C. de do. si quis argētū. §. quod sai. m. l. 4. Itē hic non fuit factū aliud, sed plus, nec forma mutata, sed ampliata. Ad hoc ff. mā. rogatus. de sta. ho. nō sunt liberi. in fi. Itē dubia interpretantur, vel interpretamur vt res valeat. ff. de reb. du. quoties. Cōtrariū tenens indocit debiliorē esse naturalem possessionē mistam cum ciuili, q̄ solam, quæ solo animo retinetur, iuxta no. ff. de vi & vi ar. l. j. §. interdictū hoc. & l. ij. §. vnde vi. & ff. de acqui. pos. naturaliter. Itē cum minor portio iungitur maiori, minor extinguitur: vt si alienū brachium statuæ meæ iūgo. ff. de acquir. re. do. l. idem. & l. quicquid. & grex auctus idem remanet. ff. de vsu. l. enim qui ædes. & l. rerum mixtura. Cōcluditur ergo ex his illud vnitum fuisse maius. ergo &c. Ad hanc partem facit l. Pedius. §. j. ff. de arbi. vbi mixtura liberi & serui, vitiat cōpromissum. Allegat idem de iure canonico, cùm in electionibus miscētur clerici cum laicis. extra, de elec. Messana. & c. cum terra. Non ergo in promiscuis actibus turbentur officia. C. de episco. & cleri. l. repetita. & de testa. l. consoles diuales. Item facit ad factum ff. de fur. l. penul. vbi patet q̄ tacens metu, vel reuerentia, habetur pro contradicente. Sed quando aliquis sunt in maiori concilio cū nobilibus & maioribus: metu vel reuerentia suum animum non exprimunt: ergo pro contradicentibus habentur & sic essent contraria. Ad idem facit eod. titu. de fur. si quis in seruitute. & hæc fuisse videtur consyderatio statuti, & iustificat solutionem.

cùm non solùm. §. ipsum autē filium. ibi: ex vtraq; parte vertitur. ¶ Sed dic contra. argumē. in præ. §. ipsum. & in aut. col. j. de hær. & Fal. §. fin. ibi tabulariis, &c. ff. de eo per quē fac. est. l. j. §. si plores. & ff. si quis cau. si duo. §. j. & ff. de ma. te. l. ita. ff. de pact. rescriptum. §. si pacto. C. de app. in offerendis. Ad officium autem iudicis pertinet multitudinē suspectorū refrænare. de quo no. in aut. vt nulli iudi. §. si verò. 15 ¶ † Itē no. q̄ electio huiusmodi consiliariorū, in curia Romana vel extra Italiam nō seruatur: sed iudex priusq; aliquid diffiniat, auditis causæ meritis & discussis: vt iij. q. vij. iudicet. deliberet secum prius diligenter, & postmodum cum peritis, quos discretos nouerit & fideles, referēdo eis plene rationes & iura partiū, & quærēdo qualem negotio finē imponere debeat: vt s. in prin. huius §. & dicā j. de rela. §. qualiter. in fi. Nō enim debet iudex nimis prorumpere, & suam sententiam præcipitare, Augustini & aliorū exēplo: vt vi. q. j. quæro. ii. q. j. Deus. xj. q. iij. summopere. C. de sen. ex breui. reci. l. ij. imò debet diu deliberare: vt j. eo. tit. proxi. quia tēpore indigemus, vt aliquid maturius agamus. l. dis. pōderet. in prin. & lenta virtus &c. vt s. de aduo. §. a hoc docēdum[a]. nec permissi cōsiliarij audiūt disputationes aduocatorū: sicut in Lombardia & Tuscia vidimus obseruari: quē quidē morē propter lucrū b aduocatorū.[b] & ad exonerationē imperitorū iudicum, esse inolitū æstimamus. Sed cum ratione careat, extirpandus est: vt xlviij. dist. cor episcopi. & hunc morē dominus Papa Clemēs iuris lumen sæpe reprobat. Vtilium enim magnū est Reipublicæ, si iudices nō ex se quid agēdum sit sciant, & lites decidere, sed aliunde: iudicādi enim discāt honestatē, & ab aliis quærant, quæ ipsos in iudicando eloqui decet: vt in aut. coll. vj. de iudicib[9]. prope prin. ver. illi autē. & j. q. vij. conuenientibus. sed vbi iudex imperitus est, bene potest assessorē habere quod dic vt s. de assesso. § salarium. Iudex tamē non tenetur sequi consilium, vt j. de sen. §. iuxta ver. quid si sunt tres. ¶ Quid iuris autē sit, si promissio, vel electio, vel aliquid aliud mandetur fieri, de cōsilio alicuius, not. pleniē serūdum Vin. extra, de consti. ex parte. & de elec. cum in veteri. ver. etiā. de hoc serū-

c dū Papā & alios extra, de arbi. cū olim[c]. ¶ Et quia hic de cōsilio loquimur, no. q̄ si in cōsilio alicuius ciuitatis, aliqd firmādū vel refirmādū est: debet Potestas seu Rector in concilio sic proponere cōcionando: Dñi, quid vobis placet sup hoc: & tūc arēgatores proponēt q̄ eis videbitur quo facto instantibus & firmabitur per rectorē & cōciliū qd maiori parti placuerit, & inde fiet publicum instrumentum, d in quo propositio rectoris & consimilia arengantium & partium & reformatio continebuntur.[d]

SVMMARIVM.

1 Aduocatus anteq̄ sententiā petat, debet suæ causæ merita perscrutari.

2 Volūtas cordis secreta, cōmuniter legitur in facie.

3 Trepidus in petendo sententiā, præsumitur de suo iure diffidere.

4 Aduocatus certus de victoria, debet adesse sententiæ prolationi: si autem econuerso, fugere.

e *De petitione sententiæ, & eius cautela. Rubrica.*

QVONIAM Disputatiōe super actitatis habita, cōclusoq; in negotio & deliberatione cū peritis habita, sola sñiæ prolatio superest quā ptes debēt instāter petere: vt extra, de re iud. cām quæ. ideo de petitione sñiæ perstringamus. 1 ¶ † No.[f] igit̄ aduocate, qd f priusq; sñiam petas debes diligenter causæ tuæ merita perscrutari. vnde consulo q̄ accitis tibi peritis, de quibus confidas, cū eis deliberes diligenter, iuxta illud, Omnia cū amico delibera: quia qd à pluribus quæritur, facilius inuenitur: vt xx. di. de quibus. nec nimium tuæ prudentiæ innitaris. multos enim propter suam præsumptionem sæpe vidi in causis decipi. extra. de cōstit. ne innitaris. c. j. & hoc s. de aduo. §. nunc tractemus. Itē consulo q̄ stomacho ieiuno deliberes: quia tunc ij eius vigent sensus. xv. q. j. sane extra, de testibus. cap. j. xxij. q. v. honestum. & hoc est qd Philosophus dicit, Quod

Baldus De requisitione consilij. Rubrica.

An sapiens electus ad cōsulēdū de iure teneat̄ de imperitia. ver. cōsiliū. & ver. seq G. & videt̄ q̄ nō: quia tale cōsiliū est nullū ipso iure. arg. ff. de auro & argē. lega. l. ornamētorū. ergo non facit litē suam: vt ff. de var. cog. l. si iudex. Dic econtra: quia lædit partem, & tenetur de dolo & lata culpa. Bal. ¶ Consultos nō tenetur in cōcilio exprimere cām: nec leges vel rationes allegare. versicu. porrò. cū sequen. G. Iudex nō tenetur sequi malum consilium, etiam electi consultoris à partibus: & si sequitur, facit litem suā. versi. qd si iudex videt. G. Facit C. de tuto. & curatore illu. per l. j. facit C. de senten. ex breuicu. reci. l. ij. & argu. ff. man. l. idēq; §. si tutoris. in fi. & vide Bar. ff. de re iudi. si cōuenerit. Bal. Si vna pars habet oēs suspectos, & non altera, videm ver. quid si est pars per G. Consilium, est cum commissione colloquium, est sine commissione: quod in omnibus causis haberi pōt. versicu. iterū. G. In concilio ciuitatis rectos facit propositās: deinde cōsulitur, deinde statuitur, & forma ponitur versi. si Consilium cōmissum à prædecessore, potest reddi successori. arg. ff. de mino. l. verum. § ex facto. vide s. de lega. §. præceptum. Consilium non debet committi aduocato alterius partis: vt notat lex proxima. de his quæ in te. Idem. vide s. de aduoca. in princ. Bald. Consilium dicit, Titium esse absoluendum, dicit iudex, & ita pronuncio secundum tenorem consilij. an videatur absoluere vel pronunciare absoluendum. Respondeo, q̄ absoluere: quia effectum consilij sequendum credo, non verba. argumen. ff. de eui. l. si ita quis. Et nota q̄ non valet sententia prædicta: nisi iudex legat consilium. lege j. & ij. C. de senten. ex breuicu. reci. Bald. Nec consilium nec scriptura debet committi, nisi confidatis: vt nota. in authenti. de testi. & fenus. §. quod sæpe. Bal. Qui petit consilium, debet petere suis expensis: quia non debeo posse lædere aduersarium meum in onere expensarum. argu. C. de testi. l. quoniam liberi. C. de eroga. mili. anno. l. cùm sæpe. Bald ¶ Sufficit quòd assessor non sit de suspectis, licet non sit de confidatis: vt not. in c. statutum. de rescri. libro vj. in nouella. Bald. An consilium expiret morte iudicis s. de leg. §. præceptū. ¶ An possit cōpromitti cū consilio sapientis. s. de arbi. § an possit. ¶ An qui iudicat habito prius cōsilio sapientis, excusetur à pœna iudicis male iudicantis, si iniustum sit consilium, infrà de senten. ad fin. §. si iudex scienter. & ibi. & in § sequen. habetur an teneat sententia lata intra terminum statutum consultori ipso non expectato valeat. & de materia vide Bar. in suo tractatu de requisitione cōsilij multū bene.

e *De petitione sententiæ, & eius cautela Rubrica.*

¶ Nullus ex practicis auctoribus posuit hāc rubricā præter Ioan. de Deo in lib. iudicum, parte ij. qui posuit rubricellam: petitio sententiæ. & id à modicum. & uerū modicum parte iij. sub eadem rubrica. de quo modico j. dicā. Vber. tū de Bo. posuit hoc mgrū vbi s. dixi s. titu. pxi. & dicam j. tamen author ampliauit Ioā. de Deo. licet verba eius cōmuniter assumpserit in cauil. non inueni adhuc quòd hanc Vberti partem posuerit.

f ¶ Nota. Hoc, & totum, quod sequitur, fuit Vberti de Bobio mihi

charta viij.versi.cùm autem fuerit finis.ampliat tamen author,& quid in seruitute,de Io.de Deo.infra dicam.

a ¶ Situ.proxi.versi.hos autem.

b ¶ Dicentis. Ecclesi.xxxij.ad fi.& facit Prouer.xiij.

c ¶ Enim. Assumit verba Io.de Deo.versi.§.parte ij.& ei,quod sequit,conuenit ad Ro.iij. Deus verax est,& omnis homo mendax.

d ¶ Si. Hoc habuit Io.de Deo.versic. super parte.iij.

post somnũ,quãdo satis dormisti,melius deliberabis.tunc enim nullus rumor impedit sensum tuũ. Et cõcordat extra, de accu.si cõstiterit.quia secundùm Hier.venter pinguis,crassum sensum generat: vt xliij.dist.§.fi.& vt ad viam peruenias veritatis, oppone & allega cõtra tuam partẽ.quod dic vt in præ.§.nũc tractemus.Et si inueneris causam despe- a ratã,cõpone vt dixi s.ii.proxi. Si verò cõfidis de tuo iure,ad eas iudicẽ sermone modesto, & vultu 2 læto:quia in facie legit cordis secreta voluntas.† Et vultus talis erit,qualia mẽte gerit.arg.xlj.dist.§.j.& §.fi.& laudes eum,vt tibi sit propitius.xxvj.q. vi. alligat.dicẽs ei cũ reuerẽtia, q placeat sibi causam sententiæ calculo diffinire.& hoc si de ipsi⁹ fide plenè cõfidis.Si verò dubitas de fide siue peritia eius, idẽ dicas, & expecta vtrũ dicat q velis deliberare cũ peritis.quod si dixerit,videas: Lætus sum valde,q ad vestri exoneratione salubre cõsiliũ habeatis.nec per hoc cæteris in prauũ cõsiliũ vel cõsilianũ cõsentire.Quod si videris eum absq cõsilio ad diffinitiuã currere. curialiter & humiliter dicas ei, Domine,supplico vt iuxta cõsiliũ Solomonis procedere velitis dicẽtis b,Omnia fac cũ cõsilio,&c.vt s.ti.proxi.ad fi.Quæ autẽ præmissa sunt,etiã in in- 3 terlocutionibus obseruẽtur.¶ †Itẽ nota q vbi speras verisimiliter pro te sniam proferendam fore postules eã ferri: & variis verbis possis s.de dispẽ.§. nũc vidẽdũ.in fi.& §.post hęc autẽ.ver.sic igit destructis.nõ tũ importunè,nisi in mora videas periculũ imminere. nũc verò insta opportunè & importunè:vt xliii.di.sit rector.in fi.& extra,de ele.cùm c inter R.[illegible] in prin.Licet enim c de ipso confidas credas tñ eũ hominẽ esse: & idcirco pronũ ad malũ.xxxij.q.j.omnis ætas.xx.q.iij.proclitius.maximè si sit vsus nimis corrũpi.xj.q.iij.qui recte. xiij.q.v.nõ sunt.xj.q.iij.nõ licet.& c. pauper.ex- d tra,de pigallo.§.fi.cũ suis cõcor.Sed enim trepidus sis nimis in perẽdo sniam, præsumens de tuo iure diffidere:vt xliij.di.in mãdatis.Pete igitur sniam 4 sperno no.in præd.ver.sic igit ¶ †Itẽ Aduocate,ubi cõsulo q si certus es de victoria,aliis intæ si cõtrarium speres,fuge:sicut Medici faciũt.In primo casu honor,in secũdo casu cõtumelia,te vbiq sequetur.In dubio autẽ est cõsulitius q interlis, propter multa,quæ hic sæpe occurrũt,ex quibus causa tua in causa appellationis iuuari poterit,si succumbere te cõtingat. Illud autẽ tibi sit memoriæ, vt semper aduersarium petas in expensis ubi legitimis condemnari,vt dixi s.in præd.§.nunc videndum. in fin.& §.seq.& de expensis.§.j.ad finem.

e De relationibus. e Rubrica.

SAEpe Cõtingit q is,qui causæ discussit merita,dubitat qualiter pronũciare debeat: & ic refert negotiũ ad superiorẽ,vt sibi rñdeat qualiter in pronũciando se habere debeat:ideo q aliqua de his relationib⁹ præmittamus.Itẽ quis,q cũm examinauit,iudicãdi potestatẽ nõ habet:ipsum ipsum debet ad superiorẽ te-

Bal.de petitione sententiæ, Rubrica.

Cùm petis sententiã ferri,sit tibi memoriæ vt petas aduersariũ in expẽsis cõdemnari.versi.fi. G.Sed an in fructibus & interesse,potest iudex cõdemnare sine petitione? Dic q in fructibus ante litis cõtestatione perceptis exigitur petitio:sed post litẽ cõtest.etiam nõ: vt oo.ff.de dã.infe. l.si quis iussum.§. iudex.Bald.vide s. de dispu.& alle.§. proxi ¶ Sed quid in pœnis dicit statutũ q periurus pdat litẽ:an sine petitione poterit iudex cõdemnare periurũ in amissione causæ? Et videt q sic. ff. de ædil. edict.l. ædiles.§ item sciẽtium.In cõtrarium videt ff.de dam.infec.l.iiij.§.hoc autẽ iudiciũ. Hoc enim non pertinet ad sequẽtiam petitorũ, sed oritur ex noua causa.ar.ff.de in litẽ iurã.l.j.Ergo iudex nõ potest supplere ex officio. Ad hoc facit C.ne lite pen. l.j.in gl.& ff.de iur. fis.l.e.us,qui delatorẽ.C.loc.l.conductorẽ.C. vnde vi.l.nõ ab re.in glo.in aut. de triẽ.& semis §.j. in gl.& hoc est tutius.Bal.Et ad oĩa sufficit petitio gñalis,sub forma,peto sententiam ferri pro me.C.de pac.l.petens.G.¶ Sed qd dices actore absente & citato legitimè lite nõ cõtestata si reus petit sententiam ferri,iudex exgestis sentit pro actore,& pronũciat pro eo,an valeat? Videt q nõ: quia lis nõ est cõtestata.C.de tẽp.ap.l.fi.§ illud.sed pro reo bene valet: vt in aut. qui semel.C.quomodo & qñ iudex.Sol.credo valere:& imputet sibi re⁹, qui stulte petit,& iudex pro absente potest supplere.l.properandum.§. sin autẽ reus.& §.seq.C.de iudi.Bal.Vide quatuor sunt casus.nam quandoq fertur sententia pro præsente:& tunc petitio est necessaria. Quãdoq pro præsente contra absentem:& idem.Quãdoq pro absente cõtra præsentem:& tunc non est necessaria petitio ,absentiũ.Quãdoq pro absente contra absentẽ:& tunc non valet sentẽtia.ff.de arbi.l.arbiter.ita vide infrà proxi.¶ Sed quare nõ sufficit actori,q in libello petit condẽnari? Respõ.

quia illa sunt verba futuri tẽporis.sed ista petitio est præsentis,vt nunc:& ista vltima petitio est idẽ dicere quod instantia:quia ad instantiam partis, iudex debet procedere,non motu proprio:vt in aut.qui semel.ibi:reo postulante,& c.ii.de iud.l.& post.C.vt intra cer.temp.l.ij.cum simil.Bal. Vide j.tit.j.§.de quibus.versi.sed pone.G.

mittere: vt vbi lis sit,ibi finẽ debitũ sortiatur.extra, de ele.dudũ.j.& de testib.ad hoc,alias incipit,præsentiũ.§.fi.li.vj.ideo q de his remissionibus aliqua subsequẽter adiiciamus.Licet fere omnes iuris canonici tractatores cõmuniter accipiant verbũ relationis & remissionis & etiam iura quãdoq,vt patet extra,de pur.ca.cùm dilectis §.is igitur.hoc tamen nobis non placet, prout clarè ex sequentibus f apparebit. f ¶ Primò igitur videndum est . Quid g sit relatio. g De quibus fiat.Quando. Et qualiter h fiat. Et quis sit effectus. h

RElatio Est iudicis de iure dubitantis ad principem missa consultatio : vt probatur C.de rela.l.j.& fin.& extra,de appel.c.intimasti. i & ij.q.iij.l.quid in ecclesia. i

S V M M A R I V M.

1 ¶ Relatio de quibus sit facienda.
2 Iudex fingens malitiosè de iure se dubitare , fit infamis.
3 Iudex potius debet in odore bonæ famæ delectari,quam malæ.
4 Causa an præsumatur iusta vel iniusta , ex qualitate personæ.

DE quibus Facienda sit relatio, breuiter perstringamus. 1 Et quidem †facienda est in omni casu:siue sit causa ciuilis,siue criminalis, cùm de iure dubitatur · secus quando super facto. in aut.colla.vj.de iud.§.fi.ff.de iudi.l.eum,quem temere.§.j.in aut.in medio sit non fieri sacras for vel iussio.colla.viij.§.j.ver.quod enim.&§ si verò aliqua.xj distin.ca.fin.extra,de bap.non ut opponẽs & ij.distinct.desponsa. Vnde dicit Imperator.nõ enim crimina, sed vindicta potius ad nos debent peruenire.C.de offic.præfe.Orien. & Illyri.l.in.in fi.xxvij.q.j.custos.& c.si homo.ff.de app.cõstitutiones.Si ergo non inueniatur ius expressum, non est culpandus iudex si superiorem consulat.extra, de no.ope.nunc.c.j.xxj.dist.c.j vel si non dubitat de intellectu legis vel canonis, vt in præ §.si verò aliqua.extra,de sentẽ.excom.inter alia.xj.q.j.§.ex his omnibus.& de simo.per tuas.j.vel super contrarietate iurium.extra,de fide instru.pastoralis.de restit.spolia.literas.& c.frequens.lib.vj.de renunc. post translationem.extra,de his quæ fiunt à prælatis sine con.ca.c.cùm apostolica.extra , de dona.apostolicæ.de offic.deleg.super quæstionum de voto. ex multa.de verb.sig.cum olim.Cum his ergo casibus secure referat verum delegatus ab illo debet quærere:qui delegauit eum: vt ff.de off.procon.& l.solent.§.legatos.& in præd.c.super quæstionum. 2 §.porrò.¶ †Porrò iudex malitiosè fingens se dubitare de iure, infamis fit, & in xxx.lib.auri punik tur.C.de legi.l.ij. k & extra,arg.de rescri.cùm contingat. Sed fortè hæc pœna non habet locum secundùm canones,sed illa, quæ est extra, de re iu- 3 dica.cùm æterni.libro vj. ¶ †Sed pone, ecce victor in causa,petit expensas,& euidenter docet de-

e De relationibus Rubrica.

¶ Præter ciuil[illegible] res non posuerunt hãc rubricam, excepto Ioan.de Deo , qui eam posuit ciuil. lib.v.rubri.vlti.vbi ponit quædam relationum exẽpla. Fecit etiam de his tractatum , qui inchoat.incipit Summa de relationib⁹. vbi plenius prosequitur & ponit formas:vt communiter habetur post librum dispensationum , & sententiarum. Habuit ergo author de his pabulum & a Summistis Azo præcipuè Goffre.& Host.& no. quod ordinem Legistarũ secutus est author quo ad librum Codici tractans prius de relationibus , quàm de appellationib⁹: sed discordat compilatio Digestorum & nostra,in quib⁹ simul de vtrisq tractatur,ff.de app & relatio. Discordat autem ab aliis tribus compilationibus , quia in illis prius tractatur de sentẽ.quàm de his: sed propter diuersas relationis causas procedit vtraq.de quibus j.§.in.

f ¶ Apparebit.Forsan voluit Ioan.de Deo vbi s. dicens primò quòd relatio erat propriè de legatorum,impropriè ordinariorum : verè sicut reconuentio præsupponit conuentionem : sic & remissio remissionem. Referre autẽ idem quod deferre , proferre, vel intimare miscentur ista.de cle.ægro.cap.j.lib.vj.versi.si autem.de statu mona.in singulis.versi.si verò.& c.ea quæ.versi.quod si forsan.& in cle. de hære.nolentes.in fi.

g ¶ Relatio.Hoc membrum non posuerunt Summistæ.

h ¶ Effectus.Io.de Deo vbi s.ij.parte vij.articulos,non dicit membra,hanc materiam tradere voluit:sed sic loquendo potius obfuscauit.Sis ergo authoris narratione contentus.

i ¶ Relatio. Ecclesia non conuenit diffinitioni . Loquitur enim non de consultatione iudicis : sed de renunciatione prælati , quæ fit per subditum.

k ¶ L.ij.Secundùm Host.in Summa huius tituli,in fi.quod sequitur,additur in decretalium ff.de appel.vt ibi scripsi super prima glo.

talom.

calũnia aduersarij, qui in principali succumbit. Itẽ docet eũ deretasse, & multipliciter in respõsionib' variasse: demũ iudex vult referre super dubio expẽsarũ: nũquid dicet in relatione sua illũ calũniatorẽ, periurũ, & simõ? Videt q nõ: quia dñs papa potius delectaĩ in odore bonæ famæ alicuius, q̃ malæ: vt extra, de accu. licet. in fi. & ar. xj. q. iij. in cunctis. & lxxxvj. di. si qd ij. q. vlti. p scripta. extra, qui ma. acc. pos. c. ij. ar. cõtra: qa ex hoc præsumiĩ cõtra personã: † & ex qualitate psonæ præsumiĩ causa iusta vel iniusta: vt extra, de no. ope. nũ. c. ij. & de pig. illo. & ff. de vsu. q similes. §. j. & extra, de præb. nisi. & lxvj. dis. sunt nõnulli. & præsumiĩ cõtra cãm vatiãus. extra, vt eccle. bene. c. vnico. Ex quo enim de præmissis cõstabit, cõlla p cõsequẽs illũ in expẽsis cõdẽnandũ: extra, de pœnis. caluniã Itẽ iudex põt punire crimẽ, vbicũq; cõtingat causam, de qua agitur, euã sine accusatore. extra, de elec. p inquisitionẽ. ff. de testi. q falsa. & C. e. nulli. & ff. de adul. si maritus. extra, de excep. §. j. de iniqu. querelã. de fideius. peruenit. de rescri. olim. & de accu. super his. & de colla. eximiã. & hoc vltimũ verius est: licet multos magnos audiuerim contrarium asserentes.

Quando facienda sit relatio.

QVando Autẽ sit relatio facienda, clarũ est: quia super quolibet iuris dubio, prius q̃ illud sententialiter declareĩ. C. e. l. j. ff. qñ ap. su. l. j. §. ij. j. & ij. q. vj. biduũ. in fi. in casu tñ spãle, vt post latã sniam fiat, s. in criminali: vbi prius ferĩ snia, vt demũ princeps æstimet an sit sequẽda: puta vbi p̃ses aliquẽ in insulã deportauit. ff. de inter. et rele. inter pœnas. & l. seq. ff. de iniu. rup. cui. si qs filio. §. qui tamẽ. ff. qñ app. sit. l. j. & ij. q. vj. biduũ. ad fi. Fit quoq; [a] relatio in omni parte litis. fit eñ in principio litis, cùm quęriĩ de modo pcessus. extra, de acu. sup his. xj. di. c. fi. Itẽ fit sæpe in medio litis, cùm dubitaĩ de aliquo, super quo nõ inuenitur ius expressum. Hoc probatur ij. q. vj. multũ. ij. q. j. nomẽ. iij. q. j. §. spatiũ. extra, de testi. tam literis. extra, de offic. dele. super quæstionũ. §. fi. & c. prudentiã. C. de rela l. j. vbi ponitur forma referẽdi. & l. ij. & iij. Itẽ fit relatio post sniam, puta de assignãda insula, vel alia pœna infligẽda. xix. di. in memoriã. & in concor. potius l. in princ. vbi puta ibi, &c. ¶ Generaliter autẽ quoties expedit ex causa iusta & necessaria, fit relatio: exẽplo Mosis, [b] qui ingressus tabernaculum, querelas populi ad Dominũ referebat: vt secundùm eius imperium iudicaret. extra, de re iudi. cùm æterni. lib. vj. xj. q. iij. summopere. & expensæ in ferendo factæ, contribuentur à partibus. extra, de statu mona. ea quæ. §. hæc eadem circa.

SVMMARIVM.

1. ¶ Relationibus plena veritas esse dicitur, cùm vel allegationibus partes repelluntur, vel partium approbantur assensu.
2. Relatio debet fieri plenè.
3. Relatio ante litis contestatio. qualiter sit formanda.
4. Inquisitor status alicuius monasterij, quæ debeat quærere vt relationem debitam faciat.
5. Forma relationis vbi post litis ingressum dubitatur de intellectu vel contrarietate iuris.
6. Relatio qualiter sit facienda, vbi ius expressum non inuenitur.
7. Relatio post sententiam, qualiter sit formanda.
8. Relationum exemplar, est per manum publicam partibus dandum.

Relatio, de quibus sit facienda.

QValiter Sit faciẽda dicam. Et quidẽ examinato diligẽter articulo, sup quo fieri debet, partibus præsentib' dicat se sup eo dubitare, & velle Principẽ cõsulere: demũ cõficiat literã, quã principi dirigat: in qua cõtineaĩ processus corã eo habitus, & dubitationis articulus, & rationes partiũ. & iura, quæ ipsum faciũt dubitare: quo facto litera ipsa seu libellus ille debet corã partibus legi & si quis cõtradicere iuste voluerit, liberum ei erit: vel quia forte aliter scriptũ sit, q̃ actũ: vel quia seminplenè sit scriptũ, & huiusmodi: vt extra, de elec. cum inter R. senorẽ. ad fi. ¶ † Tũc enim demũ relationibus plena veritas est, cùm vel allegationib' partes repellũtur, [c] vel partiũ approbãtur assensu: vt C. de rela. l. ij. in fi. & l. j. & nisi relationis exemplum partibus ediderit, ad quod tenet, ex quo se relaturũ pollicetur, poterit appellari: [d] vt extra, de app. intimasti. Si verò tũc appellatũ nõ fuit: postea cum princeps rescripserit, nõ poterit appellari: sed à sententia [e] sic. ij. q. vj. biduum. in fi. quia relationem approbasse videtur: vt ibi, & ff. quãdo appel. sit. l. j. respõ. j. C. de rela. l. j. ¶ † Itẽ relatio plenè debet fieri: vt extra, de elec. dudũ. j. et fideliter: vt extra, de re iud. cùm Berthold'. §. licet, autẽ. & omnia cõtinere debet, ita q nõ sit iterum necesse pro actis mitti: vt C. e. l. fi. & ar. extra, de app. cordi. §. post hæc. lib. vj. nec debet cõtinere aliquid falsitatis: sed fideliter est faciẽda, & purè: vt j. ti. proxi. §. vidẽdũ. versi. quod demũ. Quod si inter partẽ & iudicẽ super hoc sit contẽtio: tũc recurritur ad originalia acta. extra, de proba. quoniam cõtra. Debet quoq; iudex in relatione inferre, quæ cõtra eum à partibus opponuntur, & etiã appellationẽ. C. eo. l. fi. extra, de app. intimasti. & c. vt debitus. Et ex quo pars relationẽ sigillatã portãdam recipit, nõ debet eã aperire: alioquin grauiter punietur. extra, de offic. delega. cùm olim magister. & de rescriptis. olim. ¶ † Relatio igitur ante litis ingressum, hoc modo formatur:

FORMA. [f] Sanctissimo in Christo [g] domino Clementi diuina permissione vniuersalis ecclesiæ summo põtifici, T. delegatus in tali causa, à vobis pedũ oscula beatorũ sanctitatis vestræ, qua decuit reuerẽtia, susceptis literis talis cõtra talẽ, tale crimẽ hoc modo: puta accusando vel denũciãdo vel excipiẽdo, vel ante cõfirmationẽ, vel post obiecit: quod quidẽ crimẽ probatũ, actorẽ penitus repelleret ab agendo. Cum igitur dubitẽ qualiter in his debeam procedere: instanter postulo, vt me super hoc vestris dignemini literis informare. Hæc probantur extra, de accu. super his. & c. inquisitionis. de simo. licet Heli. xxiij. dist. illud. ¶ † Si autẽ fuerit inquisitor super statu alicuius monasterij, tam in capite q̃ in mẽbris: potest quærere an omnes debeat adstringere iuramẽto, s. conspiratores, inimicos, excõmunicatos, & cõuersos & cõuersas prædicti loci. Item an hi, qui prosecuti sunt inquisitionẽ, habebũt expẽsas, & vnde. Hoc probaĩ extra, de re iud. cùm I. & A. extra, de acc. inquisitionis. & c. pe. Itẽ ordinarius, inueniẽs ciuitatẽses & diœcesanos, discedere à statu vniuersalis ecclesiæ vel à consuetudine, quam Romana ecclesia seruat, & docet seruandam: potest papã consulere, qualiter in his debeat se habere. & hæc est potius cõsultatio, q̃ relatio. & probatur ix. di. qs nesciat. de cõsec. di. ij. pacẽ. de cõsec. dist. j. de nominibus. iij. dist. denique. xij. di. illa. Item si populus aliquis, diuino adiutorio nouiter cõuertatur ad fidẽ: potest consulere papã qualiter debet se habere, & qualiter debet informari in fide, & qualiter ecclesiæ eorũ debent ædificari, & quibus consuetudinibus imbui. xij. dist. nouit. xij. q. j. quia tua. xxx. distin. c. fi. lxxx. dist. c. fi. extra de pœ. & re. Deus. xxviij. dist. c. fi. Sed hoc præcedẽs potius est cõsultatio, quæ fit extra iudiciũ, q̃ relatio, quæ fit in iudicio. ¶ † Porrò post litis ingressum cùm dubitaĩ de intellectu vel contrarietate iuris, sic fit relatio:

FOR. Sanctissimo patri &c. verũ cũ iuxta vestri tenorẽ mãdati, causæ præfatæ cognitioni intẽderẽ: super tali lege vel decretali disputatio est exorta: alijs sic eam debere intelligi asserentibus: alijs verò nõ leuis opinionis, in cõtrariũ asserẽtibus: ex quorum contradictione, cœpi meritò dubitare, vel sic: super talis canonis intellectu variæ & diuersæ sunt magistrorum opiniones scriptæ: ita quòd dubito, quæ ipsarũ sit alteri præferẽda: vel sic: In præfata causa tales duæ decretales sunt pro cõtrarijs allegatæ, in cuius contrarietatis solutione dubito vehementer. vnde cùm melius sit pię dubitare, q̃ temerè diffinire: sanctitati vestræ duco humiliter supplicandum

---

[a] ¶ Quoque. Verba Io. de Deo vbi s. ij. vers. septimus.

[b] ¶ Mosis. Exodi xxxij.

ADDITIO. ¶ In quo docemur q iudex debet ferre sententiam secundùm Deum, & nõ secundùm propriã voluntatem: & q secundùm leges & canones, debet qs iudicare: in quibus videtur voluntas Dei explicata vt per Ioã. de Turre cre. in c. summopere. hic alleg. Henri. Ferran.

[c] ¶ Repellũtur. Exponit ibi gloss. vt quia fuit dies statuta, & nil dixerunt quicquid voluerint.

[d] ¶ Appellari. De iure canonico certũ est hoc: de iure ciuili disputatur hoc in l. j. C. eo. tit. in vlti. glos. & ibi plenius per Cy. Disputationis ratio: quia ab interlocutoriis ante sententiam regulariter secundùm leges nõ appellatur. C. quorũ app. non re. ante si. de appel. super eo. ij. & lex vocat hanc interlocutoriam. ff. de appel. l. j. §. j.

[e] ¶ Sententia. Lata postmodum enim loquitur de prius lata, & scriptum fuit principi vt insulã assignaret: quod fecit. de qua s. §. proxi. & hoc vult sequens allegatio. Si verò cõsultus fuisset Princeps super sentẽtia ferẽda quę profertur secũdùm eius responsum: si pars habuit copiã relationis, & cõsensit. resistere nõ potest: si non habuit vel cõtradixit: tũc vel appellare poterit: vel saltem refutatorias preces offerre Principi: vt C. e. ti. l. j. ff. de app. l. j. §. j. vbi autẽ princeps aliquem articulum diffinisset, postq̃ iudex ferret sententiam diffinitiuam, valeret appellatio interposita non directè contra responsum principis si instante eius responso: alias esset iniqua.

[f] ¶ Forma. Ista & omnes sequẽtes fuerunt Ioan. de Deo vbi s. primo, & plenius secundo.

[g] ¶ In Christo. Hodie non ponimus in Christo: vt patet in forma sequẽ.

quatenus vestro me dignemini oraculo edocere, qualiter ipsum ius intelligatur: vel qualiter oppositionum diuersitas vel contrarietatis perplexitas exoluatur: vt vnde iura prodeunt, inde quoque interpretatio seu declaratio procedat. Hęc probantur in concor. que sunt s. §. de quibus. ibi: vel si dubitat. & ibi vel super contrarietate. ¶ † Quod si ius non inueniatur expressum, sic relatio fiat.

FOR. ¶ Sanctissimo &c. Nouerit sanctitas vestra, quod in causa ipsi mihi à vobis commissa opponitur quod iudex esse non possum, pro eo quod sim compater vel patrinus actoris:[a] vel quod mihi non creditur sic dicenti, causam viuę vocis oraculo fore mihi à vobis commissam, et tuncusque vester familiaris, & de vestra curia sim: nisi id per instrumenta vel testes ostendam. Cum igitur isti casus noui sint, nec sint in iure expressi, supplico vt quid iuris in eis sit, vestro dignemini oraculo declarare: vt extra de ap. postremo. & de offi. deleg. cum in iure. C. de mand. princ. l. j. extra de frig. fraternitatis. xx. di. de libellis. in fi. extra de no. ope. nun. c. j. & vide s. de proba. §. videndum. ver. quid de auditoribus. ¶ † Cæterum relatio post sententiam sic formatur: præmisso eius in loco salutationis & humiliationis. aliequin dicas:

FOR. Notum vestræ celsitudini facio, quod talis de tali crimine capitali coram me accusatus, ad plenum causę discussis meritis per me de ipso crimine, exigitis sententialiter condemnatus. Cum igitur ex tali crimine mereuerit depositionem seu exilium, ad quod est et condemnatus: vestram rogo magnificentiam vt et insulam vel locum, vel aliam pœnam, sicut vestrę maiestati placuerit, assignetis. Hęc probantur ff. de inter. & rel. g. inter pœnas. & l. seq. in pri. ij. q. vj. biduum in fi. ff. qui app. sit. l. j. ¶ † Et nota quod harum relationum exemplar, est per manum publicam partibus dandum, vt prędixi. Item no. quod quilibet iudex refert sapientibus, cum quibus deliberat, plene merita causę: vt s. de requi. consilii, pro pe fi. sed et auditores generales palatii domini papę, qui eius vice causas audiunt, eidem domino singula litis dubia viua voce referunt, Mosis exemplo: vt s. §. proxi. ver. generaliter. & etiam sup singulis diffinitiuis. Referunt enim quod petitur, quid ritr, & quantum in lite processum est: quid probatur, quid excipitur, quid replicatur, quid implicatur. & breuiter pure ac fideliter debent referre omnia iura, et rationes partis cuiuslibet: non alienando vel aggrauando vel subijciendo iura partis alterius, que possint ipsum papam mouere: sed sicut ea tam in manibus suis gerant. ij. q. ix. pura. extra de rem cum Bertoldus. ibi: q cum o obis. vt extra de deci. dudum. ver. prior autem. xlvj. di. omnis qui. Quo facto collatione et deliberatione habita cum alijs auditoribus si ibidem potibus, idem dominus papa dicit ei, Ita pronuncia: & dat ei potestatem & licentiam pronunciandi, quam non habet alij auditores, sed solum audiendi & cognoscendi, quare auditores vocantur. vnde & in pronunciatione semper dicit auditor: Facta domino nostro summo pontifici relatione fideli, de ipsius speciali licentia & mandato, mihi facto oraculo viuæ vocis ita pronuncio. infra de sent. §. vt autem. versi. cæterum.

Quis sit relationis effectus.

EFfectus Autem relationis seu consultationis est, vt causa vel etiam consultatione pendente, nihil debeat innouari vel de causæ meritis inquiri, vel aliquid fieri: sicut in mutuo id habetur. C. eo. l. j. extra de offi. leg. c. licet. & de post. prela. bonæ. ij. §. nec nocebat. C. de app. ex illo. ij. q. j. nomen. iij. q. vj. multum. In omnibus enim his, expectandum est superioris responsum vj. q. iij. denique. Verumtamen secundum B.[b] quamuis relatio fuerit per iudicem approbata, tamen priusquam facta sit, potest ea commissa de partium consensum causa procedi. arg. C. eo. l. ij. ar. contra extra de offi. deleg. significantibus.[c] Quid si iudex & vna pars, consentit relationi faciendæ, altera vero non? Videtur quod iudex possit pœnitere; quia certum est, eum nondum retulisse, quamuis referre voluerit. arg. ff. rem ra. habe. amplius. Si verò altera pars consentit: tunc altera parte instante quod fiat, fiet sibi copia ipsius. extra de app. intimasti. Quid si iam relationem partibus edidit, & postea partes consenserunt quod cognoscat, nec relatio procedat, Resp. non locus est pœnitentiæ: dummodo iudex consentiat. argu. ff. de pac. ab emptione. extra de regu. iur. c. j. nisi iam fuerit superiori præsentata. argu. extra, de post. præla. bonæ. ij. §. nec nocebat. arg. contra extra, de offi. deleg. significantibus. Sol. secundum dominum meum vt in præd. c. intimasti. in fine.[d]

De remissionibus Rubrica.[e]

SEquitur Videre de remissionibus; in quo videndum, Quid sit remissio. Quæ in ea sunt consyderanda. In quibus casibus sit facienda. Qualiter fieri debeat. Quid sit officium eius, ad quem remissio fit. Vltimò de remissione, que fit à superiori ad iudices inferiores dicemus.

Remißio quid sit.

QVid Sit remissio planum est. Est enim remissio id, quod ipsum nomen sonat; quia nomina debent esse consona rebus. Insti. de dona. §. est aliud. xvj. q. j. si cupis. Vnde remissio est causæ commissæ ad committentem facta remissio. extra, de elec. dudum. j. & dixi s. ti. proxi. in prin. & in sequentibus apparebit.

S V M M A R I V M.

1. ¶ Parte contumace, amplius non citata, an possit superior procedere.
2. Superiori licet delegati sui iurisdictionem reuocare.
3. Delegati processus, ante reuocationem iurisdictionis habitus, ratus erit.
4. Iudex sciens causam appellationis alteri commissam, debet ab ea cessare.

In remißione quæ sint consideranda.

QVæ Autem in remissione facienda consyderanda sint, breuiter supponamus. Et quidem consyderandum est, an fiat partibus consentientibus, vel saltem non appellantibus: vel an fiat alterutra contradicente & appellante. Si enim partes consentiunt, vel non appellant, et statur. extra, de pur. ca. cum dilectus. §. his igitur. ver. j. Et terminus ad comparendum coram superiore remittente partibus præfixus, pro peremptorio est habendus. ar. extra, de app. sæpe. §. quia tamen. Si verò fit per appellationem, ei non creditur, nisi ex alijs actis siue circunstantijs roboretur. ij. q. vj. biduum. C. de rela. l. j. Sed & si fiat altera partium absente, etiam per contumaciam adhuc non videtur ei credendum, nisi alia probatio adsit: termini tamen assignatio bene valet: vt extra, de testi. cum olim. ¶ † Vnde & parte contumace amplius non citata, procedit superior: sicut & iudex remittens, poterat contumaces absentia non obstante, secundum Inno. iiij.[f] Ego tamen semper cito in audientia. arg. ff. de euic. in fin. quod si pars, quam iudex inferior retulit contumacem, veniat coram papa vel alio superiore dicens, Domine, nunquam fui contumax, sed appellans recessi ab eo: & causam appellationis obtinui à vobis committi alij: tunc superior, si verum est quod commiserit, non credet remissioni: sed remittet partes ad iudicem, super appellatione obtentum, qui de appellatione cognoscet: & an sit reuocandum vel non, quicquid factum est post appellationem: vel etiam si maluerit ipse superior de his cognoscet. † Bene enim sibi licet delegati sui reuocare iurisdictionem. ff. de iud. iudicium soluitur. nedum expressè, sed etiam tacitè, cognoscendo videlicet, vel alij committendo.[g] ar. extra, de conces. præbe. quia diuersitatem. §. j. extra, de offi. dele. pastoralis. §. præterea. ¶ † Tamen totus processus delegati ante reuocationem commissionis habitus, ratus erit. arg. extra, de rest. spo. aud. §. j. Sed & si iudex commissionis causam, quæ iam instante parte commissa erat alij, vt de appellatione cognosceret, iterum postmodum committat alij, & propter hoc inter ipsos iudices sit de iurisdictione contentio: dicunt quidam sopiendam esse, secundum decre. extra, de rescr. pastoralis. resp. ò. j. Tu dic quod ad hunc secundum iudicem, cui commissa est causa remissa, nihil aliud pertinet nisi cognoscere, an causa appellationis prius alij fuerit commissa. Nam ex quo de hoc constiterit, debet partes ad illum remittere iudicem, cui causa appellationis prius commissa fuerat: & ad quem pertinet cogno-

a ¶ Actoris. Super hoc vide quod scripsi de app. cum speciali. super iiij. gl. & hoc exemplum non fuit Io. de Deo, sed authoris.

b ¶ Effectus. Secundum B. in decre. licet de offi. lega.

c ¶ Significantibus. Pro solutione datur hæc in fine vlt. gloss.

d ¶ In fin. Et ibi scripsi in fin. vlti. glo. scilicet quod ibi iurisdictio erat extincta hic suspensa.

Bald. de relationibus. Rub.

An Iudex in relatione debeat admittere aliquem periurum & calumniatorem? Videtur quod non: quia hoc est potius iudicium quam consultatio. dic contra, si ex actis apparet. §. de quibus. versic. sed pone ecce.

G. ¶ Auditores palatii domini papæ, debent audire & referre, non iudicare, nisi ex mandato domini papę. §. pe. ver. fin. G. vide j. tit. proxi.

e ¶ De remissio. Rubrica.

¶ Supple causarum. de remissionibus enim personarum supra ad iudicem delicti non tractatur hęc rub. de illa autem habetur extra, de rapto. c. j. & in aut. vt nulli iud. §. si quis verò comprehensorum. et no. in cle. de re iud. pastoralis. in glo. sed numquid de iure. De remissionibus etiam indulgentiarum, rubricam habemus, sed nil ad propositum. De remissionibus autem iurium, puta quas facit substitutus institutio rogato de restituendo: et an diuisio habeat vim remissionis, not. & dicam j. de testa. §. j. ver. item quid si duobus. Nullus autem ex practicis posuit hanc rubri. immò vt dicit author super rub. prox. in prin. Antiqui promiscue de relationibus & remissionibus loquebantur. vnde autem huic rub. author traxerit alimentum, dicam super nigro. Sequitur videre, quid sit remissio.

f ¶ Quæ autem. Inno. in. c. cuius tunc se rè ad literam totus iste §. vt, scripsi post eum de app. intimasti. in j. col.

g ¶ Committendo. Supple scienter.

cognoscere, an sit sua iurisdictio. Sic enim seruatus in iudice appellationis. extra, de rescrip. dilectus filius.ij.§.si. ¶ †Sed nunquid eodem modo iudex, qui causam remisit statim, ex quo scit causam appellationis ab eo interpositæ alij esse commissam: debet cessare, & remittere causam ad iudicem, cui est commissa? Respondeo, si scit vel credit, quòd causa appellationis sit legitima & vera: prudenter facit si supersedet. Si enim processerit & postea constiterit causam appellationis, legitimam esse & veram: cassabitur quicquid per eum factum fuerit: vt not. extra, de app. interposita. & c. Romana. §. si verò. & §. sequen. Si autem pro constanti habet appellationem esse iniustam, securè procedet: eodem etiam modo iudex, cui causa remissa commissa est, si indubitanter confidit quòd appellatio sit iniusta: non obstante quòd causa eiusdem appellationis alij sit commissa, securè procedat: & tenebit quicquid ab eo fiat: dummodo declaretur postea per diffinitiuam sententiam, quòd appellatio fuit temeraria & iniusta: vt not. in præ. §. verò. & seq. secundùm papam & adde quod est j. §. videndum. Generaliter autem verum est, quod iudex postquam causam remisit, non potest vlterius de causa se intromittere: vt s. titu. proxi. §. effectus. in princip.

SVMMARIVM.

1 Lite pendente, potest fieri causæ aduocatio: qua facta, nō debet prior iudex in causa procedere.
2 Superior an de causa cognoscere debeat, ex vi aduocationis aut reuocationis.
Pars appellans an sibi præiudicet literas aduocatorias præsentando.
3 Literæ post reuocationem factæ, an valeant.

Remißio in quibus casibus sit facienda.

NVnc Videamus in quibus casibus sit remissio facienda. Et quidem facienda est in omnibus maioribus causis: quæ habent per superiorem tractari. extra, de app. vt debitus. in fi. extra, de bapt. maiores. xij. dist. c. ij. extra, de transl. c. j. de hoc extra, de offi. leg. quod translationem.[a] Item fit quandoque propter defectum iurisdictionis, quam quis habet semiplenam: vt quia est legatus proconsulis: vel quia est ei tantum cognitio demandata: vt ff. de offi. procon. solent. & l. si quid. & C. ad l. Corne. de fal. vbi. Item fit quandoque ex necessitate, puta quando causam committens id iubet. Vt si mādat quòd delegatus pronunciet, si de partium processerit voluntate. Alioquin negotium remittat ad delegantem sufficienter instructum: vt extra, de rescr. ex parte decani. §. petente. extra, de elec. dudum. j. respon. j. & c. scriptum. §. j. versi. & si partes, &c. vel etiam si mandatur, vt intra certum tēpus causa remittatur: vel si certum tempus non adijcitur: vel etiam si mandetur, vt causa sufficienter instructa remittatur: vel etiam si mandetur vt instructa vel non instructa remittatur. Istis enim modis scribi sæpe & similibus consueuit: & tunc iuxta formam mandati, est remissio facienda. Idē quoque est, cùm demandatur testium vel instrumentorum receptio & huiusmodi. Idem etiam est cum superior reuocat ad se negotium: & iudex sibi processum causæ remittit. ¶ †Et not.[b] quòd lite pendente, potest fieri aduocatio causæ: & ea facta, non debet prior iudex in causa procedere. extra, vt lite pendente, ecclesia. §. nunc ostendendum. versic. xxxiij. & §. superest. & versi. cæterum licet. sed post sententiam, non potest aduocari: vt v. q. vlt. quod bene. nisi per querelam falsi, hoc per superiorem fiat. C. de fal. querelam. vel per supplicationem, vel per appellationem interpositam, vel per in integrum restitutionem: sed tunc non propriè dicitur aduocari: quid ergo si aduocatio superuenit post latam sententiam, à qua non extitit appellatum? Respon. non valet. nisi fiat per in integrum restitutionem: vel per querelam falsi, vt dixi ¶ †Quid si fuit appellatum: tamen aduocatoriæ literæ venerunt. & oblatæ sunt: nunquid cognoscet superior ex vi aduocationis: an verò ex vi reuocationis:[c] vel an pars appellans, præiudicet sibi literas aduocatorias præsentando? Et dicit Vin. quòd sic, si in eis exprimitur aliqua causa, quare superior aduocet ad se causam: quia beneficium aduocationis post sententiam, extraordinarium est: sed si nulla causa exprimitur in eis, non potest præiudicare appellationi: quia etiam natura in appellationis est, vt trahas causam ad superiorem: vt ij. q. vj. anteriorum. & l. appellatione. extra, de appel. ex insinuatione. ¶ †Quid iuris sit de literis reuocatorijs, & de his quæ postea fiunt: habetur extra, de restit. spol. iudi. Item quæ fiunt post reuocationem non valent. extra, de app. vt nostrum. de offic. lega. nouit. aliàs autem si remissio fiat vt iudex à iudicando exoneretur, non valet quod agitur. C. eo. l. j. extra, de offi. dele. c. prudentiam. §. adijcimus. Imò punitur in decem lib. auri in aut. in medio litis non fieri sacras iussi. §. si verò aliqua. colum. viij. nisi fortè referat: quia non habet plenam iurisdictionem: vt quia est legatus vel proconsulis vel quia tantùm cognitio erat ei demandata: vt auditoribus palatij domini papæ: vt s. titu. proxi. §. qualiter. versi. si. ff. de offi. procon. solent & l. si quid. & in prædicta l. vbi. vel quia erat pedaneus: vt ij. q. vj. ca. diffinitiua. §. item cum certa. nec tenet remissio sine causa facta: vt C. de peda. iudi. l. iij. & nota quòd tunc demum remissio vel etiam relatio tenet: cùm fit per suum iudicem: alias contra. extra, de offi. leg. licet. quamuis quandoque legatus apostolicę sedis, negotium examinet vt super facto plenius papam

a ¶ Translationē. licet s. dixerit per superiorē tantùm: tamē omnes concordantiæ de papa loquuntur. & sic loquēdo, sicut subtilizauit author, & benè, diuidēdo relationes à remissionibus: vt dixi s. ti. proxi. in princ. sic hic distinguere debuit inter remittere & referre. Absurdum enim videtur, quod causam remittat is, qui nil habet cognitionis vel iurisdictionis in causa: vt ipse author fatetur j. versi. si. Remissio enim sonat in quandam necessitatem adeūdi ad eum, ad quē fit: vt patet per inferiora. nūquid si vacāte vno episcopatu, petatur a legato vel archiepiscopo quod vniat illū alteri episcopatui, remittet illos ad papam. Itē quæritur si ab eorū altero petatur ecclesia erigi in Cathedralē: vel petit illegitimus dispēsari per episcopum ad sacros: nūquid isti, & his similes remissi ad papā ire tenebuntur? absit. Nō diceret ergo legatus archiepiscopus vel episcopus prædicti: remitto vos ad papā: sed diceret, nō possumus quæ petitis: sed si ad hoc intēditis, requiratis papam. & istud secūdum possunt omittere. Textus ergo hic alleg. non dicunt causas remittēdas, sed referēdas quod intelligi debet secūdum decre. j. de transla. vbi dicitur proferēdas: quod etiā sonat inde ferendas. Fateor quod etiā in his terminis, est dare casum quo procederet vera remissio, s. arctans partes ad eūdum, s. qn̄ duodecim episcopi audiuissent causam criminalē: ad depositionē episcopi, qui sicut habēt illā instructā ad papam remittere: sic & partes ire. iij. q. vj. accusatis. cū ij. capitulis seq. v. q. iiij. duodecim. & pro tāto dixeram, qui nil habet cognitionis &c.

informet: licet in eo iudex non sit: vt extra, de appella. constitutus in præsentia nostra. Archid. claro modo.[d]

SVMMARIVM.

1 Iurisdictio an & quando lapsu statuti temporis, finiri dicatur.
2 Terminus per iudicem à quo appellatur præfixus, quo partes habeant coram superiore prosequi, dicitur peremptorius.
3 Terminus prosequendi coram superiore causam, quo casu non debeat assignari appellanti.
4 Causa appellationis, an debeat causam principalē præcedere.
Termini assignatio in causa appellationis, qua ratione fieri dicatur.
5 Superiore, ad quem causa remissa est, appellantem citante in causa principali nulla mentione facta de appellatione an sibi sufficiat excusatorem mittere.
6 Causa intra certum tempus alicui commissa decidenda, an possit ab eo, cui commissa est, intra tempus statutum remitti.
7 Reus contra quem facta est remissio extraordinaria, aut non legitima, venit absoluēdus: & ad suum ordinarium remittendus.
8 Partes, quibus casibus possint in causa appellare, & super appellatione literas impetrare, non facta mentione de remissione.
9 Actor quo casu non admittatur, de cætero ad probandum de eo, de quo voluit causam instrui.
10 Iudex non dicitur, priusquam incipiat iurisdictione vti.
11 ¶ Causa semper est ab eo, cui commissa est, remittenda.

Remißio qualiter sit facienda.

VIdendum Restat, qualiter remissio facienda sit. Et quidem is, cui sub aliqua formarum s. proxi. §. præscriptarum præscriptum est, debet exequi fideliter quod mandatur: siue debeas testes & instrumenta recipere, siue causam examinare: & siue intra certum tempus, siue non certum remittere debuerit: faciat sicut est ei iniunctum. Vt igitur sibi certum tempus præfixum fuerit, intra quod expediat quod mandatur: alioquin causam remittat &c eo lapsu siue perfecerit quod iniunctum extitit: siue non citet partes, vt die certa peremptoriè compareant coram eo ad videndum & audiendum remissionē, quam facere intendit: prout in mandatis receperit: & tunc siue venerint, siue non, potest & debet ratione suæ iurisdictionis, semper post terminum etiam in infinitum, nisi ab eo reuocetur mādatum, remissionem facere, & certum diem ad comparendum sufficienter coram superiore partibus assignare: extra, de app. cordi. extra, de accu. §. fina. secundùm formam positam extra, de test. cùm olim, in fi. & c. ad hoc. aliàs incipit, præsentium. §. cæterum.[b] lib. vj. & de du. & contu. c. fi. quem etiam terminū debet eis postea significare, si absentes sunt, & reperiri possunt: alioquin hoc faciat publicari, vel ante domum vel in ecclesia contumacis: vt extra, de cler. non resid. ex tuæ. de du. & contuma. c. fina. & de eo, qui mis. in posses. causa rei seruan. c. fina.[c] ¶ †Non enim iurisdictio eius finita est per lapsum statuti temporis: quia licet id verum sit, quo ad causæ examinationē & diffinitionem: non tamē quo ad faciēdā remissionē, vt j. apparebit. quā & intra ipsum tēpus facere nequit quādoque: vt j. versi. hoc[d]

b ¶ Et not. Hic incipit glo. Vin.

c ¶ Reuocationis. Debet dicere appellationis. ponit Vinc. de procura. auditis.

d ¶ Modo. Propter duas decr. titu. quæ incipiunt consti. in tantum expressit.

etiã est notãdũ. & hoc probat secũda pars mãdati, cũ dicit: alioquin cãm remittas, &c. quasi dicat: si intra dictũ tpe cãm nõ expedieris, ipsam nobis remittas. Hũc quoq; terminũ iudex assignare poterit, sicut puto; licet in literis cõmissionis nõ fuerit id expressum: vt in præ.cõcor. ¶ † Eo enim ipso q; ei aliquis articulus cõmittit, videt per cõsequẽs cõmissum, q; partes ad priorẽ remittat iudicẽ: ne causa absq; termino remaneat. Nã &, quod pl' est, iudex à quo appellat, præfigit terminũ partib', quo corã superiore prosequãtur appellationẽ: extra, de app. personas. Multò fortius id põt, vbi nõ est appellatũ,[a] & talis terminus assignatur intelligit peremptorius: vt s. §. quæ autẽ. Demũ ad superiorẽ, à quo mandatũ recepit, scribat qualiter tale mãdatũ ab eo recepit: ponẽdo illud de verbo ad verbũ: & cõsequẽter inserat, qualiter processit: & quicqd fecit vel facere nequiuit. extra, de elec. dudũ. j. §. cum autẽ. nihil falsitatis adiungẽdo: sed cuncta purè & fideliter referẽdo. iij. q. ix. pura. extra, de re iud. cũ Bertholdus. vers. qui cũ nobis omnia fideliter, &c. & de do. & cõtu. cum olim. Postmodũ etiã adiungat, qualiter causam ipsam iuxta formã mãdati traditi sibi, remittit. & alia, quæ habes j. versi. in summa. ibi: quia & si nõ plenè, &c. Vltimò verò dicat, qualiter terminũ, & quẽ partib' assignauit ad præsentãdum se corã superiore vel ad audiẽdam sententiam, vel ad aliud: prout natura causæ & forma mãdati requirit. ¶ † Verũ[b] si priusq; is, cui testiũ receptio vel aliquis articulus cõmittit, procedere incipiat, appellatur ab eo iusta causa expressa, de qua tamẽ dubitat an sit vera, & quã appellãs se nõ obtulit probaturũ: si postea procedat, & cõtingat eũ remittere negotium ad superiorẽ: nõ potest aliquẽ terminũ appellanti assignare. quod sic probo. In causa enim appellationis, s. vt eam prosequatur, nõ potest: cùm ei nõ detulerit.[c] Sed si post appellationẽ processerit in articulo sibi cõmisso. Itẽ in causa principali, super cuius articulo processit, nõ potest. frustra enim ibi nõ assignaretur: quia in ea nõ procedet, nisi prius inquirat de veritate appellationis: vt extra, de app. vt debitus honor. & c. interposita. quod adeò verũ est, q; si delegãs fortè ignorãs procedat in principali, quia delegatus nihil sibi significauerit de appellatione facta à se, nõ valebit processus eius: quia dolosè aduersari' tacuit appellationẽ aduersam; quasi dixisset, iudex nõ processisset, vel procedere nõ debuisset, cõtra nõ legitimè citatũ, & ordine peruerso. † Cùm causa appellationis debuisset cãm præcedere principalẽ. ij. q. vj. §. diffinitiua. ver. si prolatã. & in præ. c. vt debitus. & eo. ti. interposita. ff. de iudi. si prætor. Si verò nullã causam assignasset suæ appellationis, quã ante sententiã emisit, cùm cõstet talẽ appellationẽ nullã esse: vt in præd. c. vt debitus. nũc bene potest assignare terminũ: licet ea parte præsente tenuerit tãtũ receptio testiũ: quia termini assignatio fit magis rõne iudicis, ad quẽ appellat, q; ei', à quo appellat, secũdùm papã, q hoc no. extra, de accu. c. fi.[d] ¶ † Itẽ no. quod si superior, ad quẽ est causa remissa, citet appellãtẽ in causa principali, nõ facta mẽtione de appellatiõe: sufficit sibi excusatorẽ mittere. quod dic vt s. de cita. §. sequit. versi. postremò.[e] Hoc[f] quoq; sciẽdum est, q; si mãdetur alicui q; remittat causam instructã, & etiã quocunq; de modis dictis s. §. proxi. semper sufficit causam remittere cum ea instructione, & cũ illis actis, quæ iudex recepit, & q̃ partes voluerint & potuerint producere corã eo, etiã si nõ sit plenè instructa: & semper potest remissor partibus certũ terminũ assignare, quo corã superiore cõpareant, vt prædixi. ¶ † Hoc etiã est notãdum, q; is, cui causa, seu aliquis articulus intra certũ tẽpus, puta sex mensium decidẽdus cõmittitur, aut alioquin remittat, &c. nõ potest illud intra tẽpus remittere: quod si fecerit, nihil agit, nisi de cõsensu partiũ fiat: etiã si penultima vel vltima die termini remittit. et sic curia seruat.[g] Et est ratio, q; totũ ipsum tẽpus, est datũ ad id, quod iniungitur, finiẽdum, & nõ ad remittẽdum. Vnde si intra illud fiat remissio, nõ valet: tũ q a à nõ suo iudice fit: vt extra, de iudi. at si clerici. tum quia fit cõtra formã mãdati. extra, de rescr. cum dilecta. ad finẽ. tum quia prohibitæ sunt remissiones, causa iudicii detrectãdi factæ: vt s. §. proxi. ibi: vel autẽ &c. Et ideo q̃tumcunq; impediatur iudex, non valet remissio intra hoc tẽpus facta: nisi fiat de partium cõsensu. arg. extra, de offi. deleg. de causis.[h] ¶ † Sed quid si fiat intra id tẽpus? R ñ. si reus, contra quẽ facta est, comparuerit coram eo, cui facta est, hoc obiiciens coram eo: absoluẽdus est de iuris rigore, & ad suum ordinarium remittẽdus: cum causa sit in curia per reuocationẽ vel per appellationẽ, vel per alios modos, per quos causæ ad superiorem referuntur, qui non interuenerũt, nec per hanc remissionem, quæ nulla est, vt dixi, & quæ partes per consequẽs non adstringat. arg. extra, de elec. bonæ. j. an si. per quod etiam apparet, q; si reus non cõpareat, non est contumax reputandus. Verũ si ambæ partes sufficienter instructæ, ad diem sibi assignatam compareant coram papa, satis æquum est. & ex mente mandati colligi potest, quòd papa causam audiat, vel alii audiẽdam committat: & maximè vbi reus non habet alium iudicẽ, quàm papam: & si remissio nulla sit, certum est tamen q; papa actori impetranti voluit prouidere, & ad se, si per illum, cui hoc cõmittebat, nõ diffiniretur negotium, finaliter reuocare. Æquum igitur est, vt ex quo partes præsentes sunt, in negotio procedatur. arg. ff. si cer. pet. quidam. ff. de no. ope. nunc. l. j. §. & post operis. nec debet actori præiudicare, quod per iudicis imprudentiã fit. arg. extra, de emp. & vend. c. fi. Nec obstat si dicit reus, Modis omnibus peto ad papã remitti. Potest enim sibi respõderi, Frater, non est malitiis hominũ indulgẽdum: qui nihil allaturi sunt, nisi vt officiant. ff. de rei vend. in fundo. extra, de rescri. plerumq;. Ex hoc enim nil aliud referes, nisi quandam dilationẽ malitiosam: cum & statim negotium possit sub eadem forma cõmitti: & remissione ad curiã legitimè facta, necesse haberes iterum ibi comparere & respõdere: nil ergo consequereris, nisi malitiosam dilationem: & sic forsan contra consciẽtiam detineres alienum. Vnde æquius est, vt tunc in curia respondeat, & procedat, cùm partes ibidem præsentes sint, & sufficienter instructæ: vt dixi. & cùm papa sit ordinarius singulorum. ix. q. iij. cuncta. extra, de foro compe. c. fi. nec pro alia causa illuc venerint, vt prædixi: ideoque iudicium reddetur in inuitum. ff. de verb. obli. inter stipulantem. §. j. Cautum igitur esse oportet eum, cui sub prædicta forma scribitur. Nam intra tempus deputatũ non potest remittere: nec potest illud in causa procedere, nisi prius consensu partium fuerit prorogatum: vt in prædi. ca. de causis. & j. ver. in summa. vnde tẽpore elapso, & non intra illud, siue processerit, siue nõ, causam remittas. ¶ † Scias secũdum Inno. quartum[i] quòd in omnibus causis positis s. §. proxi. licet partibus ex causa appellare, & super appellatione sua literas impetrare, non facta mẽtione de remissione a prioribus iudicibus faciẽda: quia nec semper præcipitur remissionẽ fieri propter hoc q; superior velit de negotio iudicare: tunc enim oportet de remissione fieri mentionem. argu. extra, de app. vt nostrum. de offi. deleg. super quæstionum. §. verum. versi. cum autem. immò quãdo fit, quia partes non confidũt de iudicibus in diffinitione, licet confiderant in causæ examinatione. extra, de rescrip. ex parte decani. & de elec. dudum j. Sed & quandoque expedit in vno loco inquiri de vno articulo, & in alio loco sententiari. extra, de electio. scriptum. ¶ † In summa[k] nota quòd vbi negotium intra certum tempus instruendum mandatur, et postea remittendum: hoc tempus pro peremptorio habetur: ita quòd etiam coram iudice, ad quem fit remissio, neutra partium admittetur de cætero ad probandum, secundum ea, quæ not. j. de sent. §. nunc videndum. versi. illud autem. Et propter hoc dicũt quidam quòd si alicui committatur vt intra certum tempus instruat causam: & ex tunc causam instructam remittat: ex quo repræsentata est iudicialis commissio, iudex alioqui etiã fine termini præstituti, etiam nulla instructione in causa recepta, & etiam reo intra ipsum terminum non citato, potest tunc citare reum, & ei diem præfigere, quo coram delegato cõpareat, in negotio processurus. extra, de test. lib. cùm olim. Nec potest reus dicere se grauari: quia actor super eo, super quo voluit causam instrui, nõ admittetur de cætero ad probandum: immò ei perpetuum silentium imponetur: & sibi imputet, quia intra certum terminum non probauit. argu. C. de inge. ma. diffamari. & extra, de restit. spo. frequens. §. pen. & de proba. licet. respon. j. ver. super quo. Nec obstat si dicitur q; ordo in rescripto cõmissionis cõtentus, scilicet vt prius instruatur, & postea remittatur, omissus fuit: ideoque non valet remissio. Nam bene est causa instructa, quia cõtra cõtumacem sentẽtia ferri potest. Vel dic hoc, q; occurrũt duo principalia mandata: vnũ de instructione: aliud de remissione. Vnde si iudex nõ potuit primũ propter neglegẽtiam partis exequi: quod nec ab eo solo, sed a parte, quæ probare habet, dependet, tenetur saltem ad secundum, s. ad remissionem faciẽdam: quod ex se solo depẽdet. arg. extra, de rescri. constitutus. respõ. j. & de do. & contu. cùm dilecti. §. præterea. versi. j. extra, de offi. dele. cum super. Alii dicunt, & fortè melius, q; si iudex prius citauerit partes ad cedendum super instructione negotii, nõ potest ipsum remittere: quia nec merus citator est. ¶ † Sed nec iudex est, priusquã incipiat iurisdictione vti. extra, de offi. delega. relatum. & c. gratum. extra, de rescript. pastoralis. in fine. Postquam autem partes citauerit, potest fortè negotium ipsum remittere: quia & si non plene remittit, tamen, prout potest, instructum s. quia dicit, quomodo citauit partes, & quomodo obtulit se paratum ad procedendum, & quomodo actor procedere noluit: & etiam si expedierit, dicet, quomodo dedit reo potestatẽ dicendi quicquid velleti

a ¶ Appellatum. Secundùm Inno. vbi pa et infrà.

b ¶ Verum. Reassumit verba Inno.

c ¶ Detulerit. Nõ videtur hæc sufficiẽs ratio: de app. oblatæ. in prin. & eo. ti. de app. lib. vj.

d ¶ C. fin. vbi in glo. quæ inci. dicit Inn. hoc dicẽdo remisi.

e ¶ Postremo. Vbi posuit quid in eodem c. de hoc notauit Innoc.

f ¶ Hoc. Inchoant verba Inno. & Hosti. quæ scripsi in c. intimasti. ad fi. primæ col. vers. etiam circa. & durãt hæc vsq; ad versicu. in summa.

g ¶ Seruat. Dixit Hosti. vbi s. quòd hoc sibi de facto acciderat.

h ¶ Causis. Vide simile quod no. s. de cita. §. j. ver. sed pone papa. & quod ibi dixi.

i ¶ Quartum. Vbi suprà.

k ¶ In summa. Incipiunt verba Inno. vbi dicitur de hoc in fine.

vellet:& sic de aliis factis vel omissis. Sed cõtra: qa nõ valet remissio.nã si plena:imò puniendus est iudex cõtra faciẽs, vt C.de relat.nec causas. C.de legi.l.ij.& l.humanũ.et extra de elec.dudũ.j.§.cũ aũt. Sed dic illud verũ esse qñ fieri põt:& est qđ iudici valeat imputari:al's aut suffi cit facere qđ põt.xxij.q.ij.faciat homo.ff.de reg.iu.impossibiliũ.extra
a de pac.c.fi.[a] ¶ †Sed nunqd iudex ad quẽ talis cõmissio impetraꝰ, debet
ij condẽnare in expẽsis actorẽ si fecit citari reũ,& nullã probationẽ induxerit sup instructione causæ? Rñ.sic.ar.de rescri.cæterũ.in fi.& c.fi.in fi. & de dol.& cõtu.finẽ.semper etiã debet cãm remittere,ex quo sibi iniunctũ est,licet aliqui cõtradicant.extra de rescri.cũ dilecta. Alii dicũt hunc terminũ vim peremptorij non habere:verũ vbi mandaꝰ q index
b cãm instructã vel nõ instructã remittat,[b] cessant prædictæ opiniones: hic enim nullus error est,si iudex cãm nõ instructã remittat:cũ hoc sibi expressè mandeꝰ:& tũc facta remissione,poterit iterũ noua relatio dari impetranti:quia nec expressè nec tacitè cõsensisse videꝰ,hunc terminum peremptoriũ esse:sedm ea quę no.in præ.ver.illud autẽ.& s.vers. in summa.imò cõtrariũ innuit pars illa mãdati.qua diciꝰ q etiam nõ instructã remittat:nisi fortè aliud esset actũ. Nisi dicas q is qui dilationẽ obtinuit,probare potuit,sed qa neglexit,sibi debeat imputare,vt patet
c s.ver.in summa.hoc no.Inn.extra de app.super eo.[c]

SVMMARIVM.

1. Sigilla in literis incognita quo casu sint probanda vel non.
2. Altera partiũ tantùm corã superiore præsente, an possit ipse superior remissionem admittere.
3. Remissione facta superior ad quẽ fit debet eã & singula diligenter examinare.
4. Remissio iudicũ ad curiam missa,an fidẽ faciat vt eorũ literis credatur.
5. Literis iudicum vel executorũ quo pacto sit credendum.
6. Iudice vel executore testificante coram se appellatum esse,an sit eis credendum.
7. Clausula specialis in rescripto apposita,reddit illud quandoq; fide dignum.

Officium illius ad quem fit remissio quod sit.

VTile Censemus esse dicere qualiter se habebit is ad quẽ negotiũ remittiꝰ. Et quidẽ ipsa remissiõe recepta prius q̃ eã aperiat,citabit partes, vt cõtra eius apertionẽ obijciãt,qđ de iure viderint obijciendũ,q si nihil opponãt,ipse partibus presentibꝰ aperiat,& terminũ ad recipiendũ copiã de illa præfigat.vt cõtra ea possint obijcere qđ libebit,vt extra de ꝓcu.in nostra. sed si temere dixerint puniẽꝰ,vt extra de poe.dilectus.puta in expẽsis, & aliter.ff.si qs ius di.nõ ob.l.j.sed & si ꝓponaꝰ,ipsam nõ fore aperiendã:& super hoc diutius disputeꝰ iudex ex cã sibi ipsi aperire põt:nõ tñ partibus:quemadmodum & in attestatione fieri cõsueuit. De apertione aũt remissionis debet fieri publicũ instrũm in quo describanꝰ signa,li
1 teræ,seu characteres sigillorũ sub quibꝰ mittiꝰ intro clusa. ¶ †Quid si
d sunt sigilla incognita? Rñd.[d] Si partes stent eis corã superiore bene est, vt j.ver.sed nunqd.alioquin est ꝓbatio eorũ faciẽda.extra de cle.pere. c.j.de fi.austr.qđ sup his. Si aũt sint duo vel plures eis crediꝰ postq̃ imposita eis erit fides:adhibitis aliquibꝰ iuratis q ea recognoscãt.q̃ dic vt
2 ĩ.de ꝓb.§.videdũ.ver.x. ¶ †Quid si altera partiũ tantũ corã superiore ꝓsens est? Rñ. Poterit supior si sibi videaꝰ cõsiderata qualitate ꝑsonæ & negotij,de quo agiꝰ recepto iuramẽto partis,q talis fuit facta remissio ipsam admittere.ar.extra de iureiu.c.fi.de ꝓc.ex insinuatiõe.& c.in nostra.& imputet sibi pars q̃ nõ ibi venit.ar.extra de app.sæpe.& de ele.
3 statuimus.li.vj. ¶ †Remissiõe verò aperta superior ad quẽ fit eã, & singula diligenter examinabit:quo facto vel admittet,vel repellet actorẽ. vel reũ ad ꝓbandũ,vel approbãdo ꝓut sibi de iure videbiꝰ faciendũ. vel cassabit ꝓcessum.remittẽs si eũ inuenerit ex tenore remissionis,vel alter cõtra ordinẽ iuris factũ,vel in se repugnantiã cõtinere,vel etiã secundũ illũ ad vlteriora procedet:si eũ inueniet ritè factum,vt extra de pur.cano.c.cũ dilectꝰ.§.his igiꝰ. Q.[?] si plena sit remissio ꝓcedet ad sententiã:alioquin nõ,vt extra de elec.dudũ.j.§ cũ aũt. Si altera pars sit tãtõ præsens,vt iura cõtumacis & rõnes cõtineanꝰ in remissione, poterit ꝓcedere superior ad sentẽtialiã nõ,vt in præ §.cũ aũt. Cũ eñ quęlibet pars cũ actis suis debuerit cõparere in termino sibi assignato: nõ debet cõtumax vlterius expectari.C.de iudi.properandũ.§.si aũt.sed ipsius absentia Dei præsentia repleaꝰ,vt extra de do.& cõtu. veritatis. & de eo q mit.in pos.cã rei seruadæ.eũ qui. ¶ De officio aũt eiꝰ ad quẽ
4 cã p appellationẽ deferꝰ,dicã j.de ap.§.de officio. ¶ †Sed nunqd remissio iudicũ ad curiã missa,fidẽ facit vt videlicet credaꝰ literis eorũ super his quæ domino papæ super processu scribũt? argu.quòd sic in præd. §.his igitur.& de exces.prælat.inter dilectos.§.præterea.& c.ex literis. §.j.versi.fi.& de accus.cũ dilecti.§.j.ver.mandamus.& de dolo & contu.veritatis.§.nos igitur.& de offi.deleg.cùm olim.§.præterea.arg. contra,extra de probatio.quoniam contra.& ff.de custo.reo.diuus. Nam etiam literis cardinalium non creditur, vt nota.supra de teste.§.primo.versic.item quòd fuit. Soluit do.meus in prædict.§.his igitur.q remissioni vniꝰ iudicis non creditur,vt ibi in prædi.c.quoniam cõtra.& hoc videtur mos curiæ approbare, secundũ
e eũ.[e] Vel potest dici q remissioni vnius iudicis ab vna parte exhibitæ creditur tanq̃ authentico, seu instrumẽto publico si altera pars præsens non cõtradixit,argument.in prędicto §.his igitur.& ff.de procurat.si procuratorem. Cuilibet enim creditur contra se,vt ff.de interroga.actio.de ætate.& xiiij. q.ij.§.j. Vbi verò non est pars, nec remissio habet sigillum notum & authenticum ei non creditur. argumen.extra de dolo & contuma.c.cùm olim. & de cleri.peregri.cap.j. Si verò tale sigillum haberet standum est ei, nisi pars altera contrarium probet: ad quod est admittenda.argumen.extra de electio. cùm inter R.seniorem.§.fina.& c.scriptum.§. primo.& de fide instrumen.c.secundo.Innocen.Papa quartus notat extra de probatio.post cessionẽ. & B.Compost.cum eo super decreta.de elect.statui-
5 mus.libro sexto. †quòd literis iudicum vel executorum creditur, si sint duo, vt extra de testibus. cùm à nobis.& de concess.præben.accedẽs.& de accusa.cùm dilecti.in fine. Et hoc locum habet,si literæ confectæ sunt in modum actorum,designando videlicet loca & tempora,vt c.quoniam contra. Secus si per modum relationis seu remissionis,cui nõ creditur,nisi multa interueniant, quæ prędiximus, scilicet q fiat parte altera presente,& copiam eius recipiente:& alia de quibus habes extra de appel. intimasti.& C.de releg.l.j.ij.& iij. Idem tamen B.
f not.super decret.extra de rescript.capitulum.[f] q creditur literis Abbatis, dicentis se de mandato apostolicæ sedis fecisse aliquem recipi in canonicum alicuius ecclesiæ. Nam ministro creditur, in facto sibi commisso,scilicet q faceret eum recipi. ar. ff.de reb.eo.qui sub tut.vel cura sunt.l.magis.§.nec tamen.argumen.tamen contrarium ea.l.§.item præ-
g tor.versicu.nec nimium.[g] Tu dicas q sigillo vnius iudicis delegati vel ordinarij, vel etiam executoris partes iudicis assumentis, negotium remittentis creditur q̃tum ad hoc vt credatur negotium remisisse:& vt causa in curia vel coram superiore agaꝰ: vt in primis concordan.non tamen q̃tum ad contenta in remissione,seu q̃tũ ad acticata iudicialiter coram eo:etiam si ipse voce ꝓpria,sic esse asserat: nisi qtenꝰ legitimè&c.vt in prædicto c.quoniã cõtra. Vbi verò nõ iudicialiter executor ꝓcessit, sed certum ministerium sibi iniunctũ exequitur: tunc postq̃ de suo sigillo constat, satis in hoc sibi soli creditur referenti:cùm in hoc magnum prçiudiciũ non versatur. Nam & coram superiori partes poterunt suam iustitiam consequi, & hoc curia seruat, quicquid do.meus Hostien.supra not.& sic intelligitur pręd.§.nec tamen.& arg.extra de appel.cùm parati.cum suis concordan.multum enim interest
6 inter ista,vt extra de offi.deleg.c.fi.in fi. ¶ †Quid ergo si iudex vel executor testificentur corã se appellatum esse? Respon.ei non creditur soli:nec etiã duobus si in forma relationis seu remissionis scribant.secus si in formam actorum,vt pręmisi,secũdum B.quamuis & hoc fortè de iuris rigore valeat impugnari.nam non creditur testimonijs, vt ff.de testibus.l.iij.§.item diuus.& extra de cohab.cle.et mul.tua.nisi fortè producerentur in testes,sedm ea quę no.in pręd.ver.item q fuit.argu.tamẽ q vni credatur:extra de appel.cordi.in princ.ver.in quibus.libro vj. Consulo igitur iudicibus vel executoribus negotia referentibus seu remittentibus siue testificantibus, vt processus seu acta coram se habita per manum publicam scribi vel saltem authentico sigillo faciant sigillari:& sic scripta seu sigillata remittant:remissionis autẽ literã suo sigillo sigillẽt. ¶ †Illud autem certum est quòd vbi in rescripto illa clausula apponitur:quicquid autem inde feceris nobis per tuas literas, tuo sigillo sigillatas studeas intimare:tunc tali inscribenti creditur propter formam iniuncti mandati. Quibus autem sigillis creditur,not.supra de probatio.§.videndum.versi.x.

a ¶ C.fi. Vel illud verũ qñ sponte defert.secꝰ si mãdatum eũ arctat ad id.

b ¶ Remittat. De qua forma s.ꝓ.xi.§.post princ.

c ¶ Sup eo. q.s.in summa.circa totum,ibi vide.

d ¶ Vtile cẽsemus. Rñ.sedm Host. vt scripsi in dec. intimasti. super vers.exẽplũ.vbi vide etiã ver.seq.

e ¶ Eũ. Vt ibi scripsi 1 gl.no.sedm Host.& eiꝰ etiã est quod sequiꝰ vsq; ad ver.Inn.

f ¶ Capitulũ. Vbi scripsi post glo. ad fi.j.col. versi. sed quęritur.

g ¶ Nimiũ. Vide qđ dixi s.de teste.§ nũc tractãdũ.ver.hoc autẽ. in fine.

a ¶ Quæstionis. Apertius apparet intricationis exemplũ de except. dile. quod facile intelliges per id qđ ibi dixi super vlti. gl.

b ¶ Forma. In formulario Romanæ curię, sub tractatu reuocatoriarũ habentur hæ formæ & vide j. de appel. §. de officio. viij. columna, versicu. cæterum si remissio.

Tan. sua quarta parte in prin. posuit successiuè tres rub. quas psequẽdo author hoc innuit. primò de sen. & interlo. scđò q̃ sñia est ipso iure nulla. terriò qũo valida subleuet: & qũo de falso agat. Rof. de act. in fac. ex re iud. Vber. de Bo. de sñia ordinarij & delegati. char. ij. & iij. & Ioã. de Deo de his rub. pe. & antepe. v. lib. caul. Et hęc respiciũt ẽt rub. j. pxi. & ipse Ioan. de Deo. lib. vij. ponit primã de sen tẽtia & Iterlocutionib⁹. & li. j. iudic. ponit ru. de prolatiõe sñię. Vber. de Bo. & Baga. I caul. po nũt duas rubri. primã de exceptionibus post sñiam: et secũdã de impedimentis executiõis, et de nullitate, & de annullatione sñiæ. Bonagu. ineptissimè locauit materiam istã. in scđa em pte ĩtra formas libellorũ posuit tractatũ de appellationib⁹: & demũ de sententijs et ipsarũ nullitate & iniqtate cũm post suam quartã ptẽ finito tractatu testiũ et depositionũ, illas duas & secũdã p̃iõ ponere debuisset. Ægi. de formis sñiarũ ponit lxviij. c. & se. & c. lxxix. de ipsius nullitate ponit I lxxiij. Alb. Gal. ponit ru. de sententijs. Nepos de Mõ. al. posuit rubricã cõtra sñias & de eis retractãdis. Guid. de Su. ponit rubricas de sñia ferẽda: & ipsi⁹ nullitate, & qs de illa cognoscat Gallic⁹ posuit rubricam de sentẽtia diffinitiua.

Bal. de Remissio. Rub.

No ta q̃ totus processus delegati factus ante reuocationem commissionis, valet. §. quæ autem. post prin. G.

¶ Nota q̃ iudex postq̃ cãm commisit, non põt vlterius se intromittere. eod. §. in fin. Gul.

¶ Not. q̃ remissio fit vel ppter causę arduitatem vel ppter defectum iurisdictionis, vel propter formam mãdati, vel ppter iudiciũ aliás cœptũ. §. nũc videamus. p G. facit extra de ordi. co. c. tuã. ff. de libera. cau. l. cognitio. §. j. si plures. G.

¶ No. quòd ille, q refert, potest assignare ptib⁹ terminũ ad comparendum corã eo ad quẽ remittit. §. videndũ p G.

¶ Not. q̃ si mandat alicui q̃ remittat causam instructã: sufficit ei si mittat cũ ea instructionẽ, quam recepit q̃ partes voluerunt & potuerũt pducere. ver. hoc quoq; faciẽdũ. qđ no. G.

¶ Nõ creditur ei q̃ dicunt iudices in forma remissiõis: secus si I forma actoris. §. pe. ver. pe. et fin. G.

c *Incipit tertia Particula, Secundæ partis, de Sententia, & de his, quæ ipsã sequuntur. Rubrica.*

Pile⁹ quarta sua parte rubrica pe. posuit de sententia diffinitiua.

S V M M A R I V M.

1 ¶ Remissio facienda est, à quo appellatum est quũ in forma iudicij procedebat.

2 Forma rescripti circa iudicia, quũ remissio facienda, non potest propter dubiũ facti determinari.

3 Dicẽte aliquo appellatũ ante diffinitiuã, si hoc falsum inueniatur, ad quem debeat fieri remissio.

De remissionibus, quæ fiunt a superioribus, ad inferiores iudices.

SEquitur Videre de remissionibus, quæ fiunt à superioribus ad inferiores iudices, quãdo appellare cõtigit. Super quã scđm v sum Romanæ curiæ regulariter est tenendũ q̃ si appellans primò à subdelegato ad delegatum deinde ab ipso delegato ad papã impetrat super appellatione, scđm ea, q̃ no. infrà, de app. §. de offi. quoq;. ver. porrò si appellet. ibi: q̃ si à subdelegatis, &c. et si nõ ita inuentũ fuerit, verũ esse prout impetrãs asserebat: tũc ad eũ, à quo nouissime appellatũ est debet negotiũ remitti: etiã si plures literæ impetratæ fuerunt hinc & inde. ar. extra, de app. vt debit⁹. in fi. et ij. q. vj. in fi. quæst. [a] si aũt qđ asseruit, fuerit ab impetrãte probatũ, pcedendũ est per iudicẽ appellationis iuxta continentiã literarũ directarũ ad eos vel subdelegatos ipsorũ: q pbant vltimò grauauisse. ¶ Itẽ remissio faciẽda est, à quo appellatũ est, cùm I forma iudicij pcedebat. extra, de app. cor. ppe fi. ¶ † Si verò aliqs conquerat, q̃ eius supior, q in ipso iurisdictione habebat grauabat eũdem in his, q̃ in iudicijs vel circa iudicia nõ agunt: vt I hoc exẽplo.

FOR. [b] Cõquerit qs q̃ suus episcopus vel archidiaconus eũ indebitis exactiõibus aggrauabat: & licet ppter hoc, ad sedẽ apostolicã appellasset idẽ tñ I eũ post appellatio. hmõi excõicatiõis sentẽtiã authoritate ppria pmulgauit, sic cõcludi põt:

FOR. Mandamus quatenus ptibus conuocatis: vel, mãdamus quatenus si est ita, sententiã ipsam denũcians nullã esse ac reuocans in statũ debitum quicqd post appellationẽ huiusmodi inueneris temere attentatũ audias cãm &c. faciẽs &c. aliòquin sñiam ipsam (sicut rationabile est) platã, facias authoritate nrã, appellatione remota, vsq; ad satisfactionẽ cõdignã iuiolabiliter obseruari. & consyderãdũ q̃ qñcuq; prim⁹ iudex est officio suo funct⁹, si fuerit diffinitiua sñia lata debet aliogn sic obijci:

FOR. Alioquin sententiã ipsam, sicut iusta est, facias p cẽsurã ecclesiasticã firmiter obseruari: vel, si est excõicatiõis, sicut rationabiliter est prolata, facias authoritate nostra vsq; ad satisfactionẽ condignã, &c. Si verò restabat cognitio, cũ fuit appellatũ: tũc debet fieri remissio, put dictũ est. Itẽ si prim⁹ iudex, q grauasse dicit, sit defunct⁹ & forte fuerit delegat⁹ I dignitate aliqua cõstitut⁹ & fuerit ei scriptũ, pprio noĩe nõ expresso vt extra, de of. de le. qm. cõcludet q̃ pcedat I causa, iuxta cõtinẽtiã literarũ ad talẽ iudicẽ directarũ: aliogn ad eiusdẽ successoris ptes remittat examẽ. Si verò nomen illius iudicis, à quo appellatũ ẽ, expssum fuit, & mortu⁹ est: tũc dicat sic: Alioquĩ in negotio memorato supersedere curetis. ¶ † Porrò circa iudicia, cũ remissio faciẽda est q̃ ñcunq; ppter dubiũ factĩ nõ põt determinatẽ dici ad quẽ sit negotiũ remittendũ. xj. q. iij. graue. xxxiij. di. habuisse. & tũc sic dicẽdũ est:

FORMA. Alioquin partes remittas ad eos, ad quos de iure videris remittendas: vt parere potest tũc cũ aliquis conquerit de pluribus rescri. ab eodẽ, & sup eodem, ad diuersos iudices impetratis ita q̃ vnũ de alio nõ faciebat aliquã mentionẽ: quo casu impetrãs, corã diuersis tract⁹ taliter aliqñ consueuit, q̃ talis ei⁹ aduersari⁹ sup tali re non vt sui psequeret iustitiã sed vt ipse, q nũc impetrat fatigatus laboribus & expẽsis, dãnosam pactionẽ iure vel iuri suo cedere cogat ad diuersos alias dẽ alijs nõ facientes aliquã mẽtionẽ sup eodẽ negotio literas apostolicas impetrauit: & ad querelã hmõi etiã si nõ sit appellatio interposita, taliter vexato in odium vexantiũ sedes apostolica subuenit: qa impetrator cõmodo caret vtrarũq;, extra de rescrip. ex tenore. propter quod impetrãs sic petat: quare ita fatigatus duxit ad apostolicæ sedis prouidentiã recurrendum, & conclusio talis erit.

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, illũ impetrantem, de quo querit vtrarũq; literarum cõmodo carere decernens eũ immoderatis expẽsis quas ppter hoc istũ fecisse cõstiterit, cõdẽnare pcures. extra de rescrip. c. fi. alioquin negotiũ ad eos remittas ad quos de iure videris remittendũ: impetrantẽ in expẽsis legitimis &c. testes &c. Et hoc cũ in modũ querelæ proponit, grauamẽ super impetratione plurium literarũ. Si verò per eas processum fuerit, & nescit, vel in literis quæ modo cõtra illa impetrãtur, nõ dicitur quę primò fuerint impetratæ, potest sic simpliciter concludi.

FORMA. Mãdamus quatenus (si ita est) illum impetrantẽ vtrarũq; literarũ cõmodo carere decernens, ac processum per eas habitũ denunciãs nõ tenere eũ immoderatis expensis, quæ propter hoc reũ fecisse cõstiterit condẽnare procures: alioquin negotiũ ad eos ad quos &c. vt s. non enim valet processus habitus per literas ipsas, vt extra de rescri. dispẽdia. §. j. ¶ 3 † Si aũt fuerit appellatũ à iudice ad quẽ impetratæ fuerunt literę nõ facientes de prioribus, & processu per eas habito, aliquã mẽtionem pro eo: quia ipse iudex exceptionẽ hmõi non admittit: alia erit conclusio, vt s. de rescri. præsentata. §. ratione formæ. ver. porro. sed hic articulus. & sequen. ¶ Item cùm dicitur appellatũ ante diffinitiuam, si hoc falsum inuenit, nõ fit remissio ad iudicem qui functus est officio suo, vt no. j. de appel. §. de officio quoq;. vers. porrò si. ¶ Quod si appellatũ fuerit a diffinitiua, & appellatus nimium pręoccurrens & præueniens appellantem, impetrat super confirmatione sententiæ, ad quos faciẽda sit tunc remissio, vide in præd. §. ratione formæ. versi. est & casus.

¶ Finis secundæ particulæ.

Incipit Tertia Particula secundæ partis.

De sententia, & de his quæ ipsam sequuntur Rubrica. c

QVoniam deliberatione habita cum peritis, facta relatione iudex præsentibus partibus vel contumaciter absẽtibus debet ferre sententiam, vt infra §. qualiter. ideo consequens est vt de sententijs aliqua discutiamus: [d] dicentes, Quid sit sñia. Quot sint eius species. A quo sit ferenda. Quando sit ferenda. Qualiter. De diuersis sententiarum formis. Quis sit sententiæ effectus Qualiter sñia in iudicio prolata impugnetur. Et quibus remedijs vel modis, valida sententia subleuet, impugnetur, seu tractetur.

d ¶ Discutiamus. Querũt aliq an diffinitiua sñia sit de actis causæ. Et vř q̃ nõ q lex ij. C. vel. pẽ. ponit pmo cationẽ & acta vt diuersa. Ad idẽ C. de app. l. à pconsulib⁹. Bñ facit ẽt decr. qm cõtra. de proba. vbi vniuersa iudicij acta cõscribant. videlicet &c. & sub illa vniuersis actis, nõ ponit diffini

Senten.

tiuā. Ad idē decre. vlt. eo. ti. de testi. praesentata. ad fi. vbi iuxta acta mandatur diffinitiua ferri. Facit de appella. intimasti. & clemen. eo. titu. appellanti. de restit. spol. cùm ad sedem. ver. nor prioris. de offi. delega. cùm olim. ij. in fi. In cōtrarium C. de dona. sancim⁹. §. his in super. & §. si autem. ij. vbi donatio quae est principale ad quod tenditur, dicitur actus insinuari. Ad idem in authen. vt fratrū filij. §. illud. colū. vj. Facit C. de re iudic. gesta. cum fuit glos. C. de edē. l. ij. Fortiur facit de re iudi. cū æterni. li. vj. vbi sententię cōcipiendę & ferendæ ponuntur inter agenda causæ, per quod fateamur diffinitiuam esse de actis. cùm inter acta ferri debeat, & loco iuridico. vide infra §. qualiter. versicul. debet autem. in fi. iura quae hoc volunt. Nec obstat quòd ex actis fertur diffinitiua. Nā idē in interlocutoria quę tamē est de actis, vt in decreta. quoniā contra. quę decret. etiam non obstat quę solū super processu scribēdo prouidit de diffinitiua scribenda non dixit. quia ꝓpositum erat per alia iura. quae vide j. §. qualiter. in princi. & §. iuxta. versicu. non valet etiam.

ADDE quòd nomine actorum veniat sententia, Bal. consil. cccxxxviij. incip. ad officium. j. lib. An sententia fit de processu, vide Abba. Sicu. in c. cùm I. et A. in princip. ij. colum. extra de re iudica. & plenè per omnes doctores extra de ꝓbat. in ca. quoniam contra.

Sententia quid sit.

SEntentia est iudicialis diffinitio cōtrouersiæ finē imponēs condēnationē, vel absolutionēs cōtinēs, vt probaᷣ j. §. proxi. ¶ Excōmunicatio autem vel interdictū, impropriè dicitᷣ sententia: quia potius punit ꝙ̄ causæ finē imponat. xj. q. iij. nemo. Ideoq́ potius dici potest poena ꝙ̄ diffinitio. xxiiij. q. iij. corripiatur. ¶ Quae autē differentia sit inter sententiam, & rem iudicatam. no. ff. de re iudi. l. j. C. de appel. litigatoribus.[a]

SVMMARIVM.

1. Sententia interlocutoria quae sit.
2. Vox iudicis rei iudicatae nō semper habet authoritatem.
3. Sententia diffinitiua quae dicatur.
4. Sententia quandoq; dicitur praeceptum.
5. Iudex praecipiēs aliquid certa die solui, an hoc possit praecipere sub poena dupli vel tripli.
6. Praeceptum iudicis quandoq; non valet.
7. Sententia quandoq; mulcta nuncupatur.
8. Differentia inter poenam & mulctam.
9. Condemnati in arēgis publicis (vt fieri solet in Italia) an sint infames.
10. Sententia super crimine famoso lata, semper condemnatum reddit infamē, licet de poena nulla fiat mentio.
11. Papa an possit quo ad forum ciuile, infamiam irrogare.
12. Titulus ff. si quis ius di. non obtē. an locum habeat in potestatibus & iudicibus nostri temporis.
13. Iniuriae plures simul irrogatae, vnū tantùm maleficium aestimatur.
14. Condēnatis tribus in cētum ex eodem delicto, an vnusquisq; pro virili portione condemnetur.

Sententiae species quot sint.

SPecies autē iudicialis sentētię sunt quatuor. s. interlocutoria, diffinitiua, ꝓceptū, & mulcta. Est & quinta, s. sententia dispēsationis: hęc tñ non semper est iudicialis.[b] ¶ 1 † Interlocutoria est quę fertur inter principiū causę & finem: nō super principali, sed super incidētibus quęstionibus vel emergentibus: puta super libello offerendo vel corrigendo super dilatione danda, vel deneganda, & similibus exceptionibus, vt extra de officio delega. significantibus. & de testi. significauerunt. & de offi. dele. c. fi. Ex his enim iuribus probatur quòd interlocutio nō est plena diffinitio, sed semiplena. Ideoq́ nō dicitur diffinitiua. ff. de arbi. qualē. & C. de re. cre. l. penul. & quandoq; fertur sine solēnitate. C. de fide instru. iudices. ¶ 2 † Et nota ꝙ nō omnis vox iudicis, rei iudicatae habet authoritatē. C. de senten. & interloc. ex stipulatione. & l. post sententiā. per quas leges dixit Io. de Deo,[c] interlocutoriā non obtinere vim rei iudicatę. quod falsum est, vt extra de elect. cū dilecti. ad fin. ff. de arbi. dicere. prope fi. nisi quo ad hoc: q̄a potest reuocari. ff. de re iud. quod iussit. extra de appel. cū cessante. quod qualiter possit, vide j. de excep. §. viso. versic. sed si iudex. & seq. ¶ 3 † Diffinitiua verò est, quę principalem diffinit quęstionē. Et haec debet cōtinere condēnationem vel absolutionē: aliter nō valet. ff. de re iudi. l. j. C. eodē.[d] pręses. ij. q. vj. §. diffinitiua. extra de accus. illa. vel aliquid quod tantū valet. ff. de arbi. quid tñ. §. si arbiter. ff. de re iud. in summa. & l. ait pretor. extra de ver. signi. c. in his. nisi in causa appellationis, vbi nō habet iudex necesse dicere, absoluo vel condemno, sed tantū confirmo vel infirmo priorē sñiam. C. de appel. eo. rubrica prima. in fi. vbi de hoc. Cōsulitur tñ ꝙ vtrunq; ponaᷣ. extra de appel. c. j. extra de re iud. ad probādum. & j. §. vt autem. versi. in iudice.[e] Et quęlibet pręmissarū requirit iuris ordinem: & etiam sentētia excōicationis, suspensionis, & interdicti, & missionis in possessionē. quod dic vt no. ij. q. j. in summa. ¶ Sentētia autē excōmunicationis, potius trahitur ad naturā interlocutorię ꝙ̄ diffinitiuę, vt ibi innuit Ioā. & melius scđm dn̄m. meum: extra de senten. excōmu. c. cùm medicinalis. & j. in prin. huius ti. ¶ 4 † Est quoq; & tertia species sentētię quę dicitᷣ pręceptū: puta cū quis à reo in iudicio absq; libello cū instrumēto debiti petit decē, & reus cōfiteᷣ de plano: tunc eñ iudex sine alia causae cognitione sibi pręcipiet ꝙ certo termino soluat. Et hoc dicitᷣ praeceptum, & nō sñia.[f] Et quia ordo iudiciarius non est seruatus alioquin sñia non valeret. ij. q. vj. §. diffinitiua. sñ. primo. de hoc not. in pręcedēti summa. & extra de elect. dudū. ij.[g] An aūt à pręcepto valeat appellari? Dic vt j. de appel. §. in quibus. versic. ij.[h] ¶ 5 † Sed nunquid iudex qui praecepit aliquid solui certa die, potest

Glossae

a ¶ Litigatoribus. Vide quod dixi eo. ti. super rub. scilicet ꝙ ponitur res iudicata, largè & strictè.
ADDE Bar. in l. j. ff. de re iudi. & quae ibi posui.
ADDE Butri. & Abb. Sicu. & nouissimos in rub. extra eo. tit. de sententia & re iudicata.

b ¶ Iudicialis. Et de his dicetur in §. vt autē. char. vlt. versi. postremo. vsq; ad finem.

c ¶ Ioan. de Deo causil. lib. vij. rub. j. ante fi. & saluari potest dictum Ioā. per id qđ sequiᷣ. & sic etiā dixit ipse Io. in lib. dispēsationū & sentētiarū. in fi. vbi dicit interlocutoriā reuocari posse: si tñ nō suspendaᷣ per appellationē intra decē dies, trāsit in rē iudicatā. Allegat eandē decre. cū dilecti. & decret. significauerunt. de testi.

d ¶ C. eo. scilicet de sententia & interlocutoria.

e ¶ Iudice. Ibi dicam.

f ¶ Sententia. In forma quam posui supra de renun. & con. sub. §. bene fertur sentētia: & ideo ibi ponitur litis cōtestationē factam. Veritas ergo est ꝙ in tali breui cursu causae posset ferri sententia, & fieri pręceptum tantū. quod satis probat l. si reus. ff. de procu. & ff. de iudic. si debitori. quod intelligo siue sit iurisdictio contētiosa, siue volūtaria: dūmodo sit talis quę prorogari possit.

g ¶ Dudum. ij. in gloss. sed pone, & de verbo. significa. ex parte. in vltima gloss. in authen. de exhiben. & intro. reis. versi. suscepto. in gloss. scilicet. & huius formā, vide j. §. vt autem. post prin.

h ¶ Versiculo secundo. Habeo de pręcepto quęstionem solenniter disputatam, an praeceptum quod ad meam petitionem fecit iudex Titio meo vicino, ne procederet in quodā opere per eum inchoato: donec videreᷣ, an de iure facere posset: ad petitionē ipsius Titij statim tolli debeat. Ad affirmatiuam allegat quòd causa nō cognita, & parte non vocata fieri nō debuit, quę si pręsens fuisset, inducere potuisset illum ad nō faciendum. ff. de arbi. si in tres. Item non ipse fecit, sed nuncius. et quę causae cognitionem desiderant non committuntur. ff. de offic. proconsul. nec quicquā. §. vbi. & hęc duo faciūt praeceptum nullum: sicut & si sñia nulla esset lata contra absentem non contumacē, vel propter aliū recitata. ff. quę senten. sine appel. rescin. l. j. §. item cū. & C. de sen. ex breuic. reci. l. ij. de re iudi. tenor. & eo. titu. c. fi. lib. vj. Reuoceᷣ ergo vt de facto processit: & postea cognoscetur an pręceptum debeat iterari. Simile C. de ordin. cogni. si res tuas. Item si velles fateri praeceptum nullū fateri oportet illud iniustum, qđ iudex corrigere potest: ergo debet. ff. de re iudica. quod iussit. extra de accusa. qualiter. In contrarium allegatur tolli non debere pręceptū, ne sit elusorium. ff. de iudic. si praetor. in princip. Inducitur lex ff. de bo. poss. l. iij. §. si cum eo. vbi bonorum possessio, quę etiam in proprietate iur tribuit, datur causa non cognita. Fortius ergo dari potuit hoc praeceptū. Ad id C. si per vim vel alio modo. l. fi. Licitè ergo factum: iudex tueri debet: non tollere: & sic me decipere. arg. C. de his qui ve. ęta. l. j. & si diceret per alium iudicem tolli posse: faciens tñ non potest. ff. de re iudi. potest iudex. & l. Paulus. Soluit ꝙ sicut factum sine causę cognitione fuerat: sic erat etiā reuocandū. ff. de reg. iur. nihil tam naturale. extra eo. ti. c. j. Plus placet quęrenti distingui an iudex facturus fuisset praeceptū, etiā parte praesente: & tunc nō reuoceᷣ. aliàs reuoceᷣ. Exemplū de primo qñ prompta erat rixa & arma recepta. ff. de vsufr. aequissimū. qđ enim Titio inuito poterat: potuit & eo ignorante vel absente. ff. de iudi. cū furiosus. coniūcta cū l. munerum. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. & C. de distra. pigno. si cessante. & l. seq. in fi. coniūcta cū l. ij. Sequens ti. refert ꝙ quidam iuris peritissimi etiam casu quo rixa timetur: statim praeceptū tollūt. sed partibus pręsentibus statim illud renouant, vt sic satisfiat iuri sine timore periculi: & quasi non videaᷣ sublatum quod subitò refermatur. ff. de in integ. l. nemo. De praecepto facto duobus, ne se intromittant de possessione cuiusdā fundi, vsquequo cognitū fuerit ad quē spectet: post hoc recepti sunt testes vtriusq; partis. Dicit Albe. Gal. eo. titu. versi. sed pone quęstionē. tenere processum si simpliciter iudicis effectum implorabitur. alias iudic. alr processus non valeret. ibi vide.

ADDE ꝙ factū sine causę cognitione absq; ea etiā possit reuocari: tenet Ro. consi. clviij. circa articulū. & Bal. consi. clxvj. iij. lib.

26 solui. l. penul. ¶† Sed nunquid iudex appellationis pronunciando iniustam sententiam, & appellationem fore legitimam, videatur per consequens condemnasse? Videtur q sic: vt oo. C. de sen. & interlo. om. iudi. præses. Vtrum autem diffiniatur libellus in causa appellationis, ante sententiam interpositæ, vide j. de libel. con. §. nunc vidẽdum. in fi. In cã verò appellationis à sententia interpositæ, habet iudex confirmare vel infirmare priorem sententiam: & in expensis condemnare male appellantem, vt dictum est. vnde tunc sic potest sententia formari:

FORMA. In Dei nomine amen. Ego P. iudex delegatus à tali episcopo, vel à Papa deputatus in causa appellationis interpositæ per talem à sententia talis, scripta manu talis notarij: cuius sententiæ tenor talis est: In nomine domini &c. & ponatur totus tenor sententiæ: quo facto subiungas sic: visa appellatione prædicta, & etiam cõmissione ipsius appellationis mihi facta à dicto domino tali scripta manu talis notarij: de qua habes in ti. de appel. §. de officio quoq. ver. quod si superior. visis insuper & auditis &c. vt s. ver. cõfertur. vsq ibi: repleatur, &c. Postea iunge, prædictam sententiam, à tali latam confirmo vel infirmo, & pronuncio bene iudicatum, & male appellatum: & talem in expensis condemno. vel econuerso. Vel sic: prædictam sententiam in hoc confirmo, & male appellatum fore pronuncio. & in hoc eam infirmo, & bene appellatum esse pronuncio. Hæc probantur in prædicta concor. Vel potest alio modo sic formari:

FORMA. In Christi nomine &c. Cũm olim inter P. & M. super hoc coram ordinario vel delegato, quæstio verteretur, & iudex illam diffinitiuam contra P. duxerit sententiam promulgandam: porrò eodem P. ab hac sententia appellante, venerabilis pater talis eps, vel sanctissimus pr̃ dñs Clemens Papa iiij. causam appellationis huiusmodi, nobis ea lis audiendam commisit, ac fine debito vel canonico terminandam. Partibus igitur ad nostram præsentiam euocatis & constitutis, prænominatus P. libellum obtulit in hunc modum: Coram &c. posito toto tenore libelli, subiungat: Nos igitur visis & auditis, &c. vt s. ver. vtrum aũt iudex à quo petitur sententia, vel processus infirmari, vel nulla pronunciari, poterit cõfirmare vel aliquã pronũciare, illo, qui hoc petit, in probatione deficiente: nisi altera pars id poterit, no. secundùm Papam extra de offi.

c iudi. delegati. cum contingat.[c] ¶ † Sed pone, ecce

27 opposui actori, in lite principali exceptionem pacti de non petendo, & probaui: actor verò opposuit mihi exceptionem pacti de petendo, sed non probauit, licet in veritate sibi fecissem pactum de petendo, non obstante priori pacto, ideoq iudex me absoluit: nunc in causa appellationis probat actor illam exceptionem. Quæritur qualiter iudex pronunciabit male fuisse iudicatum: cùm primus iudex bñ pronunciauerit secundùm acta corã se habita. Respon. debet sic dicere:

FORMA. Quia talis in principali causa non opposuit, vel non probauit talem exceptionẽ, quę sibi in veritate cõpetebat, vel oppositã non probauit, & nũc eã probauit: ideo sententiã primi iudicis emendo, vel reformo. ff. de app. l. j. extra, de in inte-

grum resti.tum ex literis. in fi.& §.vers.in iodice.in principio. Si enim simpliciter pronunciaret, illũ mã se pronunciasse, minus bene diceret. Debet ergo illum excusare modo prædicto: vel dicendo instrũ, per quod nunc probatur, non fuisse corãillo productũ & huiusmodi.extra de priuile.cũ olim. ꝓpe fi.ix,dist.egn.in au.colla.v. vt defunct.seu func.in principio.extra de fi.instru.cùm Ioannes.in fi. Vel dic contra, proot no.C.de appel.rñ.j.in fi.ibi,etiam & s.§.species.not.vtrum deberet dicere, condẽno, vel absoluo. iudex autẽ appellationis potest reum condemnare: vt ff.iudi.solu.l.pen.extra, de app. vt debitor. ¶ Qualiter autẽ pronunciabit iudex, cùm is, cuius interest, se opponit contra sententiam, & probat in causa appellationis,no. secundùm Papã

28 extra de sen.& re iud.cum super ¶ † Iuxta præmissum ordinem videndum restat de formis sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti,[a] & absolutionis. Si igitur in causa criminali ante litem contestatam sit contumax, excommunicandus est: vt s.de contuma.§. sequitur videre.cuius excommunicationis forma talis erit,

FORMA Sententiæ excõicationis: [b] Cùm P. presbyter de tali loco, in nra præsentia cõstitutus à G.super variis criminibus, scilicet simonia, periurio, adulterio, &c. accusaretur: ipse nedũ cũ aduersario noluit in iudicio experiri, verum etiam contumaciter contra nostram inhibitionem à nostra discedẽs præsentia, nostris sæpe vocatus literis & nũciis cõparere contemnit: cuius rei causa, ipsum contumacem reputamus: & ob hoc eum in his scriptis authoritate Dei omnipotentis, & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & nostra, excõicationis vinculo innodamus.extra, de iud.c.j.extra de sen.excom mu.cùm medicinalis.libro vj.tradentes eum, ꝗuis absentem, Satanæ in interitum carnis: vt spiritus eius saluus fiat in die iudicii. Hæc probantur ii.q.j. de manifesta.xj.q.iii.iudi.xxiiii.q.iii.qui peccat.in principio.& ca.quid crudele.extra, de app.cùm sit Romana.in fi.xxiiii.q.j.§.si autem.ver. vnde Apostolus eum,&c.q.iii.notandum.ad fi.xlv.di.non licet. Quid si excommunicatur cum suis participibus: sic poterit dici: Habeto[c] itaq; cum his, qui tibi consentiunt, plenæ condemnationis sententiã sublatumq; tibi nomen & munus sacerdotii agnosce, sancti Spiritus in iudicio, & nostra authoritate damnatus & anathematis in conspectu Dei & sanctorum Angelorum: vt xxiiii.q.iii. Gulisarius.& hoc in ordinario. Delegatus autem cæteris verbis retentis, vbi dicit, authoritate Dei omnipotentis &c. dicit, authoritate mihi commissa. Vel sic:

FORMA. Cùm de talis presbyteri excessibus nobis fuissent frequenter varia nũciata: nos volentes ex officio nostro ad inquirendum defendere, & videre vtrum clamorẽ, qui ad nos peruenerat, opere cõplerusset, eũdẽ per nostras citauimus literas, vt corã nobis certo termino psonaliter cõpareret: ipse verò nec per se nec per aliũ in præfixo sibi termino, cõparere curauit: quare ipsum reputantes meritò contumacem, in his scriptis, &c. vt s. proxi.ii.q. j.Deus omnipotens.extra, de accus.qualiter.ii. Eodem etiã mõ, põt quis excõicare eum, qui in cã ciuili cõtumax reperitur: facta competenti narratione qualiter cognoscens de causa, quæ inter tales vertitur, citauit talem, qui se contumaciter absentauit. extra, vt lite non conte.qm̃.in fi.& extra, de postu.

29 præla.c.j. ¶ † Illud autem scias, ꝙ in enormibus delictis, & contra tyrannos, claues ecclesiæ cõtemnentes, quãq; fertur sentẽtia excõicationis per epm cum magna solẽnitate. & hoc dicitur Anathema. Debet enim xii. sacerdotes epm circunstare, & lucernas seu cãdelas ardẽtes in manibus tenere, quas in cõclusione seu in fine anathematis seu excõicationis, proiicere debent in terrã, & pedibus cõculcare. Deinde epistola per parochias mittatur, continens excõcatorũ nomina, & excõicationis cãm. Hæc legũtur xj.q.iii.debent. Et illæ cãdelæ nõ debẽt sumi postea ad aliquem vsum, secundùm Io. sed foras proiici.[d] ii.q.vii.non omnes epi. In plerisq; tñ locis non conculcantur pedibus, sed extinguuntur in aqua, dicẽdo, Sicut cãdelæ hæ extinguũtur, sic eius opera[e] coram Deo sint extincta, donec sufficiẽti satisfactione præmissa ad sinum sanctæ matris ecclesiæ reuertatur. ¶ Quibus aũt verbis formetur sentẽtia, cùm quis pro aliquo facinore excõicatur: vide xxiii. di. in nomine. versus fin.ver.quòd si quis contra. vsq; ad fi. ¶ Nonnunq̃ etiam fertur sententia perpetuæ dispositionis, degradationis, vel suspensionis in aliquem. quod dic vt j.de act u.§.secundo. ver.& no-

30 ta p.& seq.& s.ver.porrò. ¶ † Cæterùm in iudicio non tenetur quis tantum solennitatem seruare. Nam postq̃ quis ter monitus est, quòd respondeat positioni, vel aliud faciat: iudex potest ex tunc in scriptis eum excommunicare dicens:

FORMA. Et quia legitime monitus, nõ vis positioni respondere: te tua cõtumacia exigente, excõico in his scriptis[f]. Et nota ꝙ nullus debet excõicari, nisi legitima monitione præmissa: vt extra, de app. reprehensibilis.de sent.excom. sacro. scilicet trina, secundùm B.xxiiii.q.iii.de illicita.xvj.q.vii.omnes decimæ.xvii.q.iii.de presbyterorũ. Ego credo cũ G.Na. vnam sufficere, cum testium subscriptione. Hæc enim dicitur canonica: vt in præalleg. c.reprehensibilis.[g] arg.tamen contra de sen. excom.io consti. Grego.x.constitutionem.libr vj. Et nota ꝙ excommunicationis sententia, est in scriptis proferenda: alioquin punitur eam ferens.extra, de sentẽ. excom.cùm medicinalis.in princ.[h] extra, de treu.& pace c.j.ii.q.j.legum. Hæc credo esse de substantia, ꝙ dicatur in sententia, in his scriptis excommunico: consulo tñ ꝙ dicatur: vt j.§.iuxta.ver.non valet. Et executores quandoq; ferunt tales sentẽtias: contradictores, & rebelles, excommunicationis sententia innodamus. Quid autem iuris sit, de hac sententia, & qui per eam ligẽtur, & quis eam ferre possit. no.secundùm papã.extra, de præben.pro illorum.[i]

31 ¶ † Verùm quia excõicato in sua contumacia perdurante, iudices volunt quãq; suam sentẽtiam aggrauare: vt contumacia crescente, crescat & pœna: vt in præ.decre.qm̃.in fi.& quinqua.di.quia.extra, de cohab.cle.& muli.clericos.in fin.& C de ser.fugi.quicunq; in princ.& ff.de pœnis.relegati.& ii.q.v.qñ. ad fi. poterunt tunc procedere ad suspensionẽ vel priuationem perpetuã officii & beneficii: vt extra, de ætà.& qua.cum bene.& de testi.cog.cùm super causa.& xxxiii.di.præter hæc.de appel.pastoralis. de cohab.cle.& muli.clericos.& c.seq.de cleri.non resid.ex tuæ.& de cleri.exco.c latores.xj.q.iii. rursus.& c.seq. vel ad depositionem: vt extra, de dolo & contu.veritatis.cuius sententiæ forma talis erit:

FORMA. Cùm nos P. Dei miseratione eps talis ecclesiæ, talem sua exigente contumacia, olim excommunicationis vinculo duxerimus innodandum, ipseq; contemptis clauibus ecclesiæ, velut filius inobedientiæ adhuc in graue animæ suæ præiudicium & scandalum fidelium, pertinaciter in sua contumacia perseueret, & excõicationis sentẽtiam qua ligatus est, animo sustineat indurato: Idcirco ne de sua cõtumacia valeat gloriari, & ne facti sui peruersitas transeat præsumptoribus in exemplum, sed potius pœna eius sit aliorum metus, nostram sentẽtiam aggrauantes iuxta meritum culpæ illius, eum ab officio & beneficio duximus suspendendum: vt in prædi.cõcor.& extra, de vita & hone. clericorum.§.si quis igitur.& extra de iudi.at si clerici.de exces.præla.tanta.de homi.pro humani.

32 ¶ † Quãq; etiam sentẽtia excommunicationis aggrauatur, vt omnes participantes ei, eãdem sentẽtiam incurrant: vt extra de sent.excom. quod in dubiis. ad fi.& de priuileg.quanto. hodie tamen hoc non debet fieri, nec sententia tenet, nisi prius & ipsi participantes moniti fuerint, vt desistant.extra de sen. excom.statuimus.[k] ¶ Et in monitiõe exprimi debent nomina illorum, qui monentur: siue fiant plures monitiões, siue vna pro omnibus: obseruetur aliquorũ dierum competentia interualla, nisi facti necessitas aliud indicat: vt in cõsti. Gre.x.c.ti.constitutionem.[l] prout ibi dicã. Quidam fatui iudices, suas volentes sententias aggrauare, faciunt præsbyteros indutos vestibus sacerdotalibus, venire ad domum

a ¶ Interdicti. Has duas cõuerterat proponendo secundam.in prin. §.Et tñ duas virgulas solas ponit de his, s.j.ad fi.ij.co.ver.& nota ꝙ ꝑlato.& in iiij.col.ver.& nota ꝙ sentẽtia cùm dedit: quia Ho.de his in Sum.de sentẽ.excõ. nõ fecit mẽbra. remissione tñ de illis dedit, ad tria loca: e.ti.vers.ante.& vide j.de senten. excom. in fi.

b ¶ Excõicationis. effectus huius & sequen. fuit Ægidii.c.cvj.

c ¶ Habeto. Verba Syluestri ad Iuliũ diaconum ꝓditorẽ suũ.nec importãt ad quẽ author inducit, s. excõicationẽ pũ cipãtiũ extra cri mẽ: quia verba nõ sonant hoc hodie etiã ferri non posse, nisi seruatis formis Decretalũ, de quib⁹ j. versi. quandoq;.

d ¶ Proiici.§. arg. ille enim canon hoc nõ dicit, sed de sale infatuato loquitur.

e ¶ Opera. Supp. bona.

f ¶ Scriptis. Hodie vbi locus eẽt decre.ii.de cõses. lib.vj.nõ esset ista talis excõicatio, ex quo ponẽs habet quod intendit.

g ¶ Reprehensibilis.ar. imo expressum,& ei statim.

h ¶ In prin.lib. vj.

i ¶ Illorum. Vbi scripsi in prin.

k ¶ Statuimus. libro vj.

l ¶ Cõstitutionẽ libro vj.

domum excommunicati, & ad ostium vel super tectum domus, tres lapides iactare. quod ridiculū est. Potest & sententia aggrauari per decre. extra, de pœ. c. fi. vel per alia iuris remedia cogitata: quia crescente contu-
a macia, crescere debet & pœna: vt s. no. quod prælato[a] ob reuerentiā pōtificalis officij, primò debet ingressus ecclesiæ vel sacerdotale officium interdici: deinde ab officio suspendi, & subsequenter aggrauetur censura ecclesiastica contra eos: nisi aliter suasent fieri in vna contumacia pro-
b teruitas, sine culpa sua: vt in consti. Alex. iiij. de priuil. quia pontificali[b]. & probatur extra, de off. dele. sanè. Cùm igitur participans excommunicato non sit excōicatus, sed excommunicandus, vt extra de cle. excom.
33 c. fi. nec sit etiam excommunicādus, nisi postq̄ fuerit monitus, vt s. † patet q̄ non peccat mortaliter, sed venialiter. argu. extra, quod me. causa fa-
c cris[c]. Nam excommunicatio non debet nisi pro mortali infligi. xj. q. iij. nemo. & c. nullus. Secus tamen si in contemptum vel pertinaciter participet: vt extra eo. cùm medicinalis. in prin. vel post excommunicatoris probibitionem, vel frequenter. argu. xj. q. iij. excellentissimus. & c. final.
34 xxv. dist. §. aliàs ea demum. nam tunc potest excommunicari. ¶ † Porrò aliquis propter sui contumaciam excommunicato, consueuit excommunicator alicui scribere, vt ibi excommunicatus ipse vitetur: cuius quidem scripturæ forma talis erit:

d ❧ FORMA.[d] Talis delegatus vel ordinarius, tali rectori salutem in dño: Cùm nos talem nostrum parochianum eius contumacia exigente, pro eo q̄ coram nobis tali, de iure noluit rñdere, excōicationis vinculo duxerimus innodandum, dilectionem vestram monemus & hortamur, & nihilò minus vobis authoritate, qua fungimur in hac parte, præcipiēdo mandamus, quatenus singulis diebus dominicis, & festiuis in ecclesia vestra, publicè coram populo pulsatis campanis, & cādelis extinctis, excōicatum denunciare curetis: ipsumq; velut excommunicatum faciatis in ecclesia, & extra, vsq; ad satisfactionem condignam ab omnibus arctius euitari: vel donec suæ culpam inobedientiæ recognoscat. & de ea satisfaciat, vt tenetur. Hæc probatur xj. q. iij. curæ. & c. debent. Et consulo actori, q̄ cùm has literas præsentabit actori, si excommunicans sit iudex delegatus habeat transcriptum literæ apostolicę per manum publicam vel ipsam literam bullatam per quod rectori fidem faciat de iurisdictione excōicatoris: alioquin rector, literis si nolit credere, non tenetur. extra de offi. dele. cùm in iure. de rescriptis. cùm contingat. C. de manda. princ. l. vnica. xcvij. dist. nobilissimus. ¶ Sed & auditores domini Papæ quandoq; quos excommunicant, faciunt in audientia excommunicatos per suas literas nunciari. quarum forma talis erit:

❧ FORMA. Cùm contemptus contumacibus obesse debeat, ne de sua valeant contumacia gloriari: mandat talis auditor, talem, quem (sui cōtumacia exigēte) canonica monitione præmissa, excōicauit in scriptis excommunicatum in audientia publicè nunciari. Datum &c. extra de po-
35 stu. c. j. ij. q. v. quito. ¶ † Porrò quia de excōicatione diximus, & frequenter excommunicati ad sinum sanctæ matris ecclesiæ redeūtes, petūt sibi absolutionis munus impendi: quod quidem concedendum est. Nam miseratio ecclesiæ, nunq̄ claudit gremium redeunti ad eam: vt xj. q. iij. de illis. & C. de summa tri. liquet. §. nos enim. ideo & de absolutione aliqua subnectamus. Debet aūt fieri absolutio, cū Psalmo pœnitentiali, & oratione dominica: vt extra de sen. excom. à nobis. ij. §. fi. hoc modo: Excōicatus enim accedat ad excommunicatorem, petēs humiliter beneficium absolutionis. Iudex autem recepta ab eo cautione de parendo iuri, vbi fuit excommunicatus propter dubiam offensam vel etiam propter contumaciam: vt extra, vt lite conte. quoniam. §. in alijs. vel etiam de parendo mandatis ecclesiæ, seu excommunicatoris: quod idem est: vt extra, de
e sen. excom. c. ex tenore[e]. & c. cùm desyderes. & c. de cætero. & extra, de offi. dele. prudentiā. §. vj. & de app. ad hoc. ij. & de ma. & obe. cùm in ecclesijs. in fi. licet Io. no. cōtra. j. q. vij. si qui voluerint. vel satisfactiōe præmissa, vbi fuit pro manifesta offensa excōicatus: vt extra de ver. signi. ex parte. Super quo vide s. de contuma. §. nūc dicamus. & restitutis expensis, vt ibi, beneficium absolutionis sibi tribuat in hac forma:

❧ FORMA. Excommunicatus enim, vestibus exutis stet ante valuas ecclesię, genibus flexis, coram eo, qui eum debet absoluere: & ille tenebit virgas, & in quolibet versu psalmi Miserere mei Deus, semel eum percutiet magis vel minus, consyderata illius contumacia. finito verò psal-
f mo, dicet Gloria patri &c. kyrie[f], ter pater noster, &c. & ne nos, &c. Saluum fac seruum tuum vel ancillam tuā, vel seruos tuos, vel ancillas tuas, si plures fuerint. Domine, nihil proficiat inimicus in eo, vel in ea, vel in eis. Esto ei, vel eis turris fortitudinis. Domine, exaudi orationem meam. Dominus vobiscum. oremus. Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationē nostram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena constringit, miseratio tuæ pietatis absoluat.
g secundùm do. meum.[g] vel dicat hanc orationem, Præsta quæsumus Domine, huic famulo tuo dignū pœnitentiæ fructū: vt ecclesiæ tuæ sanctę (à cuius integritate deuiauerat peccando) admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius. per Dominum nostrum &c. Hoc habetur xj. q. iij. cùm aliquis. Postea dicat, Authoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & ecclesiæ sanctæ suę, & nostra absoluimus te à tali sententia, & restituimus te communicationi & participationi ecclesiæ, & omnium fidelium, & ecclesiasticis sacramentis. Et se-
h cūdùm do. meum.[h] reprobatur abusus simplicium presbyterorum, dicentiū in tali casu absolutionem & remissionem excommunicationum & omnium peccatorum &c. Debent enim dicere absoluimus. arg. pro eo. extra de senten. excom. à nobis. prope princ. ibi: prece. postmodum absoluere &c. Verumtamen iudices non sequuntur hodie hanc formam: sed recepto iuramento dicunt, Ego absoluo te authoritate Dei omnipotentis & sanctorum Petri & Pauli apostolorum, & authoritate mihi commissa, à tali excōicatione. Et certè talis absolutio valet. & tenet: & hac vtimur. Nam & si simpliciter dixero, noueris te excommunicatum: excommunicatus es. & si simpliciter dixero, te noueris absolutum, absolutus es. arg. extra de sen. excom. c. pen. extra de re iudi. c. j. Et communiter tenent doctores q̄ si valet iniusta excommunicatio: sic & iniusta absolutio: quæ plenius prosequere in Summa do. mei de sen ten. ex. §. & qualiter hæc absolutio. sub §. tertium. ver. qualiter proferatur. & in prædi. c. à nobis. §. absolutionis. & s. de citatio. §. iam de citatione. in fine.
36 ¶ † Absolutio quoque à suspensione hominis fit cum iuramēti præstatione: vt extra eo. c. venerabili. ¶ Et nota quòd vbi à pluribus & solenniter, quis excommunicatur: tunc etiam à pluribus & solenniter debet absolui. arg. in præ. c. cùm aliquis. & ea q. debent. & ff. de reg. iur. nihil tā. extra, eu. c. j. ¶ Item scias, q̄ licet iudices, qui non sunt presbyteri, & eorum superiores possint absoluere à sententijs, quas ipsi proferunt: tñ à se absolutos debent mittere reconciliandos per sacerdotes secundùm do. meum: vt extra de sen. excom. canonica. quod dic secundùm eum, vt in Summa eo. ti. §. quis possit absoluere. sub §. sed quis absoluet. & eo. tit. cum illorū. Idē etiam videtur Inn. iiij. dicere extra de consue. quanto. & hoc seruamus, licet aliqui hoc non seruent.
37 ¶ † Sed pone, iudex delegatus causam alicui subdelegauit, diffinitiua sibi reseruata: qui subdelegatus partem excommunicauit, & pòst se ad partes remotas transtulit: quæritur an delegatus possit illum absoluere. Et videtur quòd nonnimò excommunicatus est ad excommunicatorē remittendus. extra de offic. ordi. ad reprimendam. & de sen. excom. c. per tuas. Dic contra. reuocat enim ad se causam, quod ei licet: vt ff. de iudic. iudicium soluitur. quo facto, eū absoluet: sicut & subdelegatus eum absoluisset, si fuisset ab eo petitum. extra de verbo. signi. ex parte. secundùm P.[i] Quod verum est, nisi simpliciter vel totaliter illi commisisset vices suas: quia tunc re non existēte integra, causam ad se non poterit reuocare: extra de off. dele. venerabili. & c. super quæstionum. §. si verò. in princi. Vnde tunc debet ad delegantem primum recursus haberi: vt in eo. c. & extra, de concess. præben. quia diuersita-
38 tem. de offi. ordi. pastoralis. §. præterea. ¶ † Quid si papa confirmet sententiam excommunicationis, latam per aliquem iudicem: nunquid idem iudex poterit postea absoluere ab illa? Quæstio est venerealis: & absoluitur q̄ sic. extra, de insti. c. iij.[k] Idem in. Gof. in Summa de confir. vti. vel inuti. Et Vin. extra de confir. vtili. c. j. ¶ Et nota q̄ sententia interdicti lata generaliter in ciuitatem & castrum, vel alium quemlibet locum, non potest ad cautelam relaxari: vt in consti. Greg. de senten. excom. præsenti.[l] & ibi dicemus, quæ sit rō huius iuris.[m] ¶ † Quid
39 si scribatur alicui, q̄ si interuenerit in P. sententiam excommunicationis post appellationem latā, ipsam denunciet nullam esse? Responsio. nō. Inno. extra, de senten. excom. solet.[n] quod talis non potest absoluere ad cautelam. In obtinēda autem absolutione, ad cautelam pręstatur iuramentum: & hoc quia dubium est, an sententia teneat vel non: vt extra, de sen. excom. venerabili. Secus quando quis absoluitur à minori excommunicatione: vt eo. tit. nuper. §. fi. & vide j. in tractatu libel. in titu. de sen excom.
40 ¶ † Illud quoq; notandum est, quòd hi, qui debent tantum per sedem apostolicam absolui, possunt per alios in necessitate absolui: vt xvij. q. iiij. cap. si quis suadente. & xxvj. q. vj. hi qui. puta per episcopum vel presbyterum: vt eo. ti. nuper. §. fi. & nota

a ¶ Prælato. Episcopo scilicet.
b ¶ Pōtificali. Quę hodie lib. de offi. deleg. c. ij. lib. vj. de epo loquitur.
c ¶ Sacris. Hunc articulum plenissimè ibi scripsi in vlti. glo.
d ¶ Forma. Ægid. fuit tot' iste ver.
e ¶ Tenore. Vbi idē not. in j. gl. & extra qđ me cā. c. j. in iiij. glo.
f ¶ Kyrie. Secūdū denatores sunt duę partes: & nō dictio cōposita. Kyrie, per vnū y, idem est quod dñe. Eleison. i. miserere. Kyrrie p duplex rr, idē est quod porcus secundùm eos.
g ¶ Do. meum. In Summa de sent. excom. §. pe. versi. tertium est. j. allegato.
h ¶ Domi. meum. Vbi s.
i ¶ Secūdùm P. in decre. super q̄onum. §. porrò. vt ibi scripsi super ver referetur.
k ¶ C. iij. Ibi not. cōtrarium in vlt. glo. & illud verū in sñia hoīs confirmata p papā, quod hic dicitur procedit in sñia cōstitutionis cōfirmatæ per Papam, vt scripsi p præ. glo.
l ¶ Præsenti li. vj.
m ¶ Iuris. Et ibi nn. in j. gloss.
n ¶ Solet. Ibi post gl. plenè tractat per modū Summæ materiā absolutionis ad cautelam.

eo.tit.de cætero. Necessitas autem est, imminente mortis articulo vel infirmitate, vel inimicitia, vel inopia, vel puerili vel senili ætate, vel fragilitate sexus, vel alia corporis impotentia, vel quodlibet aliud canonicũ impedimentum: puta quia non sunt sui iuris, vel sunt nimium debiles, & delicati, vel serui, vel est officialis episcopi, vel alius officialis, qui turbam arcẽdo excommunicationem incurrit, vel qui sunt membris destituti, vel valetudinarij, vel est difficultas aliqua: debet tunc eis[a] iniungi vt resumptis viribus, ad sedem apostolicã vel eius legatum accedant, eius beneplacito parituri. Hæc probantur per ordinem extra, de sen.excom.q̃uis. & c.de cætero. & c.mulieres. & c. relatum. & c.si verò.4. & c.ea noscitur. & c.nuper.in fi. & fortè per alium sūt excommunicati, iniungetur eis quod parebūt excommunicatoris mandato: vt c. nuper. §. fina.

41 ¶ †Quid si mulier robusta, & fortis sit? Respon. idem iuris est propter sexus fragilitatẽ vt in c.mulieres. ¶ Quid de filiofami. nunquid est ad curiam pro absolutione mittendus? Et videtur quòd non, quia nõ est sui iuris: vt in præ.c.mulieres.[b] Sed dic contra, nec etiam iussus patris ab excõmunicatione excusat.xj.q.iij.si dominus.ff.de actio.& obli.si seruus.ar.tamen contra, quòd excuset.ff.de his, qui no.infa.liberorum.in fi.ff.ad leg. Aqui.liber homo. ij.ff.quod vi aut clam.qui in puteum. §. si tutoris. lxxxvj.di.an putatis.[c] ¶ †Quid si ipse episcopus

42 manus mittit in clericum, & episcopus est senex & debilis, & impeditus? Dic quod per metropolitanum poterit absolui, qui est eius ordinarius: vel sede metropolitica vacante, per capitulum ipsius ecclesiæ. extra de maio. & obed.cùm olim. ¶ Quid si episcopus non vult absoluere in casu, in quo sibi permittitur? Rñdeo, si negligens est, hoc Archiepiscopus faciat. extra, de præscrip.cùm ex officij. Secus si sit excõicatus: vt extra de sup.neg.præls. Romana.li. v. ¶ Sed quid si episcopus absens est ex iusta causa sed non negligens? Dic q archiepiscopus non potest absoluere iudicem alterius. nam episcopus potest hoc committere suo vicario. extra de offi. ordina.c.fina.

43 ¶ †Sed cùm claustrales se in claustro adinuicem leuiter verberantes absoluendi sint per abbates, vel priores suos, vt extra, eo.monachi. & c.cùm illorum. quid erit si abbas verberauit monachum? Dic quod per episcopum absoluetur.arg. eo.tit.de monialibus.[d] ¶ Quid si abbas percutit abbatẽ vel monachum alterius diœcesis? Rñ. conueniant ambo episcopi, & absoluant: vt in c.cùm illorũ. ¶ Sed quid si monachi nõ claustrales, vel extra claustrum se verberant atrociter? Respondeo, dici potest q propter scandalum sint ad apostolicam sedem mittendi, sicut & quando verberant clericum secularem: vt in præ.c.cùm illorum.ibi: nisi eorum exces-

44 sus extiterit difficilis & enormis. ¶ †Quid si Prior & magister, seu maior ordinis hospitaliorum, excommunicatus est, quòd fortè excessit in verberando fratrem aliquem? Dicunt quidam quòd per episcopum loci, in quo deliquit, absoluetur. Alij quòd per Priorem ordinis illius, qui (quo ad hoc) maior est: vt extra, c.canonica. vbi de hoc secundùm Vincen.[e] Absolutione autem obtenta ab excommunicatione propter contumaciam, consulo quòd hoc facias scribi in actis; vnde facias confici publicum instrumentum. Nam qui semel fuit cõtumax, alias excommunicatus, & publicè denunciatus, semper præsumitur excommunicatus, & à quolibet actu legitime repellitur, nisi se probauit absolutum: vt extra, de elect. venerabilem. §. sunt etenim. & in præd. c.cùm desyderes. & extra, de cleri. excom. proposuit, prope fi. vbi de hoc argumentum contra extra de scru.in or.fa.c.j. vbi de hoc.[f] cuius instrumenti forma talis erit:

FORMA.[g] Anno, mense & die tali, & loco talibus, in præsentia mei notarij, & testiũ infrà scriptorum, R. de tali loco se coram tali domino delegato tali, vel ordinario præsentauit, deposcẽs ab eo humiliter, deuotè se ab excõicatione in eũ per ipsum iudicem ex tali causa lata absolui: offerens cautionẽ de iudicio sisti, & asserẽs se paratũ parti aduersæ cõgruè satisfacere de expensis. Idem verò dominus iudex, recepto prius ab eo iuramẽto, secũdum formam iuris de parendo mãdatis ecclesiæ, seu excommunicatoris, ac exhibita satisfactione congrua expensarum, ei munus absolutionis impẽdit, & eum à prædicta excõicationis sententia, denunciauit penitus absolutum. Et ego talis tali authoritate notarius, prædictis interfui & c. ¶ Quo facto, petat literas vt denuncietur absolutus: vbi & fuerat nunciatus excommunicatus, quæ erunt continentiæ talis:

FORMA. Talis tali salutem in domino. Cùm talis parochianus vester, quem suis meritis exigentibus, ad mandatum nostrum excommunicatũ pridie publicè nunciastis, ad sinum sanctæ matris ecclesiæ humiliter & deuotè redierit, & præstita cautione, secundùm iuris formam, restitutis expensis, à nobis absolutionis beneficium obtinuerit, discretionem vestram monemus & hortamur, & nihilò minus authoritate qua fungimur in hac parte, vobis præcipiendo mandamus, quatenus eum in ecclesia vestra à sententia, qua tenebatur adstrictus, absolutum publicè pronuncietis. argu. extra, de pur.ca. inter solicitudines. vers. in pœnam. & xj.q.iij.c.curæ. & c.debent.

45 ¶ †Sed pone, aliquis pluribus de causis excommunicatus, absoluitur apud sedem apostolicam. Pœnitentiarius illum remittit ordinario absolutum, nulla expressa causa excommunicationis, à qua illum absoluerit: quæritur an debeat pro absoluto haberi? Respondeo, sic. extra de consang. & affinita. quia circa. quia non præsumitur iste tacuisse, & immemor propriæ salutis esse. j.q.vij.ca. sancimus. quæ est C.ad l.Iul. iam repe.l.fi. Nam & delegatus simpliciter vices suas committendo, videtur in totum commisisse. extra, de officio delegati. venerabili. quinqua.di.c.j.in fin. Et tutor non expressa causa, in qua detur, in omnibus causis pupilli intelligitur esse datus. ff.de tutelis. l.iij.in fi. In beneficijs enim, larga debet interpretatio fieri: vt extra, de dona.cùm dilectus. argumentum tamen contra, vt potius præsumi debeat excommunicatus in his, quæ notan. extra, de scrutinio in or.fa.c.j. Item contra extra de senten.excom.cùm pro causa.[h]

46 ¶ †Postremò videndum occurrit, qualiter sententiæ super dispensationibus formentur. Et nota[i] q multis modis fit dispensatio, scilicet dissimulando. lxxiiij.dist. vbi ista. extra de cogna. spiritua. super eo. ibi: dissimulare poteris & c.de consan. & affini. quia circa. & extra de restitu. spo. c.literas. §. opinioni. Item monendo. xxvij.q.4.c.si homo. extra de offi. lega.c.nisi. Item remittendo extra de offic. ordi. ad reprimendum. Item castigando. xiiij.q.vj.c.primo. Item instituendo. extra de fil. presbytero.c.veniens. xxvij.q.iiij. §. qui autem. Item tacendo. extra de præben.cùm iam dudum.in fin. lxxxvj.di.c.tanta. Item ordinando ipso facto: vt in.lj.distin.c.qui in aliquo. & s.de legato. §. qualiter autem. versi. dicunt autem. Item permittendo: vt eo.titul. §. genera. vers. præmissa. Item tolerando: vt extra de præbend.cùm iam dudum. in fine. extra de spon. præterea. In his autẽ casibus & similibus, non est opus facto: nec est necessaria sententiæ prolatio. Cùm autem agitur in contentiosa iurisdictione, scilicet in forma iudicij: tunc opus est facto, & necessaria est sententiæ formatio: ideoq; de hoc aliqua perstringamus. In quibus autem casibus possit dispensari, & per quem, & quid iuris sit de dispensationibus, dixi plenè s.de legato. §. præmisimus. & §. seq. & glossa in eo posita extra de iudi.c.at si clerici. & in aureo repertorio sub titulo de pœnis. in rubrica de dispensatio.[k]

47 ¶ †Si igitur aliquis fuerit conuictus de aliquo crimine, in quo possit dispensari secundùm formam iuris, dicetur sic:

FORMA dispensationis.[l] Licet te in tali facto culpabilem inuenerimus, propter quod secundùm iuris rigorem merueras ab officio & beneficio remoueri: tamen quia defectus nostri temporis, quibus nõ solùm merita, sed etiam corpora defecerunt, antiquam non patitur canonum mauere censuram: & quia maluimus de misericordia rationem reddere, quàm de seueritate: idcirco vitã tuam

plenius

a ¶ Tunc eis. Dicit decret. q̃uis. qui tpali impedimento laborant, exceptis pueris & senibus. vide quod scrip. eo.ti. quod de his, quæ author per errorem omisit.

b ¶ Mulieres. Et hoc ibi tenet Host. tu distingue vt ibi dixi super prima glo.

c ¶ Putatis. Ibi soluitur de reg.iur. quod qs.li.vj. & plenius in pre.l. liber homo. ij.ff. ad l. Aquil.

d ¶ Monialibus. decre.eo.tit. vniuersitatis. in fine. apte dicit cõtrarium. & omnino vide qđ ibi scripsi in glo.pe.

e ¶ Vincen. Vide quod ibi scripsi in j.glo.

f ¶ De hoc. Et vide quod no. extra de elect. si fortè lib.vj. in glossa. qui etiam.

g FORMA. Ista & sequens fuerunt Ægidij eo. §.ij. & seq.

h ¶ Pro causa. Miror q non allegauit decre. quę magis propriè respicit causam istam s.de offic.or. ex parte. & dic vt ibi.

i ¶ Et no. secũdũ Io. de Deo, cuius fuit hoc principiũ, & tractatus, qui sequitur in libro dispensationum, ad fi. quem vocat summulã super formandis sententijs.

k ¶ Dispensa. Host. etiã finito val de cõmend. t in Summa sua, tractatu de pœnitẽ. & remis. prosequitur tractatum dispensationum etiã per modum summę, de illo faciẽs quinq; membra.

l ¶ Dispẽsationis. Ad literã. Ioã. de Deo vbi s. allegauit, cũ solũ duo vltima c. eius etiã fuerunt nẽs formæ seq. sed non eodẽ ordine: nec fuit magister dictaminis: q tũc j. dixisset: & quia maluimus de misericordia, q̃ de seueritate reddere rationem.

plenius agnoscentes, & meliora & viciniora saluti de cætero verisimiliter expectantes: De misericordia, quæ superexaltat iudicium, hanc pœnam tibi dispensatiuè duximus relaxandam. In cuius rei testimonium, has nostri literas sigilli impressione munitas, tibi concedimus, quibus te defendere valeas à iaculis æmulorum. Data &c. Hæc forma probatur xxxiiij. di. c. fraternitatis. xxvj. q. vlti. alligant. lxxxvj. dist. non satis. ver. 48 melius. extra de simo. ex diligenti. extra de elect. quod sicut. ¶ † Quod si is, cui hoc conceditur, velit in magnis criminibus in casu concesso, cum aliquo dispensare, vt ad statum pristinum reducatur, sic dicet:

a ✠ FORMA.[a] Ego te in integrum restituo, natalibus tuis & iuribus omnibus, atque pristinæ famæ. ff. de sen. pas. & resti. l. j. & ij. C. eo. l. j. & ij. & ij. q. iiij. §. notandum. in fine. infrà, ver. porrò. Quibus autem modis in-49 famia irrogetur, dixi s. eod. titu. §. species. ver. & ad huius. ¶ † Item nota quod Papa potest (quo ad ius ciuile) infamiam irrogare: vt extra de hære. l. ad versus. & c. excommunicatus. §. credentes. Nam & tollere ipsam potest, quicquid dicat Gratianus. ij. q. iij. §. hinc colligitur. Illud enim intelligitur de infamia facti: & episcopus etiam in illis casibus, in quibus potest dispensare: vt ibi nn. sed videtur quòd quilibet iudex ecclesiasticus, idem possit. quod dic vt infrà, de in integrum restitutio. §. videndum. versicu. 50 item iudex. ¶ † Si autem episcopus velit dispensare cum eo, qui ignoranter habuit beneficium per simoniam ab alio commissam, sic dicet:

b ✠ FORMA.[b] Licet de iure cõmuni, nullus debeat in ecclesia de cætero ministrare, vel beneficium in ea habere, quam, licet ignoranter, per simoniam noscitur habuisse. vt j. q. v. c. j. & q. j. statuimus. & c. si qui à simoniacis. Nos tamen considerantes eos dignos fore misericordia, qui vitio alieno laborant: vt in præ. c. statuimus. & q. iiij. placuit. & ca. qui apud. & lvj. di. nasci. idcirco honestatem tuam, ac spem futuræ vtilitatis, verisimiliter considerantes, libera prius à te resignatione huius beneficij recepta, tibi dispensatione concedimus, vt in eodem beneficio administrando, domino valeas famulari, illud tibi de nouo liberaliter conferentes. Hæc probantur extra de elect. si alicuius. & de simo. ex insinuatio-

c ne. Alij tamen, vt Ioan. de Deo[c], dicunt quòd non potest ea vice, in empto beneficio, etiam ignoranter, dispensare episcopus. Et pro eo facit

d verbum tolerari,[d] positum in præ. decret. si alicuius. & eodem ti. c. super eo. In alio tamen titulo eiusdem ecclesiæ, puta in alia præbenda vel dignitate, bene poterit. vnde secundùm eos dicas vt in ecclesia possis, excepto empto beneficio, aliud beneficium obtinere. De hoc s. de legato.

51 §. nunc ostendendum. ver. xxiiij. ¶ † Si verò iudex velit formare sententiam super dispensatione accusatoris in probatione deficientis, ne infamis remaneat, vt s. de legam. §. nunc de episcoporum. versi. sed pone. & seq. sic dicet.

✠ FORMA. Ego talis iudex, cognoscens de causa inter tales, pronuncio talem temere accusasse, vel non probasse, parcens in hoc eidem quia eum non pronuncio calumniatorem esse. Hæc probantur ij. q. iiij. §. notandum. in principio. ff. de aboli. l. 4. ¶ Si verò pronunciaret eum calumniatorem: tunc fieret infamis. ff. de calum. l. j. Est autem iusta causa dispensandi cum eo, si fuit deceptus promissione testium: vt eadem q. c. paulum. vel si aliàs error probabilis ipsum excusat: vt extra, de elect. statuimus. in ij. lib. vj. de sen. excom. sacro. ver. nisi forsan. & de appel. vt debi-

52 tus. ¶ † Quòd si[e] infamiam ex sententia irrogatam, velit is, qui id po-

e test restituere, sic dicat:

✠ FORMA. Quoniam hactenus plenè nouimus fidem tuam, necnon vitam & famam integram extitisse, per talem sententiam contra te latam nolumus de infamia te notari: & si quæ irrogata fuerit, eam ex officio nostro totaliter abolemus. Hoc probatur extra, de re iudi. cùm te ab. ¶ Porrò is, cui de iure, vel ex priuilegio competit in natalibus dispensare: quod dic: vt s. de legato. §. nunc de episcoporum. versicul. verum. ita dicet vt:

✠ FORMA. Licet illegitimè nati, legitimè nequeant (nisi monachi vel canonici regulares fiant) ad sacros ordines promoueri, vel in susceptis etiam ministrare: vt extra de fil. presby. c. j. lvj. dist. c. j. quia tamen vitam tuam claram ac honestam agnouimus, multorumque proborum testimonijs commendatam habemus: idcirco dispensatiuè ac misericorditer, tale impedimentum vitæ abstergimus: concedentes, vt in tuo possis ordine remanere, & in eo etiam ministrare. lvj. di. Cenomanensem. & c. seq. su-

53 prà ver. quod si is. ¶ † Porrò secundùm B. & sequaces, potest episcopus dispensare vt quis habeat duo beneficia sine cura. & secundùm eos ita dicet:

✠ FORMA. Quamuis de iure cõi, vna præbenda vnum integrum debet habere seruitorem: vt lxx. di. sanctorum. & xxj. q. j. c. j. & vna ecclesia, vnius esse debeat sacerdotis: vt extra, de præben. cùm non ignores. & x. q. iij. vnio. & xxj. q. ij. sicut. & q. j. c. j. considerata tamen literatura tua, & nobilitate, ac conuersatione laudabili, quibus iuuari dignosceris, tibi concedimus talem præbendam, dispensatiuè etiam indulgentes, vt eam simul cum tali alia quam prius habebas, licitè retinere valeas & habere.

f Hoc probatur extra de præben. de multa.[f] extra de exces. prel. tanta. ad fi. extra, de elect. dudum. ij. extra de simo. Iac. T. verò dicit quod de iure communi, potest quis habere duas præbendas: nec est necessaria dispensatio. Tertij, vt Goff. & sequaces, dicunt quod non possunt epi in talibus dispensare. Quæ dic vt extra de præben. de multa. & de conces. præben. literas.

& lxx. dist. sanctorum. & xxj. q. ij. si quis iam translatus. & s. de legato. §. videndum. In beneficijs autē cum cura vel dignitatibus, solus Papa dispensat: vt in præ. cap. de multa. & in ætate ad beneficia. quod

g dic vt extra de elect. cùm dilecti.[g]

SVMMARIVM.

1. ☞ Sententia an rescindatur, prætextu instrumentorum postea repertorum.
2. Duobus fratribus cum duabus sororibus contrahentibus, an vno affinitatem cũ vxore sua probante, possit alter per attestata, inter se & vxorē suam petit sententiam ferri.
3. Exemplum duorum super præbenda litigantium.
4. Successio nunquam reperitur in ecclesia.

Sententiæ effectus, quis sit.

NVnc de effectu sentētiæ dicamus. Et quidē maximus est. nam facit ius, inter quos est lata, ex quo in rem transit iudicatam, etiā si sit contra ius litigatoris: vt ij. q. vj. diffinitiua. extra de re iudi. cùm inter vos. in fi. Nā res iudicata pro veritate acci-

1 pitur. ff. de reg. iu. res iudicata. ¶ † Itē alius effectus est: quia nō rescinditur prętexu instrorum postea repertorum. extra de re iu. inter monasterium. & c. suborta. in fin. & C. de transact. sub prætextu. C. de re iud. sub specie. Itē nō rescinditur ratione calculi, seu male cõputationis: vt C. eo. l. ij. nisi error calculi in sentētia exprimatur: vt ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. j. Item effectus est, vt ex re iudicata detur actori actio de re iudicata, vel in factū: vt ff. de re iud. miles. §. fi. & C. de reb. cre. actori. reo aūt exceptio, si pro eo sit lata: vt in præ. §. diffinitiua. versi. si contra res

h prius.[h] Cętera vide in Summa do. mei eo. ti. Premissos aūt effectus intellige locū habere, quā sententia nō est nulla, vel non est appellatū ab ea. aliàs secus.

2 ¶ † Sed pone duo fratres cõtrahūt cū duabus sororibus: vnus eorum probat consanguitatē per testes inter se & vxorē: & sic diuortiū est celebratū: alter petit per easdem attestationes inter se & suā vxorem, sententiā ferri. Dic nō pōt. nam res inter alios

i acta &c. extra de prob. dilecto. in fin. vbi de hoc.[i] immò iurabunt iterum, & examinabuntur. ff. de exceptio rei iudi. si cum vno. est quæstio dñicalis xlviij.

3 ¶ † Item pone T. & P. litigant super præbenda: P. obtinet sententiam: & habet ipsius præbendę possessionem: demum mortuo P. Papa cōfert mihi dictam prębēdam per mortē P. vacantē: post hoc dictus T. contra me agit, ad dictā prębēdā: ego excipio cōtra eū de re iudicata: quæritur an possim? Et videtur quod sic. ff. de excep. rei iudi. si mater. §. idē Iulianus. & §. eandem causam. in ver. cæterum. in quibus probatur, quod victus in reali, si post actionē eiusdem rei agat vel conueniatur etiam cum alia persona, dummodo non alleget nouum ius sibi post primam petitionem quæsitum, obstat ei exceptio rei iudicatæ. Itē cùm fuit pronūciatū P. ius habere: per consequens pronunciatum fuit T. ius non habere. ff. eo. si inter me. ff. de procur. Pomponius. §. ij. quæ exceptio semper obstat victo, in reali, siue ab eadē, siue ab alia persona victus: vt s. Idē fortè in mixta actione inter realem & personalem, qualis est hæc. Item eadem persona censetur successoris & prædecessoris. ff. de fideicom. lib. cū qua. extra, de rescrip. significauit. extra de off. dele. quā de offi. or. pastoralis. & de ali. iudi. mu. cau. fa. c. j. & fi. & de immu. ec. si aduersus. de solu. c. j. de iudi. quia v. C. de impu. & al. sub. T. fin. in aut. iusiurandum quod præs. contra: quia res inter alios acta &c. extra de re iu. quis. Itē tunc obstat exceptio rei iudicatę, cùm idem est modus agendi, eadem res & personæ conditio. ff. eod. cùm quęritur. & l. seq. at. extra de testi. ex tenore. &

4 c. veniens. quod non est hic. † Item non potest dici successisse in eodem iure: cū nunquam successio esset in ecclesia. extra de conces. pręben. c. ij. Pro hac parte obtinuit arg. in pręd. decre. dilecto. in fin. Et nota

k secundum Papam extra, de arbi. ex parte.[k]

a ✠ FORMA. Io. de Deo.

b ✠ FORMA. Io. de Deo cum cõclusione secūda.

c ¶ Ioan. de Deo in libro dispensationū, rubr. de dispen. epōrū in decretalibus cōtētis. iij. col. versi. item potest dispensare cum illo. vbi etiam damnat vt idiotam tenentē cōtrariū & in hoc sibi fateret: vbi diceretur tenēdum ex priori titulo: vel ex renūciatione non libera, sed si post liberam expositam vt ibi dixi, nō video quare sic aggrauet.

d ¶ Tolerari. Scripsi ibi post Gof. quod tolerantia concessionis est, nō permissionis tantum.

e ¶ Quod si. Supple contra.

f ¶ Multa. Ibi in gl. pe. post prin. scripsi elegantiorem formā, quā vtitur curia.

g ¶ Dilecti. Imò dic vt de ętate & quali. c. j libr. vj.

h ¶ Prius. Secūdū Tāc. cuius ad literam hucusque fuit illud princ. l. fi. j. rubricæ.

i ¶ De hoc. In vlti. gl. & super ea posui rationes, quæ vrgent ad hanc partē: & cautius formauit quæstionem B. quàm autor, loquēdo de fratribus ex eisdem parentibus. Et idem de sororibus alleg. quæstio non est dubia, nonne pater & filius possunt contrahere cum matre & filia. de cōsan. & affi. quæ super. si ex cōiugio patris & sorore nascantur filij: nōne illi sunt vxoris & viri filiorum fratres diuerso respectu?

k ¶ Ex parte. Vbi scripsi super verbo interitu.

a ¶Impugnatione. Et hic omnium scripta miscuit author, Pylei, Tan. Vber. de Bobio vbi s. ver. nunc videndum. Sed hic commendabilius processit author per diuisionem, quam hic ponit, quam antiqui, vt Alber. Gal. de sen. in prin. non posuerunt. Io. tamen de Deo vers. s. s. cauil. lib. vij. in rub. aliquid de hac diuisione posuerat. & vidi librum parte secunda sub rubrica de app. posuit xvij. causas nullitatis sententiæ. Bonag. et Ægid. eisdem verbis vtendo, dicebant potissime nullitatem colligi si aliqui de sep. e tramitibus iudiciarijs omissis, omittebantur, quos vocant libelli oblationem, litis contestationem, iuram. calumniæ, vel veritatis, scriptura attestationum, publicationem illarum sententiarum de scripto proferri, & a iudice sedente pro tribunali. hic sufficiat intimasse, quæ in titulo de appella. scripsit vterque.

b ¶Excommunicatus. Publice, vt ibi.

c ¶Cum ab omni. Quid si ex duobus vel tribus iudicibus pronunciantibus, vnus solus alijs ignorantibus, corruptus fuerit pecunia, valebit ne sententia? Quod valeat, videtur per l. ff. de liber. causa. libens. §. si duo. Ad idem ff. de do. inter vi. & vxor. si sponsus. vers. ij. item. ff. de iur. fis. non intelligitur. §. j. Item in dubijs, iacienda est interpretatio vt res valeat. ff. de reb. dub. l. quoties. In contrarium ff. quod fal. tu. l. j. §. quid enim. vbi authoritas a vero & falso tutore sil. præstita, non valet. Et de hac allegatione vide quod no. de offi. deleg. cum sup. in vlti. glos. & in regula, vtile. de re. iur. li. vj. Inuenio solutum, sententiam non valere, per l. Pedios. aliis par. ss refert. ff. de arbi. & per decr. ad probandum. de re iud. sed ibi excommunicatio erat publica, hic corruptio, tunc occulta. Quæstio proponebatur de tribus & duobus iudicibus. & in his vr iur. variari: quia in tribus valeret sententia duorum. & idem in duobus datis cum clausula, quod si ambo. secus si simpliciter. ADDE quod volunt Bald. cons. ccccxlix. incipiente, proponitur. iiij. lib. vbi ponit, an valeat laudum latum a tribus quorum vnus erat frater minor.

SVMMARIVM.

1. Sententia dicitur nulla, multis modis.
2. Sententia iudicis excommunicati, an sit valida.
3. Sententia plurium iudicum, in iudicijs semper obtinet.
4. Sententia quare ratione iurisdictionis, nulla dicatur.
5. Sententia dicitur quandoque nulla, ratione litigatorum.
6. Sententia quare dicatur nulla, ratione loci.
7. Sententia lata ferijs, quibus renunciari non potest, est nulla.
8. Sententia dicitur ratione causæ, quandoque nulla.
9. Vtile per inutile non vitiatur.
10. Sententia a iudice procedente seu stante lata, dicitur nulla.
    Iudicis est sedere, non stare, nec deambulare.
11. Sententia iudicis super equum sedentis, quandoque valet.
12. Sententia sine scriptis lata, an sit valida.
13. Iudex, qualiter debeat sententiam ferre.
14. Sententia interlocutoria, an debeat in scriptis ferri.
15. Sententia diffinitiua a iudice partium voluntates tacite cognoscente lata, an valeat.
16. Discussio in causis de partium voluntate procedens accipitur pro plena.
17. Condemnatio facta priusquam constet de eo, in quo fit, an sit valida.
18. Attestationibus publicatis, si iudex non inueniat in actis litem non fuisse contestatam, an sententiam ferre poterit.
19. Sententia post appellationem legitimam lata, an valeat.
20. Altera parte non veniente die statuta ad sententiam audiendam, an iudex illo die debeat sententiare.
21. Sententia non tenet, nisi pars, contra quam est lata, sit tribus edictis vel vno peremptorio pro omnibus lata.
22. Sententia manifestum continens errorem, habetur pro nulla.
23. Iudice appellationis sententiam (quæ nulla erat) confirmante: an talis sententia possit adhuc dici nulla.
24. Geminans appellationem, an per hoc dicatur processum iudicis approbare aut impugnare.
25. Appellans a sententia, quæ nulla est, an eam videatur approbare.
26. Appellante a sententia, quæ nulla est, non prosequente appellationem, an sententia validetur.
27. Ordinarius videns sententiam a se latam esse nullam, potest aliam etiam siue libello aut alia retractatione ferre.
28. Exceptiones contrarias in iudicio proponens, non est admittendus.
29. Causæ appellationis, & nullitatis, an possint coram eodem iudice tractari.
30. Sententia nulla potest etiam sine temporis præfinitione retractari.

Sententia in iudicio prolata, qualiter impugnetur.

possidetur, nunquid tenētur omnes ad cōtributionem? Respō. dic ꝙ sic: vt no. ff. quod cu. vniuer. l. j. §. quibus.[a] & arg. ff. de censi. cum pos. ff. de alimen. & ciba. leg. l. iiij. ff. de col. illici. l. j. respō. j. Hoc plenè prosequere, prout not. secūdùm papā extra, de sent. excōmu. graue.[b] Item quid si vniuersitas dissoluatur: nūquid quilibet poterit partem suam petere? dic ꝙ sic: vt ff. de col. illici. l. j. ij. & iij. vbi de hoc. 6 ¶ † Quid si procurator ecclesiæ, ratione cōtumaciæ cōdenatur in expēsis? not. Papa Inno. extra, vt lite non cōtestata. c. j. in fin. ꝙ in bonis ecclesiæ fiet executio: secus autem esset si procurator falsa instrumenta produceret, vel aliā fraudem faceret. ¶ Quid si ex facto simulato sententia fertur: nūquid fiet executio. De hoc s. de cōfes. §. nūc vidēdum. ver. de facto? ¶ Et scias ꝙ cùm simul petitorio & possessorio agitur, siue ab eadem parte, siue à diuersis actum sit, siue simul, siue diuersis temporibus agi cœperit: Primò est sentētia super possessorio executioni mādanda: & hoc si simul lis est: secus si diuersis temporibus. quod dic vt extra de cau. pos. & propriè. cùm dilectus. & melius. s. de petito. & pos. §. j. versi. vt autem. & sequenti. 7 ¶ † Sed quid si procurator malitiosè ante sentētiam appellat, & ideo cōdemnatur in expēsis: vt extra, de appel. vt debitus? Respon. voluit dominus papa Clemens iiij. lumen iuris, ꝙ executio fieret in bonis procuratoris, & quod ipse procurator de sua bursa solueret, & non dominus. argu. ad hoc ff. si quis ius di. non obtem. l. vnica. Nec enim intelligitur ei dominus mandasse ꝙ malitias adhibeat. Hinc est ꝙ curator non debet calūniosam actionē proponere: quod si fecerit, nō repeteret sumptus à minore. argu. C. de inoffi. te. si pater. ij. prope finem. ff. de his, qui vt indig. Polla. ff. de admini. tu. siue hærede. §. pen. Postquā enim procurator agere incipit, & factus est dominus litis, si cōtumax sit, vel aliqd malitiosè agit, ipse tenetur, & de dolo punitur: vt in præd. l. ff. si quit ius di. non obtē. Secus si ab initio ipse mādatum occultat: quia tunc dominus cōdemnatur: vt extra, de appel. sæpe. in prin. Item si procurator interrogatus, respondet se nescire quæ ad causam pertinent, cōdemnatur in expēsis. s. de procu. §. j. versi. item quod omnino 8 ¶ † Sed pone, lite cōtestata cum tutore, pupilli nomine. tutor cōtumaciter abest, propter quod fertur sentētia contra ipsum: Quæritur vtrum mādabitur executioni in bonis eius, an in bonis pupilli. Et videtur ꝙ in bonis eius. arg. ff. si quis ius di. non obtē. l. j. Nō enim conuenitur pupillus ex dolo tutoris, nisi inquantum factus locupletior est. ff. de admi. tu. l. fi. ff. de reg. iur. neque interdictū. Ad idē ff. de re iud. ex cōtractu paterno. ff. de procu. l. qui aliena. §. procurator. ff. ad l. Aquil. proinde. §. si procurator. ff. de excu. tut. l. ij. §. tutor. argu. cōtra ꝙ in bonis pupilli. omnia enim iura hoc dicūt: præsertim cùm se nō obtulit. C. quādo fiscus vel pri. l. propterea. ff. de re iudi. si se. Ad idē ff. de tribu. l. procurator. Cōtumacia enim nocet pupillo ab initio: ergo multo fortius ex post facto. ff. de bon. autho. iudic. pos. si minor. Solu. Dicūt quidam de æquitate, ꝙ in bonis tutoris. Alij cōtra, & verius: quia potest esse minor cōtumax. Hinc est ꝙ restituitur, si ob hoc sententia lata sit cōtra eum. ff. de mino. minor si quasi. Si tamen tutor dolum vel culpā cōmiserit in nō veniēdo, ipse tenebitur. ff. de eui ct. si ideo. pupillus tamen poterit restitui. C. de iudi. properandum. circa fi. & vide s. de cōtumacia. §. nūc dicamus. ver. sed nūquid minor.[c] 9 ¶ † Itē pone, ad petitionem creditorum datus est curator hæreditati iacenti, quia hæres institutus eam repudiauit: actū est cum curatore, & tandem cōdemnatus: & sententia in rem transit iudicatum: post hoc quidam hæreditatem illam adiuit ab intestato inuentario per eum confecto: & demū præfatus curator citatur super sententiæ executione: sed hæres se opponit, quasi sua intersit, dicens se respondere paratum: quæritur vtrū curator excusetur quò minus executio contra eum fiat. Et argu. est ꝙ non. ff. de in ius vocā. neque. §. j. extra, de in integ. restitu. suscitata. Cùm enim iste non veniat vt defensor vocati, excusari non debet. arg. contra: quia hæres paratus est docere ꝙ ad eum pertinet: & sic perpetuò adire potest. C. de iure delibe. si curator. ff. de appel. à sentētia. extra, de resti. veniēs. ij. extra, de re iudi. cùm super. C. de non nume. pecu. si cui. C. de accusa. l. ij. & hoc verius dicetur. finitum enim est curatoris officium. ff. de tu. & cu. datis ab his. curatorem. vnde non est cum eo amplius agendum, nec ratione sui, nec ratione rerū: vt C. quādo ex facto tu. vel cur. l. j. & ff. eo. post mortē. Ad idem, C. quādo fisc. vel priua. l. j. 10 ¶ † Quid si sentētia lata est cōtra defensorem, qui se litis defensioni obtulit: nūquid mādabitur executioni sine alia sentētia cōtra fideiussores, qui promiserunt de iudicato soluēdo? Et videtur ꝙ sic. ff. iudi. sol. l. j. C. de vsur. rei iudi. l. fi.[d] ff. de re iudica. à diuo. §. item quid dicemus. Sciūt enim reum esse in causa, vnde sibi deberet sentētia præiudicare ff. de re iud. l. sæpe. §. j. Nam & sentētia lata cōtra hæredes, extenditur ad alios possessores. ff. vt in pos. l. circa. Ad idem ff. de legat. ij. cùm filius. respon. j. ff. de cri. ex. hær. l. antepen. & ff. fa. er. hæredes. §. idem. Item obligauerunt se de iudicato soluēdo: vnde si non mandaretur sentētia executioni, sed expectaretur alia cōtra eos, non viderentur de iudicato rei, sed de suo promisisse. quod est falsum. Item vna sentētia esset alterius litis initiū. quod esse non debet. Argu. cōtra ꝙ non præiudicet. nam ipsi non fuit condemnati. ff. de postula. Imperator. C. quorū appel. non reci. ab executore. & sentētia contra fideiussores lata stipulatio non cōmittitur. ff. iudi. solo. l. iudicatum. §. ij. & facit ff. de adult. l. denunciasse. §. fi. ff. de iurisdi. om. iud. & quia. C. res inter alios ac. per totū. ff. de rute. & rat. dist. alterius. C. de lib. causa. l. fi. C. de fideius. authē. præsente. Item restituto minore, non videtur fideiussor restitutus. ff. de minor. l. iij. §. sed vtrum. C. de fideius. mi. l. ij. Super hoc dic ꝙ aut est fideiussor in contractu: & tunc sentētia contra eum lata non præiudicat fideiussori: imò sibi dabitur libellus, si reus soluendo non est: vt in iuribus pro hac parte inductis. Aut est fideiussor in iudicio: & tunc ei præiudicat, & in bonis eius executioni mādatur[e] sine alio libello: vt in aliis iurib[us] prædictis. & vide j. de do. & cōtu. §. restat. ver. sed pone.[f] ¶ † Quid si filiusfamiliàs ob delictū, condemnatur: nunquid fiet executio in paternis bonis, vel nunquid cogetur pater saltem dare curiæ legitimam filio iure naturæ debitam, aut alimenta, quæ filio præstare tenebatur? Et videtur ꝙ sic. nā filio succedit curia, cuius bona propter crimen publicātur: vt ff. pro socio. l. actione. §. publicatione. ff. solum ma. si maritn. Sed cōstat bona patris esse filij: vt Instit. de hære. quali. & differ. §. sed si. Constat etiam filium in bonis patris habere legitimā. ff. vnde lib. scripto. in fi. C. de inoffi. testa. quoniā. ij. extra, de testa. Raynaldus. circa mediū. & sic à patre alimenta deberi vt ff. de liber. agno. si quis à liberis. Respon. j. C. de alen. liber. l. fi. j. di. ius naturale. extra, de infan. &lig. expo. c. vnico. Vnde videtur ꝙ pater soluet condēnationem, & tam legitimā, quàm etiā alimenta, curiæ dabit: alioquin hoc ad cōmodū filij penes patrē remanebit: tum quia inde aletur: tum etiā quo ad spem succedēdi: quoniā bona patris ad filiū venire debēt: vt in præ. §. sed sui. & ff. de lib. & posth. l. in suis. & sic per consequens maleficia impunita remanebūt. quod esse nō debet. ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. prope finem. extra, de senten. excōmu. vt fam. e.

ff. de peti. hære. sed & si. §. sed scire. Nec potest dici falsa tutrix, quo ad titulum de fal. tu. cùm veritatis primordio adueruit. ff. de leg. ij. cum filius §. hæres. Item actor fuit in culpa, qui inquirere debuit de prædictis, an fuit confirmata, & an inuentarium fecisset: de se ergo conqueratur. ff. de fideiusso. l. Titius & Seia. Item dato ꝙ fuisset falsa tutrix, esset orta contra eum actio ex edicto, quod cum fal. tu. ff. eo. tit. l. nouissimè. in prin. ergo ad extraordinarium auxilium nō recurret. ff. de minor. in causa, & de Carb. edi. l. cū sine. ADDE quòd Bar. super hoc vers. & præcedenti aliter loquitur in l. si se obtulit. de re iudi. iden ibi vide.

d ¶ L. fin. Multum plenè tractauit hāc q. Mar. de Fa. super hac l. & Odo. cōcordes vidētur: vt j. dicam. & vide quod dicam de iniur. & dam. da. & si pignora. libe. vj. in ij. glo.

e ¶ Mādatur. in defectum secūdùm Mar. & Odo. per l. fina. ff. de eo, per quem fac. est.

f ¶ Versi. sed pone. Ibi de fideiussore iudicio sisti: hic de fideiussore iudicatum solui. & hi differunt, vt in gloss. præd.

famę. Sed dic contra, quod condemnationem non soluet. Nam, siue filiusfa. ex cõtractu, siue ex delicto condẽnetur non tenetur pater pro illo, nisi inquantum factus est locupletior. ff. de iudi. tam ex contractibus. ff. de nox. act. & si condemnatus. Institu. eo. ti. in fi. ff. de pec. licet. §. ex causa. & §. sed filius. Hinc est ꝙ pater, qui nõ consensit nominationi filij, non tenetur de illius mala administratione, vt C. libro x. de decuri. filios. si enim patre condẽnato, subueniatur filijs: vt ff. de bo. dam. l. fi. §. si plures. & C. eod. l. fi. ff. de minori. l. iij. §. sed verũ. in fine. §. frater. de pœnis. crimen. ergo filio cõdemnato, subueniendũ est patri: cùm par ratio sit hincinde. ff. ad le. Aquil. illud. presertim vbi ipse nec deliquit, nec delinquẽti cõsensit. extra, de cõstit. cognoscẽtes. extra, de his, quę fiũt à ma. par. c. quæsiuit. C. de pœn. sancimus. extra, de renuncia. nisi. §. personę. Ad idem C. ne ex deli. defun. l. vnica. Item legitimam cuiç dare nõ cogetur: imò etiam peculium filij sibi non aufertur. C. de bo. proscript. l. iij. Preterea legitima non debetur filio, nisi demum mortuo patre: vt probatur & not. C. de sacrosanc. eccl. auth. si qua. & C. de epis. & cle. Deo nobis. §. hoc etiã. nec filio cõtra patrem competit actio propter eã, vt no. extra, de test. c. Raynutius. in gl. retinebunt &c. [a] Imò posset pater omnia bona sua in mari iactando filium legitima defraudare. vt not. C. de inoffi. dona. l. j. Alimenta quoq curiæ non dabit: quia non pater indistinctè tenetur ad illa vbi filius operari vel aliàs sibi sufficere potest: vt in prædic. l. si quis à liberis. §. sed si filius. & §. parens. ¶ Præterea legatum alimentorum non desinit deberi, licet legatarios condemnetur. ff. de capi. dimi. eas. & l. legatum. ff. de ali. & cib. lega. solent. §. debebit. & l. is, cui. imò deportato legari potest: vt ff. de his quę pro non script. ha. l. iij. & argumen. lxxxvj. distin. pasce. Quidam tamen dicunt, quòd legitima ad curiam perueniet: vt C. de bon. dam. l. deportatorum. et hoc duntaxat post obitum patris: alimenta verò statim: vt sic ille tanquam mase meritus, in exemplum aliorum publica egestate laboret: vt ff. depos. bona fides. respon. primo. in fin. sed primum verius. [b] ¶ † Quid 12 si is, contra quem fit executio, nolit rem restituere? Respondeo, manu militari est ei auferenda. & alia etiam remedia dantur. quod dic vt suprà, de primo & secundo decreto. §. iam de effectu. versic. & no. ꝙ si missus. ꝙ si non inueniantur bona in iurisdictione iudicis sententiam exequentis: tunc fit relatio ad iudicem in cuius iurisdi. sunt bona condẽnati: vt ipse per res & facultates condemnati, sentẽtiam exequatur. C. de iudic. properandum. §. sin autem reus. ff. de re iu. à diuo. in prin. & extra, de foro competen. postulasti. & c. Romana. §. contrahentes. [c] quæ relatio fiet per epistolam hoc modo.

13 ☙ FORMA. † Talis iudex [d] tali iudici, salutem in domino. Cùm in causa quæ inter Petrum & Tancredum olim super tali personali actione vertebatur: pro Tancredo contra Petrum diffinitiuam sententiam duxerimus promulgandam: nos eam volentes ex officij nostri debito, debitæ executioni mandari secundùm iuris ordinẽ ipsius P. bona diligenter exequi fecimus & perquiri. Verùm nullis ibidem eius bonis repertis, pro certo didicimus in iurisdi. vestra ipsius aliqua bona fore. Cùm igitur ad vos secundùm iuris ordinem, sit huiusmodi relatio facienda, prudentiam vestram solicitè deprecamur, quatenus eandem sententiam ad ipsius T. petitionem in ministeriũ iuris, per res & facultates condemnati curetis exequi proot decet. Hæc probant in præd. concor. ¶ † Quid si sententia lata sit con- 14 tra monachum: in cuius bonis fiet executio? De hoc j. de sta. mona. [e] in summa. & not. qd in exequendo sentẽtias & alia, ita deferẽdũ est maioribus personis ꝙ iustitia nõ pereat. extra, de offi. dele. sane. iij. q. ix. c. si. extra, de sta. mo. ea q̃. prope prin. Sed si executor formam in exequendo non obseruat, fas est sibi obijcere manus: vt C. lib. x. de iure fis. prohibitum. ¶ Qualiter aũt is cui mandaĩ ꝙ alicui de beneficio ꝓuideat, mãdatũ apostolicum exequetur: vide i. de 15 act. seu petit. §. super actionibus. ¶ † Sed pone ꝙ debitor sit cõdẽnatus: nũquid fideiussor poterit cõ-

uenire? Dicit Vber. ꝙ non intra tẽpus ad soluendũ sibi datũ iar. C. de vsuris rei iud. l. fi. §. fi. sed pòst fiet: arg. ff. de pig. grege. §. etiã. & §. seq. & hoc de iure veteri: sed de iure nouo aliud est, secũdum eũ. ¶ Quid [f] si capiaĩ nomẽ debitoris, ipse verò negat se debitorem: vt no. in prædi. l. à diuo. §. sit quoq. & C. q̃n fis. vel 16 priua. l. j. & iij. ¶ † Quid si sñia debet executiõi mãdari cõtra minorẽ habentem res mobiles & immobiles & nomina: nũquid seruabiĩ ordo? Dicũt quidã ꝙ sic. alij contra, per l. ff. de re. eo. qui sub tu. vel cur. sunt. magis. §. nõ passim. ibi: vel in nominib⁹, &c. [g] ¶ Quid si debitor habet tantũ prębendã vel reditus: nunquid põt capi in causa iudicati? ¶ Rñd. sic. ff. de re iudic. cõmodis. C. q̃ res pig. oblig. pos. spẽ. extra, de fideius. c. ij. Si aũt cõdẽnatus habet alia bona, nõ fiet executio in stipendijs. C. de exec. rei iud. 17 stipendia. ¶ † Quid si habet tantũ feudũ? Dic ꝙ fructus illius possunt capi, in causa iudicati. argu. ff. de leg. ij. peto. §. j. & vide i. de primo & secundo decr. §. restat. & §. videndũ. ¶ Quæ exceptiones admittantur post sententiã contra executionem, vide i. de exce. §. dicto. ¶ Vtrum in re promissa fiat executio, licet promissor velit soluere interesse: no. j. de fruct. & interesse. §. viso. versi. item dicimus.

·SVMMARIVM.

1. ☞ Sentẽtia post quod tẽps sit executioni mãdãda.
2. Sententia in criminibus lata, post quod tempus sit executioni mandanda.
3. Executio sententiæ in seruũ latæ, differri debet, donec domino rationem reddiderit.
4. Executio sententiæ differri debet, dum quis de suo crimine per confessionem est confessus.
5. Venditio rerum pro pignore captarum, post quod tempos fieri posit.
6. Delegatus nõ põt suã sñiam post annum exequi.

Sententia post quod tempus executioni mandetur.

1 VIdendum restat † post quod tempus sententia sit executioni mandãda? Et quidẽ in personalib⁹ regulariter post quatuor mẽses, & nõ añ. extra, de offic. deleg. q̃renó. extra, de sentẽ. & re iud. qđ ad cõsultationẽ. C. de vsur. rei iud. l. ij. & l. fi. in prin. ff. de iudi. si debitori. Interdum [h] tñ quadrimestre tempus, cã cognita arctari põt & elõgari, inspecta qualitate & quãtitate causæ, & personarũ, & locorũ, & tẽporũ: vt in prędic. c. qđ ad consultationẽ. & ff. e. l. ij. Si verò sine iusta causa fiat illius tẽporis abbreuiatio, suppleĩ illud tempus condemnato legis bñficio: vt ff. e. l. iiij. §. si quis. [h] In reali vero actiõe, si nõ est appellatũ à sñia, nec restitutio postulata, si res illa sit pręsens, est statim post decendium executioni mandanda: quoniã tũc transit sentẽtia in rẽ iudicatã: vt Insti. de offi. iudi. in princ. extra. de elec. cùm dilecti. extra, de testa. significaue- 2 rũt. ¶ † Porrò sentẽtia in criminib⁹ lata, q̃ non est ꝑ appellationẽ vel per in integrũ restit. vel ꝑ supplicationem suspensa, statim post decẽ dies est executioni mãdãda. ij. q. j. sicut sine. C. de pœ. cum reis. de pœ. di. j. Adam post culpã. aliàs est sub c. fleat. nisi incontinenti exceptio probãda obijciatur. extra, de testi. veniens. ij. ver. cũ igitur. & extra, de resti. spo. literas. [i] & nisi cũ princeps ex iracũdia tulit sentẽtiã. C. de pœnis. si vindicari. & vj. q. iij. cùm apud. vbi de hoc. Itẽ cũ sentẽtia lata est cõtra mulierẽ pręgnãtem, differĩ executio vsq ad tẽpus part⁹. ff. de pœ- 3 nis pręgnantis. † Itẽ si lata est in seruũ, differtur donec reddiderit domino rationes. C. de bo. proscri. l. ij. Itẽ differtur, quãdo insula est à Principe assignã- 4 da: vt ij. q. vj. §. biduum. † Item differtur, cùm quis est de crimine cõfessus: vt C. de custo. reo. l. ij. argu. cõtra, ꝙ etiã post decem dies nõ sit executioni mãdanda, nisi post xxx. dies: vt in prędic. c. cũ apud. sed illud intellige, iuxta pręmissa. Sed & ante decẽdium potest executioni mandari, in eo. s. casu, quã-

a ¶ Retinebũt &c. Vide ꝙ super ea dixi.

b ¶ Primum verius. Huic quæstioni cõgruè coniungitur quæstio Albe. Gal. extra op⁹ d̃ vxore Titij condemnata ad decẽ. quæ mihi debebat: qualiter fiet executio ęquè, cũ nihil habeat extra dotem. & in dote fieri non potest, quę cõstante mrĩmonio à marito peti non potest. C. de colla. l. cot. & C. si const. matri. dos solu. fuerit. le. vna nec in alimen. C. de execut. rei iudica. l. stipendia. & quę res ob. poss. lege spem eorum. Nõ ob. l. commodis. ff. de re iudic. quę loquiĩ, cum is, cõtra quẽ fit executio, nil aliđ habet in bonis. Itẽ cũ mulier esse debeat in obsequio mariti. de operis lib. sicut. ergo debet tali. Videtur ergo ꝙ nomen actionis de dote, qđ habet mulieri in casum diuortij capiaĩ in causam iudicati. nam spe futuræ actionis, quis donare põt C. de dona. spẽ. ff. de hęre. vel act. vendi. l. noĩa. vel illud nomen vendaĩ ꝓ eo, qđ haberi potest: & in pretio fiet executio. ff. de condic. fur. si seruus. ad l. fal. in quantitate. §. j. res enim tñ valet quantũ vendi potest. ff. ad l. Rho. de iac. l. ij. §. si nauis. ADDE ad quęstionẽ Spe. q̃ scripsit Bar. in l. cũ filius. de ver. obl. & in l. si finita. §. si de vectigalib⁹. & q̃ ibi posui. ff. de dam. infe.

c ¶ §. cõtrahentes. lib. vj.

d ¶ Iudex. In hoc ste proponit scribentem pari.

e ¶ De sta. mona. in q. ij.

f ¶ Quid. Hic incipiunt versic. Albe. Gal. & durant vsq ad vltimũ.

g ¶ Nos b⁹, &c. Dicit Albe. Gal. ꝙ est verius.

h ¶ Videndũ. §. si quis dicit Gul. ꝙ in multis partib⁹ non seruatur, hæc dilatio quatuor mensium.

i ¶ Sententiã. Seueriorem quàm iura præcipiant.

a ¶Notorijs. Ratio huius dicti patens est: quia cũ decẽ dies dẽtur ad deliberandũ an appellare velit. vt patet ij.q.vj.anteriorũ.ꝙ est lex, in aut. colũ. iiij.de app.& intra ꝗ tpa.in prin.cũ certũ sit hunc appellare nõ posse, ad quid fieret hæc expectatio.benefacit ff.ad Vellei.aliqñ.§.fi. Cuius casum vide in principio decre.vbi periculum.de elec.lib.vj. Ad idem ff.de acquir.hæred. cum hęres.§.fi. Et per a prædicta soluitur alia quæstio, an si sñia sit intra decẽ dies executiõi mandet, & post ea etiã intra decẽ dies appellet, an locus sit reuocationi executioni, per decre.non so lũ.de appel.li.vj. De quo eñi executio differri non debuit, vel patet hic factum propter notorietatẽ per appellationẽ precedentem vel sequentem, reuocari non posse. Primũ patet de appel.c.cũ sit. & c.peruenit. & ca. consuluit.

ADDE latius per Oldr. consil. xviij.

do non põt quis appellare in notorijs,[a] vel qñ quis est confessus, vel testibus cõuictus, & argumẽtis superatus: vt ij.q.vj.§.sunt etiã, quorũ. Quod dic vt no.extra, de app. Romana.§.finaũt.[b] & c.cum speciali.§.porrò. Cæterũ in personali actione, cõfesso currit tẽpus à die cõfessionis: vt ff.de cõfes.certum.§.fi. In criminali verò nequaquã: vt ff.de cust.& exhib.reo.l.si cõfes.quoniã ibi est sñia necessaria: vt ij.q.j.nos in quenq; extra, de constit.ecclesia. ¶†Sed quando fiet venditio rerũ pro pignore captarum? Dicit Azo[c] ꝙ post quattuor menses, sicut olim fiebat post duos.& hoc cum capiuntur ex diffinitiua sententia.ff.de re iudi.debitoribus.§.fi. Si verò ex interlocutoria, expectandũ est forte per annũ: vt C.de præscrip.xxx.vel xl.an.si quis emptionis.§.fin. de hoc supra de primo & secũdo decre.§.iuxta. Vel per bienniũ in pignore cõuentionali: vt C.de iure do impe.l.fi. Vel iudex ex suo arbitrio hoc tempus diffiniat, cũ nõ sit diffinitiuũ à lege: vt ff.de iure delib.l.j.§.fi.extra, de offi.dele.de causis. Vel dẽtur in solutũ actori secũdũ T. prout tradidi supra de primo & secũdo decre.§.nunc dicamus.versi.actio igitur.& sequen. ¶†Et nota ꝙ delegat[?] post annum, sententiam suam exequi non potest: infra sic. quod dic vt extra, de offi.delegati.quęrenti.

SVMMARIVM.

1. ¶Executio qualiter in facto consistere dicatur.
2. Auxilium actori vincenti qualiter prodatur.
3. Actio iudicati, ad quid sit vtilis.
4. Executio actiõe i factũ, qualiter & qñ peti debeat.
5. Actio iudicati, ordinariũ auxiliũ est: iudicis verò officium extraordinarium.
6. Litem ex lite oriri, iura abhorrent.
7. Actio iudicati, siue in factum, ex sñia dari censetur.
8. Exceptio dari dicitur, ex sententia interlocutoria.
9. Iudice appellationis confirmare sententiam primi iudicis, an detur actio in factum ex prima sententia, aut secunda.

b ¶§.finaũt.li.vj.

c ¶Dicit Azo. Cuius ver. in Summa, eo.tit.§.pen. quem etiã ponit Tã. vbi §. versic. penul.

ADDITIO. ADDE ad vers.fi.ibi: & nota ꝙ deleg.&c.ꝙ delegatus Principis põt suã sententiã exequi: dũmodo à tẽpore sententiæ intra annũ eã exequatur. Ita tenet Bar. quicqd dicat gl.in l.à diuo Pio. in ij.col.ver.secũdo quęro.ff.de re iudic. Et pro hoc alleg.tex.in l. vlt. C.de iudi. Et qd in delegato nõ à principe, an exequatur suam sententiã, vide Card. Zaba.in c.si quis contra. extra, de for.compe.Hen. Ferran.

Sententiæ executio qualiter, & quo iure petatur.

Breuiter Dicendũ est, qualiter, & quo iure sententię executio petat. Sup quo aduocatũ[d] multũ errare consueuerunt. Solent enim petere sñiarum executiões per actionẽ in factum descendentẽ ex re iudicata.& malè. nã quilibet victor, habet duo auxilia. s. iudicis officiũ, & actionẽ iudicati. Si verò vult executionẽ petere, petat hoc iudicis officio, & sine libello: quia executio in facto cõsistit: vt pbat subtiliter.ff.de re iud.à diuo Pio. per totã l.& sit ibi summaria cognitio, cũ de capiendis pignorib[?] disputat: vt in eadẽ l.§.si super reb[?], nec debet tunc iudex, iudicis partes assumere, sed solũ executoris: vt C.de execu.rei iu.l.si vt proponis. nec libellus admittit: vt j.de li.concept.§.nũc dicendũ. ver.xxv.[e] Sed si proponeretur actio, iam iudex cognosceret in forma iudicij, & desineret esse executor:[f] vt C.de eden.edita ibi: specię futurę litis, &c. et C.quomodo & quando iud.authent.qui semel. extra, de offic.delega.cum super. Aliud est enim causę cognitio, & aliud executio: vt j xxv.q.ij. & si nõ cognitio. Et hoc est quod dicit lex, iurisdicentis officium latissimũ est, nã põt in possessionẽ rei iudicatę mittere.ff.de iurisdi.om.iudi.l.j.& l.iubere. Et quod hoc iudicis officio expediatur, expressum est.ff.de rei ven.qui restituere.in princ.& facit C.de execu.rei iu.l.ij. Hinc est ꝙ ab executore nõ appellat: vt j.§.nunc dicendũ.ver.quid si ab eo executore. Et hoc etiã tenet Vber.de Bo.[g] ꝙ officio iudicis petat. nã secũdũ eũ, tũc agitur pro sentẽtia exequẽda, nõ ventilãda. C.de execu.rei iud.l.ij.ff.de mino.l.minor annis. C.de appella.si cõtra.ff.de re iud.l.iij.§.ait prætor.& §.sequẽ.& quia boni pretoris est, lites minuere.ff.si certũ pet.quidã.extra, de restit.spol.frequẽs. respon.j.[h] ¶†Si quæras quomodo executio consistat in facto: respon. quia iudex pignora capit, & postea distrahi iubet. C.de execu.rei iudic.l.ij.& fi. in qua executione, nec actio proponitur, nec lis cõtestatur. nã si hoc esset, iam lis ex primæ litis materia oriretur. quod lex abhorret. C.de fru.& lit.exp. l.terminato.& extra, de verbo.signifi.cum olim.ff.de re iudi.si se nõ obtulit.§.ait prętor. C.de agri.& cen.litib[?].ff.pro soc.l.fi. ¶†Est & secundũ auxiliũ proditum actori vincẽti, scilicet actio iudicati, quæ aliàs actio in factũ ex re iudicata nũcupat:[i] de qua fit mẽtio.ff.de re iudi.l.in iudicati. C.de vsuris rei iudic.l.fina. C.de compen.l.ex causa. C.de reb.cred.l.actori. Qui autem agit iudicati, aduersarium suũ ciuiliter obligatum sibi ea sententia, & ex quasi contractu dicit: vt ff.de pec.licet.§.antepenul. Sic eum conuenit, & ab eo in forma iudicij dando libellum & litem contestando petit, vt pbatur subtiliter. ff.de petit.hęre.l.item veniunt.§.cũ prædiximus.& ff.de procu.si procurator.ff.de re iudi.miles.§.ij.ff.de pecu.sed si dãnũ.§.fi.ff.de mino.denique.§.sed vtrũ.ff.de iureiu.duobus.§.penulti. ¶†Sed dices, ad quid ergo fuit actio iudicati vtilis? Respondeo, certè, quia per eã petuntur vsurę centesimæ & ipsa sors, si actor hanc viam elegerit. C.de vsu.rei iudi.l.fi. C.si plur.vna senten.l.j. Quod autem hæ sunt duę vię, patet.ff.de re iud.si pretor.in princ. Hoc etiã patet ex ipsis rubricis. nam titu.de senten.est in Codice: quia ex sentẽtia aliqñ actiõe iudicati agit, aliqñ quãdo officio iudicis executio postulatur. in tit. verò de re iudic. tractat de actione iudicati: vt eo.tit.l.j.in aut.de exec.rei iudi tractatur de exec.quę fit iudicis officio secundũ M.de Fan.[k] Hoc etiã patet extra, de seq.& re iud.in ipsa rubrica. ¶†Albe. Pap.[l] autẽ dixit, ꝙ peti debet executio actione in factũ: vt C.qñ ex fac.tu.l.j.vbi videt ꝙ dandus est libell[?] & actio iudicati siue actio in factũ, quę ex re iudicata orit, pponẽda est. C.de iu.& fac.igno.l.j.in fi.vbi dicit, si ex sentẽtia. i.ex actiõe, ꝗ ex ipsa sentẽtia orit, conuenire cœperis. Ad idẽ. C.de reb.cre.actori.& ff.de pig.grege.§.fi.cũ defensore.in fi.ff.de re iud.miles.§.iudicati actio. In his enim legib[?] dixit nõ posse officiũ iudicis inuocari: †quia actio iudicati, ordinarium auxilium est: iudicis verò officiũ, extraordinariũ:[m] ad quod recurrendũ non est, quandiu superest ordinarium.ff.de mino.in causæ.& ff.de eden.quędam. Et bene facit ad hoc.ff.si mulier vẽ.nomine in pos.esse di.l.j.§.primo. Sed ad predictas leges, in quib[?] dicit executionẽ esse petendã per actionẽ in factũ, sic potest responderi, quia illud impropriè dictum quasi dicat, agendo actione in factũ, & super ea sententiã obtinendo, fiet executio mediãte ipsa sententia super actiõe in factũ lata.[n] ¶†Sed secũdum eũ quęritur, qualiter pronũciabit iudex in hac causa? Respondeo, pronunciabit sentẽtiã deberi executioni mandari: quo facto nisi res pareat iudicatis, mãdabit eã executioni ex officio suo: prout traditur §.sequitur

d ¶Aduocati. Pro e uiciæ meæ & Tusciæ dixit Mart. de Fa.super l. ordo. C. de execut. rei iudic.

e ¶Versi.xxv. Et vide qd ibi dixi antè fi.& in fi. ibi vide quid teneat Spe.& quid tenuit dominus meus Azo.

f ¶Executor. Vide j.§.nunc dicendum. versicu.sed pone iudex. vltra medium.

g ¶Vber.de Bo. vt refert Homobo.l.j.C.de iur.& fac.igno.hoc tenuit cõtra Alb. Pap.de quo sequitur in publica disputatione do.Iac.de Salerno.

h ¶Frequens. Respon.j.lib.vj.

i ¶Nuncupatur. Vnde dixit Homo bo.vbi j.ꝙ inter ista duo cõtentio de nomine pertinacibus est relinquenda. C.de cõstit.pecu.l.ij.ad fi. Decẽ aũt, quæ in hoc requiruntur, numerat Ros.vbi j.in prin.quæ per positiones patent.j.de senten.& re iu.ver.actor ergo.

k ¶M.de Fa. cuius fuit totũ qd præmissum est, exceptis trib[?] versiculis, vbi de Vber. loquit: & ei[?] etiã fuit respõsio, ꝗ sequit. vt ibi dicã.

l ¶Albe. Pap. & Ros.ibi, ꝙ in tota vlti col.hanc materiã psequit, prętermittẽs formã libelli, in actione hac, & demũ obijciendo, & soluendo plenè ruminat hũc casum

m ¶Ordinarium. Hoc verũ, qñ imploratur p bñficium restitutiõis ab ecclesia vel minore.& vide j.de offic.iu.§.j.versi.sed opponit. Inquantũ verò duplicatur auxiliũ, dicebat Ros. interesse: extra habere plura auxilia, etiã si alterum inutile sit.ff.de serui.ci fundo.delibe.le.l iij.als quarta.in fi. Vnde filius in potestate præterit[?], habet duo auxilia: vnum ex iure ciuili: aliud ex pretorio. C.de lib.præ.l.fin. Addebat Guid.de Suz.vbi j.xij.j.in fi.ff.ne vis fiat ei, q in pos.mit.l.iij. in prin. vbi missus habet interdictũ, & sine interdicto iudicis officiũ. Est simile de resti.in ĩte.c.ij.li.vj.& de app.concertationi.eo.lib.

n ¶Lata. Verba Mart.de Fa. rñdẽtis ad l.pen.C.de arbi. sic iacebãt. ĩpropriè loquit, quasi agẽdo actiõe in factũ & p officiũ iudicis obtinẽdo sñiam, faciet arbitrium mediãte sententia super actiõe in factum lata executioni mãdari. Nescio ad quid hæc implicatio sententi ꝙ agi possit vtraque via: licet in preęligendo sit discordia. vnde Gui. de Suza.in l.j.C.de iu.& fac.igno.dat optionem victori.allegat.C.de execu.rei iudi.l.ij.de vsur.rei iudi.l.etiam.l.ij.idem vbi j.respon.j.in fi. sibi tamẽ plus placet officium iudicis de iure & consuetudine.

ADDE Alexan.consi.lij.lib. Sed vide Roma.consi.clxxiiij.

a ¶ Executione. Dixit Albe. Gal. clarius, quòd ſententia eſt de executione ſententiæ principalis, & pars, &c.

b ¶ Petitio. Vide quod ſcripſi poſt Inno. de iudi. ga V. in gl. ſcias quod cã.

c ¶ Et certè Ponit verba Vber. de Bona. vbi ſ. & aliquis ex his caſibus no. de re iudi. quod ad conſultationem. in vlti. glo.

d ¶ Coll. viij. & in cle de app. q̃ſdam.

e ¶ Qũo. Mihi incipit, quæritur. & verſicu. vtrobique incipit, perſiſtam.

f ¶ Veniens. Vide in gl. niſi aliquid.

g ¶ Fideicommiſ-ſum. Proter alias leges, ſic incipientes.

h ¶ Papa. Quidam hic habent, nõ à papa: ſed ſine nõ debet eſſe. quod probat id, quod ſequitur. & ſine non poſuit Vber. de Bona.

i ¶ L. j. cũ bona intelligantur, quæ habentur, & quę heant vel beatos faciunt. ff. de ver. ſig. bonorum. t. quo poteſt bonis cedere, nil habens vel habens quod ſufficiat ad creditum: & quo per talem actũ ipſius impediri poteſt executio? Rofr. ſuper ti. de actoribus. in fi. ad primum rñdet inueniri ſimilia. nã & fit miſsio in bonis, etiam ſi nulla ſunt bona. ff. de bo. auc. iu. poſſ. cũ vn⁹. §. vlt. Et eſt actio de peculio et ſi nil ſit in peculio. ff. de pecul. l. quęſiuũ. Et quo ad ſcdm, dico quod act⁹ ceſsionis ſi aliqd eſt in bonis, parat viam exceptioni quo ad illa, ſi nil eſt in bonis, ceſsio nõ īpedit executionē, ſed īpoſsibilitas facit pceſsione denudata. vt no. d. ſo. Odoard⁹. ī iij. gl. & ſic nõ ſimplicr ſuo ſctõ īpedit executio. hac autē ceſſio, vt detrudaſ in carcerē: vt ī p. l. j. poſt ceſsionē aũt h3 beneficiũ ne ex poſtea q̃ſiti cõueniat, niſi inquantum facere põt. ff. de ceſ. bo. l. is, qui. ij. Et hac ratiõe ſatis placet aſſertio dicentiũ ceſsionē bonorũ non fieri creditoribus non inſtātibus vt carcerentur & multò minus eis, cùm per eã fraudentur in acquirendis, per beneficiũ ceſsionis: vt ibi de hoc per Cy. in prę. l. j. C. qui bonis. j. q. viij. & aliquid ibi in fi. no. Iaco. de Are. An huic beneficio ceſsionis renunciari poſsit: remdi ſ. de renun. & conclu. ver. item eſt beneficium. in fi.

§. ſequitur. Sed cõtra, quia ſic res in infinitum abibit. nam ſi poterit ab hac ſententia appellari ſicut à prima, & qualibet alia. C. de tranſactio. fratres. C. de peda. iudi. placet ſecũda quæſtiõe ſexta omnis oppreſſus. & capitulo ad Romanã. & ſic lites ex litibus oriẽtur: quod tñ eſſe non debet vt ſuprà: & ſic nullus erit litium finis. Sed ipſe reſpondet, quod ſententia eſt [a] de executione[a] & pars executionis. ergo ab ea appellari nõ poteſt, niſi modus excedatur vt ſ. §. ſecundo. verſic. quid ſi ab. Tertij dicunt, quod ſi is, pro quo lata eſt petet eius executionem: tunc non dabitur libellus: vt C. de execu. rei iud. ordo. Si verò is, qui ei ſucceſsit, eam petit agens ex ſententia, vel etiam conuẽtus ſucceſsit condemnatus: tunc quia poſsit dubitari de ſententia, dabitur libellus, id eſt, petitio:[b] non tñ cum magna ſolennitate fiet iudicium. Idem fortè põt dici, cũ petitur executio ſententiæ ab eo, qui ſucceſsit proferẽti eam. C. de re iudica. l. geſta. ff. de iudi. mortuo. & l. ediĉũ. & idem qñ petit executio ab alio iudice, non ab eo, qui ipſam tulit, vt ſ. eodẽ titu. ver. ſed pone iudex. de hoc vt j. de libel. con. §. nunc dicendum. verſi. xxv. ¶ [7] † Sed cùm ex ſententia detur actio iudicati, ſiue in factum, vt ſuprà, & C. de re iu. l. prima. & etiam exceptio, vt patet C. de arbi. l. cũ antea. & ff. de exceptio. rei iu. per totũ. quæritur an ſententiæ interlocutoria, quæ auxilia pro ea ſeruãda dabuntur: dic quod actio in factum, vt hic dicit. C. de reb. cre actori. Nam ſi datur ex iuramẽto, prout ibi dicitur: multò fortius ex iuſſu iudicis. & facit C. de re iudi. ſi pecunia. Nã ex ſola confeſsione dat actio. C. de cõfeſ. l. prima. tranſit enim interlocutoria in rem iu. vt extra, de ele. cũ dilecti. ¶ [8] † Datur etiam ex interlocutoria exceptio. ff. de ne. geſt. l. inaut. §. ſi quocunque modo. tñ ibi loquitur in diffinitiua. Ad idem ff. de re iud. quod iuſsit quia ſi ex ea datur actio, multo fortius exceptio. ff. de ſuperfi. l. j. & quod detur actio & exceptio, probatur in pręd. l. cùm antea. Item etiam pręceptũ confeſſo factum. executioni mandatur, & ex eo actio naſcit, ſicut ex ſentẽtia. C. de exe. rei. iu l. fi. ſ. de re iud. §. poſtremò. ¶ [9] † In premiſſa aũt actiõe in factum. dicunt quidam referre an in ſententia ſit cauſa adiecta: & tunc datur actio ex primo cõtractu. An non & tũc datur actio in factũ. arg. ff. de iureiu. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. ¶ Sed pone, appellatum eſt à ſnia, demum iudex appellationis eam cõfirmat quæritur ex qua ſententia detur actio in factum, an ex prima vel ſcda: Rñ de hoc tetigi ſ. § nunc dicendum. verſic. ſed pone quod. Vtrum aũt iudex poſsit cõfeſſo precipere ſub poena, quod ſoluat: dixi ſuprà titu. proxi. §. ſpecies. ver ſed nũquid. & vide quod no. j. intra. li. in titu. de re iud. ver. porro. ¶ Vtrũ actio iudicati detur procuratori. no. ff. de procu. l. ſi procurator. Item an detur contra eum, not. eo. tit. Plautius.

SVMMARIVM.

1 ☞ Executio ſententiæ per legitimam appellationẽ impeditur, aut cum appellatione pendente ad arbitros itur.

2 Poſtulatio reſtitutionis in integrũ, an impedire poſſit ſententiæ executionem.

3 Ordinarius an poſsit ſententiam exequi, in rebus extra ſuam iuriſdictionem poſitis.

4 Condemnationis exactio, differtur, donec debiti exiſtat conditio: ſecus in tabulis conditionalibus exhibendis.

5 Iudicati actio, quo caſu denegari poſsit.

6 Sententia per doloſam allegationem obtenta, aut cõtra iuſtè impeditũ, & iure abſentem lata, an citò ſit exequenda.

7 Exceptio ſimulati, quo caſu poſsit contra ſententiam opponi.

Exceptio perẽptoria, an poſsit poſt ſnīam ꝓponi.

8 Oppoſitio de re non tradita, an impediat executionem ſententiæ pro venditore latæ.

9 Ædificans bona fide in ſolo alterius, ſi condẽnetur ad reſtitutionem, an in exceptione poterit opponere de expenſis.

10 Poſſeſſor qualiſcunque, an poſsit debitũ offerre.

11 Executori opponens ſententiã per inſtrumẽta falſa, vel teſtes falſos latam, an ſit admittendus.

12 Executio ſententiæ qualiter impediatur.

Poſtremò dicendum eſt, quę executionẽ ſententię impediant. [e] Et certè primò eam impedit appellatio legitima, extra, de iureiu. venientes. & de app. ſolicitudinem. ij. q. vj. appellatione. ff. ad Turp. l. j. extra, de re iudic. cũ. ſ. eo. ticu. § j. in prin. quia ea interpoſita, iudex (ex quo ſibi de appellatione facta fuerit fides) non exequeſ ſententiam intra annum vel biennium. ff. nil no. ap. pen. l. vnica. C. de temp. appel. auſ. ei, qui. quod eſt ij. q. vj. extra, de app. cùm ſit Romana. ſed nec poſt annum vel bienniũ, ſi cauſa appellationis in cõſiſtorio principis agitſ: vt extra, de app. ex inſinuatione. ij. q. vj. anteriorum. & C. de temp. ap. auſ. ſed lis. ¶ [1] † Idẽ eſt ſi pendẽte appellatione ad arbitros eaſ: quia nec fatale tẽpus tũc currit in auſ. de appel. §. deinceps. col. viij.[d] ¶ Idẽ etiã ſi ſtetit per iudicem, quo minus in appellatione procedatur. in auſ. vt ſponſar. §. hoc quoque. colla. ix. ¶ Impediſ etiã ſecundùm quoſdã, niſi afferat ſuas probationes paratas, quod res ſit ſua, vel quod eſt in poſſeſsione ipſius. Aliĩ tñ cõtra. De hoc plenè ſecũdũ papã extra, de re iu. cũ ſuper. in glo. q̃uo.[e] ꝓpe fin. & de ſpõſa. veniens.[f] j. in fi. j. ver. vij. ¶ [2] † Secũdo ſi in integrũ reſtitutio ſit poſtulata. C. in integ. reſti. poſt. ne quid noui ſi. p totũ. licet ſit cõtra extra, de in integ. reſti. ſuſcitata. ſ. e. §. j. in prin. ¶ Tertiò ſi actio iudicati, iure reuocationis introducta ſit in nouã petitionẽ: vt ff. de mino. minor aũt xxv. an. cui per fideicõmiſſum.[g] reſpõ. j. ff. de re iu. l. iiij. §. ſi ex conuẽtione. ¶ Quartò, ſi fuerit ſupplicatũ, vt ſ. §. j. in princ. ¶ Quintò, delegatus à papa[h] vel Imperatore, ſi velit exequi ſentẽtiã à ſe latã. ff. de re iudi. à diuo Pio. in prin. Cõtrariũ eſt tñ ſecũdũ canones, vt ſuprà. §. nũc dicẽdũ. ¶ [3] † Sextò, ſi ordinarius velit exequi ſuã ſentẽtiã, in rebus extra ſuã iuriſdictionẽ poſitis. ff. de bo. auſ. iudi. poſsi. cũ vnus. § is, qui poſsidere. C. de iudic l. properandũ. §. ſin aũt reus. ff. de iur. omniũ iu. l. fi. extra, de foro cõpe. Romana. §. cõtrahẽtes. ij. q. vj. leges. ¶ Septimò, ſi ſup reb⁹ ab executiõe captis, q̃ſtio moueatur, & ſint ei⁹, qui cõtrouerſiã mouet, vel habet cõdemnat⁹ alia bona, quæ ſine cõtrouerſia capi poſſunt: ſed hęc executio nõ differſ, niſi ad tps tñ, quę dic vt ſ. §. ſequiſ. ver. ſi aũt. ¶ Octauò, ſi condẽnat⁹, ſuorũ bonorũ facit ceſsionẽ. C. q bon. ce. poſ. l. j.[i] ¶ [4] † Nonò, ad tẽpus differſ executio, vt pcedit in cõditionali chyrographo ītellecto. ff. ad l. Aquil. l. in lege Aquilia, ſi deletũ. Nõ differſ condẽnationis exactio, donec debiti exiſtat cõditio. Secus tñ eſt in eo, qui cõdemnaſ in tabulis cõditionalib⁹ exhibẽdis: quia non differſ condẽnatio intereſſe: imò poena cõtumaciæ praſtaſ ab eo, qui nõ exhibet. ff. de tabulis exhi. l. locum. §. condẽnatio.[k] ¶ Decimò ſi fullo vel cõmodatarius eſt in locata vel cõmodata re condẽnatus; & poſtea cõmodator & locator inuenit rem locatã & cõmodatã.[l] ar. ff. de cõdic. ſine cã. l. ſi fullo. ff. cõmo. in commodato. §. fina. & l. rẽ. rñ. j. ¶ [5] † Vndecimò,[m] in conuẽto à multis, actiõe noxali. nã præſtãdo ſeruũ ei, qui primò vicit, cæteris poſtea vincentibus iudicati actio denegaſ. ff. de noxa. ſi quis à multis. l. idẽque põt dici in conuento à plurib⁹, actiõe reali. ff. de rei ven. is, à quo fund⁹. Idẽ eſt ſi qs in actiõe noxali cõdẽnatur in æſtimatiõe damni, ſeruum intra quadrimeſtria tempora pro noxa dedere: vt ff. de pe. hæ. itẽ veniunt. § idẽ rectè.[n] ¶ Duodecimò, ſi objiceretur quod facta eſt trãſactio poſt ſnīam[o] ar. ff.

k ¶ §. condemnatio. Expedit enim tabulas teſtamenti exhiberi, etiam ſi cõditionale ſit legatum ad probationē exhibentur, non ad exactionem.

l ¶ Cõmodatam. ſ. non fiet executio prædictæ conditionis, & no. quod ſequiſ, arg. ff. & c. non enim ponit caſum illarum legũ ſed arguit ex illis. Vbert. dixerat. argu. ſumme ff. &c.

m ¶ Vndecimò. caſus in hoc verſic. comprehenſi, faciunt ad ſolutionē Iaco. de Bel. quam vide C. vt intra cer. tẽp. cri. q̃ſtio terminetur. vt ſ. ex duob⁹ vulneribus, duobus vno impetu illatis, cũ per ſtatutũ vulneranti amputari debeat man⁹, cũ qua percuſsit licet ambo accuſentur ad vnius perſecutionē manu amputata, ab alterius accuſatione, & ab obſeruatione iudicij, debet abſolui.

n ¶ Idem rectè. Hucuſque Vbert. de Bona. id, quod ſequiſ, cepit ab Hoſt. in ſumma de offic. delegat. §. quæ delegati. ſub verſi. finis.

o ¶ Sententiã. Supra, & erat caſus, ſuper quo trãſigi potuit: puta quia erat appellatum, vel poterit appellare; vel negabat iudicatũ, vel petitor id ignorabat. ff. de condi. indebi. l. elegantes. §. ſi quis.

a ¶ §. iuxta. Est sciendū q super illum §. Vber. de Bo. quærit an petens executionē sententiæ, necesse habeat admittere defensorē, qui se offerat pro condemnato? Arguit q sic, ex illo §. & quia publice vtile est absentes a quibuscunque defendi. ff. de procur. seruū quoque. §. publice. In contrariū alleg. ff. iudi. sol. l. iij. in tamen. in prin. vbi condemnato fideiussore, reus ad defensionē nō admittitur. Itē in bonis rei damnati, nō sunt iura executionem fier. ff. de re iudi. à diuo. & §. si se. & iura, quæ admittunt defensores in quibus loquuntur, cūm ventilatur actio, non cūm petitur executio: alias non esset finis litium: cūm finita causa cū isto defensore a veniret postea secundus & tertius successiuè, côtra c. id. C. de transactio. fratris. & de dolo & contu. l. finē. Itē nō debet ex obligatiōe oriri obligatio. vt præd. l. si se. §. ait prætor. facit l. minor xxv. an. & C. de exec. rei iudic. l. ij. soluendo tenet per l. ff. de fideiusso. pro venditiōe. q admittetur defensor, si facere velit, qđ dominus faceret, aliquātulū plus, scilicet satisdare. sed si hoc faciet, rectè defendet ff. de procurat. sed & hæc. §. defendere. & l. fi. & de iudi. l. rectè defendi. Sed dominus aut solueret, aut inchoaret sententiā. Ad hoc ergo faciendū, admittendus est defensor. Audietur ergo dicēs actorem habere rem petitam: vt hic sequitur, versic. xvij. vel aliam exceptionē dolo opponere, paratus probare. In his enim & similibus hic expressis, audietur: in alijs nō, sed fiet executio. C. de appella. si cōtra maiorem. Si enim vellet litem contestari super actione iudicati, vel facere quæ dominus non posset, non admittetur, secundum eū.

de in ius voc. neque §. j. ¶ Decimotertiò, si dolose aliquid executor egit. ff. de neg. gest. l. iij. §. si executor. 6 ¶ † Decimoquartò, si per dolosam allegationē obtinuit is, pro quo lata est sententia: vel si is, contra quē lata est, iusto impedimento detentus absens fuit. ff. de iudic. si prætor. §. fina. alias est lex, si per dolum. et extra, de re iudica. cūm Bertholdus. §. postmodum. ¶ Decimoquintò, si executor modum excedit in exequendo, vel sententiā male interpretādo: & breuiter in omni exceptiōe, quæ potest contra executionem opponi, quæ dic vt no. extra, de re iudic. quod ad consultationem. & j. tit. proxi. §. in quib. versi. v. ¶ Decimosextò, vbicunque sententia dicitur esse nulla: quod fit multis modis. quod dic vt s. tit. proxi. §. iuxta.[a] & §. sequen.[b] ¶ Decimoseptimò, si res petita peruenit ad actorē. C. de re iud. l. j. ff. de cōdic. sine causa. l. j. & ij. & vide alia s. tit. proxi. §. fin. & s. eo. §. j.[c] ¶ In causa autem criminali differtur executio in casibus s. vt s. §. videndum. versicu. pone. 7 ¶ † Illud autē quæritur, ecce debebā tibi decē per publicum instrumentum: solui tibi: & fecisti mihi apocham siue instrumentum, in quo confessus es tibi solutū esse: nūc petis à me decē per illud instrumētum debiti, quod apud te remansit nō cancellatum: ego non possum inuenire instrumentū solutionis, & sic tibi cōdemnor: Iudice autem volente exequi suam sententiam, inuentum est instrumentū, & peto sententiam retractari: quæritur an possum[d]. Et videtur quòd non. nam prætextu instrumenti de nouo reperti, lis sopita restaurari non debet: vt extra, de re iudi. inter monasteriū. & c. fe. C. de trāsac. sub prætextu. nec post sūam potest peremptoria exceptio proponi. C. sen. resc. non pos. l. peremptorias. nisi in casibus, qui not. s. de except. §. dicto. versicu. hoc tamen. inter quos iste non est. Super hoc dicūt quidam, dari mihi vtilē actionē ex edicto de edēdo, ad interesse, ad similitudinē directæ, de qua dicitur de eden. si quis ex argētarijs. §. ex hoc edicto. Alij dicunt me restituendum cōtra sententiam: vt ff. de iudic. l. si prætor. §. Marcellus. Vel dic quòd aut allegaui corā iudice solutionē factā esse: & iudex huiusmodi allegatione reprobata, me condēnauit: & tūc prætextu instrumenti reperti, nihil dicere possum. Aut hoc nō allegaui: & tunc possum. arg. ff. de neg. gest. l. finautē. §. si quocunque modo. Caute ergo faciat, qui in casu præsenti dicit iudici instrumentum solutionis perditum esse: quia sic lata sententia cōtra eum, ex instrumento reperto contra illam poterit se iuuare. C. de fi. instru. l. fina. Posset etiam dici q si iam post sententiam soluero, instrumento inuēto potero solutum repetere condictione sine causa. ff. manda. si fideiussor. §. in omnibus. Vnde cūm detur soluti repetitio: multò magis dabitur non soluti retentio. ff. de superfi. l. j. & vide ff. de re iud. l. post rem iudicatā. & ff. de iureiur. admonendi. C. de sen. 8 tē. aduer. fis. laus. l. j. C. de re iu. l. sub specie. ¶ † Itē[e] pone, emptor condemnatus est venditori, ad pretium rei agenti, quæ sententia in rem transiuit iudicatam: & dum executioni mādatur, opponitur de re non tradita ad impediendam executionē. Quæritur an possit. Dicunt quidam q sic, argu. C. de cōpen. ex causa. cūm habeat emptor actionem ad rē petendam nec de eius interesse sit quæsitum. ff. de except. rei iudic. duobus. Et ad hoc ff. de iureiuran. si duo. §. pe. & antepenul. ff. fa. ercisc. ex parte. ff. de rescin. ven. fundus. Alij contra, argumen. C. sen. rescin. non pos. peremptorias. & C. quorum app. nō reci. l. j. Sed licet non possit impediri executio, poterit tñ agi ad rei traditionem, iure actionis. argu. ff. de ac. emp. & ven. l. Iulianus. §. offerri. & vide quod no. ff. ex quib. cau. in pos. eatur. l. Fulcinius. §. secundo. Nec obstat prædicta l. ex causa. quia hoc casu nō 9 est hinc inde quātitas. ¶ † Quid si bona fide in tuo solo ædificaui, & condēnatus sum tibi ad restitutionem, nec opposui exceptionē expēsarū, quod potui, vt infrà, de expensis. §. primo. versi. si autē fiant. numquid potero in executione opponere?[f] Rñde. sic, secundùm M. qui dixit dari vtilem actionē, vt nota. ff. de condic. inde. si in area in fi. quia de iure meo non fuit quæsitum: vt in prædicta l. duol. ut. & eodem titulo. l. penult. § finali. secundùm Ioannem contra, vt non habeam. nec videtur quod post sententiam possit hæc exceptio opponi, vt suprà. 10 De hoc ff. de rei vendicatio. in fundo. ¶ † Item quid si mihi condemnatus es in hypothecaria actione, & adiudicata est mihi domus in causa pignoris, nec dictum est quòd possit mihi debitum offerre. Et videtur quòd nō, donec suscipias iudiciū

b ¶ §. seq. Contrarium vide quod scripsi de offi. delegat. cūm in iure. post glo. Terminauit Ros. bene in sua q. xlv. & Gui. de Suza. post eum vbi s. quòd si verum statutum dat certam formam sententiandi, & aliud iubet sententiā intra tempus executioni mandari, nō obstāte aliquo statuto sententia, in qua constat formam primi statuti non fuisse seruatam: executioni non mandabitur, nec primum statutum dicatur sublatum. alleg. ff. de verb. obliga. doli clausula. & de leg. iij. si quis in princ. In dubio verò præsumitur pro sententia. ff. de inoffic. testa. si pars. de re iudic. in ambiguis. de ele. bonę. versicu. contra legati. C. de execu. rei iudi. l. ij. ff. de re iudica diuo. Ad primum dictum bene facit de iureiur. venientes. Ad secundum optime. C. de fide instrumen. & iure hastæ fiscalis. l. j. & ij. lib. x. Item vide quod dixi s. tit. j. §. vt autem super forma, quoniā talis. Item scias q de executione nullitatis, de qua generaliter loquitur author, prouisum est hodie per cle. de re iudi. c. j. quòd executio sententiæ bis confirmatæ per iudices appellationis, impediri non potest per exceptionem vel actionē nullitatis, nisi prius facta executione. de quo dicam j. tit. j. §. quol. s. ver. sed secundum. Vltra hoc sciendum quod Gui. de Suza. in l. j. & C. de iur. & fac. ign. dicit nō procedere, quod de nullitate dicitur, qñ statim de illa potest fieri fides: tunc enim, & nō aliàs, impeditur executio. ff. ad exhi. l. iij. §. ibidem. ad Trebel. ille à quo. §. si testamento. vt in poss. lega. l. l. is, à quo. in princ. C. ad l. e. Cor. de fal. l. satis aperte. Probabit autē, secundū eū, nullitatem is, qui illam allegat: cū præsumat pro sentētia, vt s. dixi. Item scias q Gui. de Suz. vbi s. rubr. vlt. ante fi. addebat hos casus executionis non petendæ, quando contra eum factum erat pactum de non petendo ff. de ædil. edi. quæritur. §. si venditor. vbi dicitur quòd cetum tentibus, &c. Alias, si obstat præscriptio xl. annorum transactorum post sententiam C. de præscri. xxx. vel xl. anno. l. vlti. Tertius, si facta erat solutio, per quā omnis tollitur obligatio. Insti. quib. mod. tol. obl. in prin. & ff. de re iud. l. iiij. §. at prætor.

ADDE, quòd hāc addn. in prima sui parte, sequitur Paul. de Ca. consil. xv. vbi cōsuluit quòd stante statuto, q iudex teneatur sententiam proferre purè, & nōd sub conditiōe: aliōq statuto caueatur q sentētiæ executioni mādentur, nulla exceptione obstante: quòd per hoc primū statutō est sublatum quum si ferat sentētiā sub cōditione sit nulla: quo verò ad aliud quòd executio impediatur, cūm quis incontinenti offert se probaturū: aut non, adde Abb. consil. lxx. ii. libr. Oldr. consil. cvi. vbi pulchrè de. j. de re iudi. Vide etiā Pe. de Anch. consi. lxxii.

c ¶ §. j. Non debuit omitti casus decre. pia. de exce. lib. vj. §. pen. vbi exceptio excommunicatiōis impedit executionē rei iudicatæ. Et facit pro dicto Gui. de Suza. q tenet in quæstionib. statutorū, mihi sub litera v. quòd petenti executionem sententiæ obstat exceptio statuti, per quod sibi ius reddi non debet. alleg. ff. ad Mace. l. tamen si non opposita. & ff. de re iudic. Nesennius. Item Guliel. Accur. q. quæ incipit, Capitaneus antiani &c. vterque hanc exceptionem vocat anomalam quia pœna erat ad quinquennium.

d ¶ Possum. Hanc q. plenè tractat Cy. de condi. inde. l. j. sub tertia oppositione. & vt ibi dicit Iaco. de Ra. & Pe. de Bel. tenebant illum non audiri, vel executionem non impediri de iure per l. sub specie. hic allega. in fine. & per l. argentarius. §. eum autem. ff. de eden. Quomodo inducitur ibi vide. & dictum Iac. de Are. distinguentis an ipsi creditori facta fuisset solutio, an suo authori. Cy. videtur q etiam si creditor non fuit in dolo p sententiam latam ex falsa causa, competet restitutio, per not. ff. de acqu. hæred. si is, ad quem. in fi. ff. ad Trebel. seruo inuito. §. si prætor.

ADDE quando contra sententiā possit opponi exceptio simulati, Pe. de Ancha. consi. cclx.

ADDE pro hac quæstiōe, quā notabilē dicit do. Abb. Sicu. in c. suborta. & ibi etiā nouissimi extra, de re iud. vbi pulchrè examinat hanc quæstionem.

k ¶ Conquestione. Vide quod no. titu. cùm ad sedem. in fi. pen. gloss. Et ad saturitatem vide per Archi. in præd. versicu. de poss. Ad id autem, de quo etiam ibi tractatur, ꝙ ex quo lex illa est canonizata, scilicet vbi s. seruãda sit etiam in ecclesiastico foro. vide per ea, quæ scripsi extra, de rescrip. c. ij. super gl. pe. nõ enĩ fuit tanta authoritas Gratiani ꝙ hoc posset. Item ipse intellexit sententiã in casu illius legis esse interlocutoriã. qđ reprobãt Azo & Accur. in l. præ. in fi. j. gl. Itẽ ad id, qđ allegat de modico præiudicio, vt ꝓpter id vitet appella. rñ. per id qđ no. in l. præd. in vlt. gl. quæ tenet restitutionẽ contra talẽ sñiam dari minori. & facit quod statim dicam. Item præiudicium exprimit ibi glo. circa mediũ, scilicet si contingeret in iudicio proprietatis probationes esse paratas. Negari ergo non potest deteriorem conditionem illius, qui sit de possessore petitor.

A D D E an appellari possit à sententia momentaneæ possessiõ is, Ang

consi. xlv. B. consi. cccxxvj. in fine. ij. lib. Roma. cōsi. cccxxiij. Fede. de Senis consi. lxxvj.

a ¶ Ros. Vbi de interdicto vnde vi, vltra mediū versicu. quaeritur autem an dictum Accur. in prae. l. de momē. pos. recedere videtur in idem. sed Gul. de Suza ibi tenet quòd si agitur possessorio conditione ex illa lege, dato quod sequatur proprietatis perditio nō poterit appellari: cum causa originalis, & nō accessoria sit inspicienda. allega. C. ad Maced. filius. ff. de dona. quid, quòd in princ. & ff. quod vi aut clā. pam origo. Item principale per accessorium non recipit immutationem, sed econuerso: dic vt dicā īfrà versic. quid si victus. Itē quia violentus ex delicto suo non meretur habere iura. C. de hered. l. prima. & l. curiales. ff. de inter. & rele. l. relegatorum. § fi. Et pondera quod dictum Simo. Vicē. super l. si quis. nō est hic contrarium. loquitur enim qñ agitur actione in factum. descendente ex interdicto vnde vi. Quaerit etiā ipse Gul. quid si egi cōtra te petitorio & possessorio recuperandae vel adipiscendae simul, & in vtroque fuisti mihi condemnatus, & appellasti: nunquid fiet contra te in possessorio executio, appellatione non obstante? quod videtur, per praedictam legem. Tenet contrarium vt sic nil nouetur tali appellatiōe pēdente. C. eodem. l. ij. §. nil innoue. appella. penden. l. vna. Nec obstat l. praedi. quae locū habet, cum causa possessionis est principalis: haec autem erat accessoria proprietati, ex quo simul proponebatur, de causa posses. cūm dilectus. & quod ibi no. in vltima glo. sequatur ergo accessorium principale. de regu. iur. accessorium. libro sexto. Tenet etiam ibi Gul. quòd contra sententiam bene competeret exceptio doli, si in hac causa per dolum esset obtenta. dans pro regula omnia remedia, praeter appellationem competere, contra sententiā momentaneae possessionis. Cūm enim sola appellatio denegetur per legem illam, quod in alijs mutatum non est, stare non prohibetur. C. eodem titu. praecipimus. & de test. sancimus. Pro hoc facit quod tenet ibi gloss. vlti. beneficium restitutionis contra talem sententiam minori competere: & hoc ad id quod §. proxi. dixi summè iustificat ius nostrum, & Canonistarum opinionem.

appellari, vt ibi. Si autem tangatur petitorium: tunc sic, quātum ad partē illam, secundum Ros.[a] Tu dic appellari posse: vt suprà, versic. proxi. ¶ 9 † Septimò, non appellatur à nominatione publici muneris, quod est vtilitate priuatum: vt est in tutela, vel cura. ff. quando app. sit l. prima. §. si quis. Institu. de excusa. tuto. §. qui intrinsecus. Secus si sit publicū authoritate et vtilitate. C. de app. l. quarta. & l. qui ad ciuilia. & l. nominationes. secunda quaestione sexta. nominationes. Sed in primo casu debet se excusare intra quinquaginta dies: & nisi excusatio admittatur, appellet. ff. quando app. sit. l. j. §. si quis. secunda quaestione sexta. capi. biduum. in prin. ¶ 10 † Octauò, quando res dilationem non capit. ff. de app. reci. vel non. l. fi. puta vt excommunicatus absoluatur. extra, de app. qua fronte. & de sentē. excom. sacro. vel ne testamentum aperiatur, ne scriptus haeres in possessionē mittatur. ne frumentum in subsidium militum transmittatur, vel ne fiat id quod edicto perpetuo continetur, vel ne pignus à creditore vendatur, vel ne funus sepeliatur. ff. de app. reci. vel nō, l. fi. C. quo. ap. nō reci. l. quisquis. quae est ij. q. sexta. §. sunt etiā, quorum. versic. si quis etiam. extra, de sepul. ex parte. C. de sepul. vio. l. fi. & authenti. item qui demon. & authentica sed nec ante. ¶ 11 † Sed nunquid quando iudex decernit alimenta praestari, vel aliud decretum interponi, super his, quae habes ff. de offi. ci. eius, cui mand. est iurisdic. poterit ab eius decretus appellari. Dicit M. de Fa. quod non: quia talia non capiunt dilationem. ff. de app. reci. vel non. l. fi. ff. de re iudi. l. secūda. ff. de fer. eadem. extra, de app. qua fronte. quia nec appellatur à sententia lata, vt annonę, deinur, vt iam dixi. Alij dicunt quòd à sententia super alimentis data, appellari potest. argu. C. de app. & in maioribus. Tu dic quod si petantur alimēta officio iudicis, tunc obtinet sententia M. de Fa. quia tunc summariā fit cognitio: vt ff. de his, qui sui vel alieni iur. sunt. l. si iudex. ff. de liber. agno. si quis à liberis. §. solent. extra, de accu. ex parte. & c. pen. & fi. xvij. q. vltima. §. fi. nisi diceretur iudicē modū excessisse: quo casu iterum praestabūt. ff. de inoffi. testa. si instituta. §. pe. ff. de li. agno. si neget. Si verò petantur iure ordinario, tunc praeualet sentētia aliorum.[b] ¶ Sed nunquid vbi agitur iudicis officio inter patrem & filium, & inter patronum & libertū, & de cautione damni infecti, potest appellari? De hoc supra, de offi. iud. §. primo. versicu. sed an in eisdem. ¶ 12 † Sed nunquid in actione, ad exhibendum condemnatus, appellare potest? Et videt quod nō: cūm nec in possessorio appelletur. ij. quaestio. sexta §. sunt etiam, quorum. C. quorum app. nō reci. quisquis. Sed distingue, si enim cōdemnatus est vt exhibeat rem, cuius facultatem exhibendi habet: tunc non potest appellare: imo rem cogitur exhibere: cū tale iudicium non habeat more dilationum differri: vt ff. ad exhiben. l. iij. §. ibidem. Si verò condemnatus est quasi homo, qui dolo desierit possidere, cūm subiaceat periculo iuramenti in litem vel interesse: timore huius periculi, quod est graue, vt ipsius potitorij periculum: poterit appellare. arg. in eadē l. j. §. idem Iulianus. §. j. alias incipit, si quis hominem. respon. j. & §. si quis rem. Item appellari posset, vbicūque exhibitio trahit secum rem ipsam, actori restitui, & causas cohaerentes eidem: vt in praed. l. Iulianus. §. quantū. & §. fi. & l. sed si haereditas. respō. j. & l. Celsus. §. idem. & §. Item Celsus. & §. seq. & §. idē Iulianus quaerit. & eo. ti. l. secunda. ¶ 13 † Nonò, cū appellationi est tacite vel expressè renūciatū. quae dic vt infrà §. fi. ver. nec quod appellās. ¶ Decimò, in delictis notorijs, si per appellationem velit quis in eis perseuerare. nam appellatio non debet esse praesidium iniquitatis. extra, de app. cūm sit Romana. in fi. & c. peruenit. & c. consoluit. & c. reprehensibilis. & extra, de sponsa. ex literis. in fi. de vsu. quā perniciosum.[c] C. de app. constitutiones. C. quorum app. nō reci. l. ij. siue sint notoria de iure, siue de facto: vt eo. titu. cum speciali. §. porrò. Et no. breuiter quod si aliquid sit notorium per rei euidentiam: tunc non admittitur appellatio: vt in praedi. c. ex literis. Si verò per famam publicam: tunc admittitur appellatio: vt in praede. c. cūm sit. in fin. Idem in notorio iure, quando scilicet probatur crimen alicui, vel confitetur in iudicio admittitur appellatio, nisi cōuincatur & confiteatur. C. quo. app. non reci. obseruare. nisi in casu, in quo confessus non potest appellare: vt not. ff. de app. l. fi. §. j. super verbo, auxilium. & hoc locū habet in crimine, vt ibi: & in causa ciuili, vt eo. tit.[d] ab sustinendum. & l. fi. quod dic vt §. versic. ij. Item in notorio facti praesumpti, cūm recipiūtur probationes, recipitur appellatio. extra, qui fi. sint leg. c. transmissae. De his notorijs dicā infrà de notorio crimine. ¶ 14 † Vndecimò, à correctiōne. extra, de offic. ordi. licet. & in praedic. c. cum speciali. in fi. in quo distingue. Nam aut persona, quae appel. à correctione vel disciplina, est regularis. & tunc nō valet appel. vt extra de app. ad nostram. & c. reprehēsibilis. nisi corrigens, modū excedat: vt eo. tit. de priore. & de offi. delega. super quaestionum. & extra, de offi. ord. irrefragabili. §. vt autē. Aut est secularis: & tūc tenet appellatio: vt extra, de app. peruenit. ij. Tamen do. Inno. iiij. no. in praedi. ad nostrā. quod quo ad hoc nil interest īter seculares & regulares, nec īter correctionē & aliū processum: quod non approbo.[e] Nam talis intellectus multa iura infringet. & vide quod no. infrà de inquisitio. §. j. versicu. Item quod est sibi. ¶ 15 † Duodecimò, quando appellatio in rescripto inhibetur, quod solus princeps facit. ff. à qui app. nō licet. l. j. in fi. extra, de appel. super eo. & de offi. dele. pastoralis. in princi. Sed certe per hoc sola appellatio friuola intelligitur esse remota. extra, de officio deleg. c. super quaestionum. de hoc infra ver. quod vere. & sequen. ¶ Decimotertiò, non appellatur à principe, & alijs: vt infra §. proxi. ¶ Decimoquartò, nec ab interlocutoria secundùm leges, nisi in casibus. secunda quaestio. vj. ante sententiam. sed secundùm canones sic. & quādocunque quis grauatur. extra, de app. cū cessante. & c. super eo. ij. extra, de electione. cū dilecti. in fine. secūda quaestione sexta. nō ita. infrà, versi. sed nunquid.[f] ¶ Decimoquintò, nō potest tertiò appellari: vt infra §. quot.[g] ¶ Decimosextò, non appellatur ab arbitro. C. de arbit. lege prima. nisi sit delegatus. secūda quaestione sexta. §. fina. versicu. iudicibus. A iudice tamen ex communi consensu dato bene appellatur. ff. de appella. l. ex consensu. & secunda quaestiōe sexta. sane. & argumen. contra. ea. quaestio. c. à iudicibus. sed ibi de

b ¶ Aliorum. Haec distinctio fuit Albe. Gal. qui hoc no. eo. tit. versi. sed nunquid à sñia. Vñ dixit Vber. de Bo. ff. de libe. agno. quod secūdo casu datur libellus. de hoc statim remittā. datur curator. ff. de tuto. & cur. da ab his. l. in omnē appellat. & de hoc luc. In primo verò casu, quā ex officio neutrū horū admittitur: Gul. de Suza. per l. de alimentis. C. de transact. ibi arguendo distinguebat an agatur de praeteritis: & tūc libellus detur, & appelletur, si de futuris, secus de vtroque. Primū membrum placet. in secūdo posset procedere distinctio praedicta, & de libello vide j. de libel. concep. §. nunc dicendum. sub versicu. xxx. circa fi. Ipse tñ Guid. super l. si iudex. ff. de his qui sui vel ali. iur. sunt. dicebat appellari posse à sententia lata pro alimentis praestandis: cūm nullo iure sit prohibitū: quod sufficit. C. de colla. l. illam. ff. de praeua. l. ij. ad fi. de sentē. excōas. qui. libro vj. Ad idem C. de relig. & sump. fu. l. statuis. imò etiam in minimis causis est permissum. extra, de app. c. ad appel. & prae. l. & in maioribus. Hoc maximè verū secundū eū, quādo is, pro quo est lata sententia, aliunde se alere potest. alias aequum est, quod appellās interim illi praebeat alimenta. argu. ff. de inoffic. testa. l. si alimenta. §. pe. & de iure delibe. filius. & vide j. de offic. iud. in quatuor alle. & quod scripsi de causa possessio. cum super electione. super ij. glo.

ADDE quod opinio Specu. sequitur Bartol. in dicta l. fina. de appella. recipi.

c ¶ Perniciosum. De manifestis vsurarijs loquitur. & vide quod ibi dixi in tex. & super glossa.

ADDE, quod licet in notorijs non appelletur, tamen si causa rationabilis in appellatione inferatur, appellatio est admittenda secundùm Ludo. Roma. consi. cccxxiiij. quem sequitur episcopus Alex. in c. cum speciali. §. porro. de appella.

d ¶ Eodem titu. quo. app. non recip.

e ¶ Approbo. Nec approbat Host. vt ibi scripsi super vlti. glossa.

f ¶ Nunquid. Vide quod ibi dicam.

g ¶ §. quot. Vbi dicam prouisionem cle. de re iudi. c. primo. super versi. sed secundùm praemissa.

arbitro

arbitro compromissario: vt patet in §. qui ibi sequitur. 16 ¶ † Quid si conuenit inter partes, vt ab eius sententia[a] liceat appellare? Respondeo, dic non valere, argu. in authen. col. viij. in medio litis non fieri sacras iussio. circa princip. C. de iurisdictione omnium iudicum lege priuatorum.[b] ¶ Decimoseptimò, non appellatur à sententia excommunicationis, vel interdicti. quod verum est quo ad hoc, vt sententia suspendatur. quod esse nō potest, cùm secum trahat suam executionem: imò non obstante tali appellatione, denunciari potest. quod dic vt extra, de appellationibus pastoralis. & capitulo ad hoc. infrà §. nouissimè. prope principium. aliàs autem bene appellat excommunicatus: vt extra, eo. peruenit. & de exceptio. capitulo finali. & tertia quæstione nona. capitu. re vera. in fine. Et operatur talis appellatio, vt transferat causam ad superiorem vt extra, de sentētia excommunicationis: per tuas. in princip. & etiam eximit appellantem à iurisdictione eius, à quo appellatur. extra, de appellatio. ad hoc. & ca. pastoralis. vide infrà versicul. xxxv.

17 ¶ † Sed dices, quid ergo prodest appellare, ex quo sententia non releuatur, seu suspenditur? Respond. multum: quia tunc superior, ad quem est negotium per appellationem translatum, potest absoluere excommunicatum appellantem, nec tenetur (nisi velit) ad excommunicatorem eum remittere absoluendum: vt in prædi. capitu. per tuas. versiculo verum. Si autem per simplicem querelam superior de excommunicatione cognosceret, teneretur eum ad excommunicatorem remittere absoluēdum. extra, de offi. ordi. ad reprimendam. Item aliud operatur etiam, vt dixi suprà, versic. proxi. Dicunt etiam quidam quòd si episcopus præcepit alicui de sua diœcesi, quod faciat vel præstet aliquid, ad quod de iure communi tenetur: ille verò dicit se non teneri ratione priuilegij vel præscriptionis, vel alia de causa, & appellat: si episcopus illum excōmunicet post talem appellationē, sine causæ cognitione talis sententia tenet, dummodo verum sit quod ille tenetur. Hoc prosequere secundum papam, vt nota. extra de censi. significauit.[c]

18 ¶ † Decimooctauò, à sententia, quæ nulla est, non est necesse appellari: puta si non continet absolutionem vel condemnationem. Item si sit lata, ordine iuris substantiali postposito, & si sit lata contra res prius iudicatas. Item si sit lata contra ius scriptum: vt quia continet, minorem quatuordecim annis posse testari. Item si plures iudices simul dati sunt, & vnus solus pronunciat. Item si certus modus mulctandi statutus est: & iudex eum non obseruat. Item si sententia sit venalis, lata à iudice mercede corrupto. Item si quis illegitimæ ætatis, ad honorem aliquem nominatus est. In his omnibus, inquam, casibus, non est necessaria appellatio: vt hæc omnia probantur secunda quæstione sexta. §. diffinitiua. & suprà, de sententia excommunicationis. § iuxta.

¶ Decimononò, nō valet appellatio sine causa, post citationem factam interposita. extra, de appellationibus. meminimus. & de officio dele. c. causam, quæ. ¶ Vigesimò non potest appellari ab eo, quod maior pars facit. extra, de his, quæ fiunt à maiori parte capitu. capitulo primo. 19 ¶ † Vigesimoprimò, ne quis in sua ecclesia præsideat. extra, de appellationibus peruenit. ¶ Vigesimosecundò, non appellatur ab episcopo, in quem compromissum est, secundùm l. episcopale. C. de episcopali audientia. & in authentica ibi posita. & vndecima quæstione prima. quicunque litem. secus secundùm canones. secunda quæstione sexta, omnis oppressus. ¶ Xxiij. non valet: si appelletur, ne fiat electio, vel ecclesiæ ordinatio, vel ne fiat id, quod de iure communi fieri debebat, seu quod edicto perpetuo continetur: vt j. 20 ver. si vero appellatur. ¶ † Xxiiij. non valet appella. generalis: vt extra, de appellatio. c. ij. & consuluit. ij. ¶ Xxv. non valet appellatio in minimis causis. arg. ij. q. vj. anteriorum. versicu. etiam. argu. ff. de dolo. si quis affirmauerit. & C. de senten. & interlo. om. iud. auth. nisi breues. sed cōtrariū verum est: vt extra, de app. capi. de app. & C. eo. & in maioribus. ¶ Xxvj. non tenet appellatio, quando is, qui præstito iuramento, secundū formam ecclesiæ, ab excōmunicatione est absolutus, interponit plus quàm sibi aliquid iniungatur. extra, de app. quæstioni & de sentē. excō. 21 c. sacro. ¶ † Sed nunquid contumax qui iuratoriam cautionem præstitit de stando iuri, pōt amplius appellare? Respon. sic. ff. qui satisda. cog. l. fin.[d] arg. cōtra extra, de dolo & cōtu. prout. sed ibi ex causa friuola appellauit. ¶ Xxvij. nō valet appellatio, si iudex reuocauerit grauame, propter quod extitit appellatum. extra, de app. cū cessante. quod intellige vt s. de excep. §. viso. versicu. propositis. & seq.[e] ¶ Xxviij. non valet, si fit ab eo, qui non potest appellare. quod dic vt s. §. j. ¶ Xxix. non valet si condemnatus de falsa moneta, appellat. C. de fal. mo. l. prima. in princi.[f] ¶ Xxx. non potest appellare, qui terminum receperit ad procedendū vel ad soluendum, vel aliàs processui sententiæ acquieuit. extra, de offi. dele. c. gratum. de re iudi. quod ad consultationem. C. eo. ad solutionem. & infrà §. fi. versi. item quod 22 appellans. ¶ † Quid si lata sententia petit dilationē iuris ad appellandum? Respon. dic quod adhuc poterit appellare. ff. quibus mod. pig. vel hypo. sol. si debitor. & ff. si quis cau. l. secunda. nisi processerit ad solutionem, vel ad aliud simile. argu. extra, de app. sollicitudinem. ff. loca. cùm in plures. §. locator. ¶ Xxxj. non valet appellatio, vbi relapsus in hæresim curiæ seculari traditur. extra, de hære. ad abolendam. § illos quoque. ¶ Trigesimosecundò, fortè non valet in casibus, in quibus audientia denegatur, quorum vnus est vndecima quæstione tertia. rursus. in fine. alius vigesimatertia distinctione. in nomine. 23 prope finem. & ibi alij not. ¶ † Trigesimotertiò, nō potest quis appellare ab eo, quod ipse fecit, vel procurat fieri. C. de rebus credi. & iureiurand. generaliter. §. primo. in fine. versicu. quis enim, &c.[g] Nam & iudicem à se vel à procuratore suo impetratum, non potest quis recusare. tertia quæstione tertia. capitu. offeratur. extra, de causa possessio. & proprie. cùm olim. de officio deleg. cùm olim. ij. Nec etiam appellare potest propter iniquitatem personæ, extra, de officio delega. super quæstionum. §. verum. ab eius iniqua sententia sic. quarta quæstione tertia. §. item in criminali. versicu. si quis testibus. & no. ij. quæstione sexta à iudicibus. ¶ Trigesimoquartò, licet victus appellet: tamen is, pro quo lata est sententia, non potest appellare pro eo tantùm, quòd iudex non adiudicauit sibi expensas: sed pro eo, quod adiudicauit insufficiētes, sic. C. quando prouoc. non est neces. l. fin. & infrà, de expen. §. nūc de expēsis. in prin. & §. fi. versi. illud etiam. licet contrariū notetur extra, de excep. significauerunt. in gloss. super quo fiunt, &c. & male. 24 ¶ † Quid si victus appellans renunciauit appellationi factæ, quod potest: vt infra. §. fin. versicu. item quod appellans? nunquid victor poterit agere ad sumptus? Videtur quod sic, secundū ea, quæ not. infrà de expen. §. postremo. versicu. illud etiam. ¶ Sed dic contra. nam ex quo ex persona eius hoc ius consecutus est, etiam eo inuito illo vti potest: vt C. de fideiussor. minor. l. fina. ff. de bonorum posses. contra tabu. si post mortem. in fin.[h]

a ¶ Sententia Supple. arbitri.

b ¶ Priuatorum. De hoc plenè scripsi extra, de arbitr. cùm dilectus. super glossa secunda. Sed quæritur an à sententia iudicis lata super petitione de reducendo arbitrio arbitratoris ad arbitrium boni viri, possit appellari. Rusticanus disputauit hanc quæstionem, & incipit, petitum fuit a iudice. & tenuit quod appellari nō posse. Eius principale motiuum est, quòd ab arbitramento non appellatur: ergo nec à sententia, quæ super eo fertur. Itē iudex nō cognoscit hoc vt iudex, sed vt bonus vir. ff. pro socio. si societatem. in fine. & habetur perinde, ac si non vt iudex ad id fuisset assumptus. Primū declarat: quia subrogatum in alterius locum, illius naturam sortitur. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. cum concor. ibi nota. Sicut ergo ab arbitratore non appellatur, sic nec ab isto. Vnde quando arbitri in locum iudicum cognoscunt, appellatur ab eis vt à iudicibus. C. de iudicijs. l. apertissimi. & c. cum speciali. de officio delegati, ab arbitris. libro sexto. Si ergo econuerso, quando iudex locum arbitratoris tenet, nō appellatur ab eo, sicut nec ab arbitratore. aliàs per primam & secundam appellationem, in infractus litigiorum incident partes, quod à principio abhorruerunt.

ADDE, An à sententia arbitri vel arbitratoris appelletur, vltra ea, quæ habentur per Canon. in capitu. Quintauallis. de iureiurand. & per doctor. maximè Alexand. in lege nemo potest. de legatis primo. & per episcopum, Alexand. in rubrica extra de appella. Romana. consilio xxvij. Quo verò ad addi. Ioannis Andr. an à sententia lata super pet. reduc. ad arbitrium boni viri, etiam appelletur, vltra loca prædicta adde Cald. consi. v. Anto. de Butri. consi. l. Imo. consi. incip. reuocatur in dubium. Pau. de Castro consil. xxij. Alexand. consi. xvj. ij. lib. Roma. consi. mihi cclxj. vbi ex habente. Bald. in l. j. C. de his, quæ poe. nomine. distinguit, aut ille iudex læsit in modico: & non appellatur. Aut in magna quantitate: & tunc appellatur. Et cum hac opinione transit episcopus Alaxandr. in rubrica de appel. in xxij. col. & inquantum concludere videtur Ioan. Andr. quòd ab arbitratore, non appelletur. quod Barto. tenet quòd ex iusta causa possit appellari in l. finali. de app. reci. & sequitur Bald. consi. cccclxiiij. j. libro.

c ¶ Significauit. Vbi scripsi in gl. ga monachi. versiculo, & id videtur.

d ¶ L. finali. Vide extra, eod. titu. ad hoc. secundo. & c. seq. & quod ibi no.

e ¶ Et seq. Debet autem hæc reuocatio intimari appellanti secundū Bonagui. vbi suprà allegat. ff. de insti. l. sed & si. §. præscribere. & ff. de regulis iuris. l. decreta. extra, de dolo & contuma. capitu. vltimo. & idem Aegid. facit quod scripsi eod. titu. si à iudice. in fin. libro sexto. & de procura. mandato. & clemen. de elect. causam. Consuluit etiam Aegid. quòd de hoc habeat scriptura publica.

f ¶ In princip. Et not. extra de iureiurand. quanto. in j. glo.

g ¶ Enim, &c. Per quod dicitur, delatorem iuramenti, appellare non posse, sicut, cui detulit, iurauit, & obtinuit deberi. de relatore ibi no. & scripsi de iureiuran. capi. fi. super prima glo.

h ¶ In fine. Ad hoc facit quòd nota. & scripsi suprà de reconuentio. in fine. Facit etiam suprà. §. proximo. ad finem. versiculo sed quid si ille. & versiculo sequenti, sed pone. Ad quorum intellectū scire debes quòd Guido de Suza. super l. ampliorem. C. eodem titu. quæ

rit, nunquid illius legis beneficium competat appellato, quando appellantem pœnitet, & ab appellatione recedit. arguit quòd non: quia pœnitere potuit, per l. si quis libellos. eo. titu. C. de adul. sine metu. In contrarium allegat ff. de regu. iur. nemo. quia non licet mutare consilium in alterius detrimentum. Ad idem ff. de regulis iuris. mutare. libro sexto. Et hanc partē sine distinctione tenuit in ordine iudiciorum, vbi de appellationibus. versiculo penul. sed super præd. l. sic soluit, q si appellans spōtē appellauit, & in appellationis causa non processit, pœnitere poterit aduersario inuito. Et sic procedunt allegata primo. Si autem processit ad prosecutionē appellationis, non poterit inuito aduersario pœnitere: quia cùm aduersari⁹ supra sic interpellatus ex facto appellantis beneficium illius legis sit consecutus, inuito appellatore potent illo vti. Allegat eandem le. post mortem. alibi vbi §. alleg. ad idem ff. de fideius. si stipulatus. in princ. & l. ex persona. non obst. Gui. In nota. concor. auf. qui semel. C. quo modo & quando iudex. Cogit enī actor ꝓsequi reo citato, & nō pri⁹. Non obstat decr. ab eo. de ele. li. vj. vbi sola oppositio impedit pœnitentiam sic. & hæc sola appellatio impedire deberet. nam ibi duplex interesse personæ, cōtra quam afficiebatur ex obiectis ecclesiæ, & propter secundùm non posset obijciēs pœnitere, etiam cōsentiente aduersario, vt ibi no. in vlti. glo. fortè cōgruè distingueretur casus l. ampliorem. à casu legis, omnem honorem. de qua auctor hic loquitur. Si ponimus quòd isto casu ego victor appellare non possum ꝓpter sumptus, ex quo victus præuenit in appellando sup principali: sic enim ego, illo etiā re integra desistente, deceptus essem à lege: sed non sic in casu versicu. sed pone. & l. ampliorem. quia apertè à sententia, in qua succubueram, poteram appellasse, vt ibi. & extra, de testi. Raynutius. & c. Raynaldus. Imputem ergo mihi, si non appellaui: cum etiam apertà lex illa in princip. loquatur de appellante, qui prosequitur ibi, si appellator semel in iudicium venerit, & causas appellationis suæ proposuerit, & cætera. Et quid de iudicio eius, ad quam loquatur, clarè patet ex textu.

ADDE quod Bal. in d. l. ampliorem. dicit ibi esse casum in princ. q si aliquis est condemnatus in quinq;, & in quinq; absolutus, & appellet, quòd iudex appellationis poterit illū condemnare in illis quinq;, in quibus erat absolutus. & idem tenet in l. fi. C. quando prouo. non est necess.

a ¶ Appellare. Intendit, an quia iudex reum non condemnauit in expensis & eo si fortius absoluit eum, ab illo posit actor vincens in principali appellare. Legistæ communiter tenent quód sic. & Gul. da Suza. habet hoc pro indubitato, qui in prædi. l. fin. quærit an hoc casu in causa appellationis interpositæ per victorem reus posit conqueri de iniquitate sententiæ super principali? Et tenet q non: quia principale non recipit firmitatem vel infirmitatem ab accessorio: vt C. de contrahē. & commi. stipula. nuda. sed econtra sic. ff. de vsur. l. eos. in prin. C. de fruc. & lit. expē. l. terminato. Probatur vtrunq; de consec. eccle. vel alta. c. vno. lib. vj. & eadem l. prima. da regu. iur. accessorium.

25 ¶ †Sed quid si victus in causa non appellauit: nunquid victor propter sumptus poterit appellare? a Videtur quòd sic: quia in præ. l. C. quando prouoc. non est ne. videtur victor prohiberi propter sumptus appellare ideo, quia victus appellat à sententia: vnde cessante appellatione victi, victor poterit hoc benaficio vti. argu. extra, de appel. cum cessante. Contra quia non est illa causa quare præd. lex victorem prohibet appellare: sed illa, quia litis decisionem approbat. Agat igitur contra iudicem, qui cōdemnare omisit: propterea videtur in eius optione relinqui, vtrum condemnet vel nō. quæ dic vt in præ. versi. illud etiam. prius dictum verius videt, & curia hoc seruat. nam grauat, ex quo sumptus petitos non adiudicat: quos etiā post sententiā adiudicare posset, secundùm ea, quæ no. in præ. versi. illud etiam: mens tamen præ. l. C. quando prouo. non est ne. contradicit: & vide quod no. eo. tit. b §. nunc videndum. adfi. 26 ¶ †Xxxv. excommunicatus non appellat in his, quæ sunt extra iudicium: potest tamen prosequi appellationem ante excommunicationis sententiam interiectam. quòd dic secundùm papā, vt extra, de excep. cum inter. c ¶ Xxxvj. post decēdium non appellatur. ij. q. vj. anteriorū. & c. biduū. extra, de elec. cū dilecti. in fi. de re iudi. quòd ad consultationem. ¶ Xxxvij. si grauamen nō est illatum, vel comminatum: vt infra §. qualiter. versic. necesse. extra, de appel. c. cū cessante. d 27 ¶ †Quid si episcopus vel si iudex minatur alteri partium, quod eā lædat? Videtur q ex hoc appellari nō potest: quia vanus metus est, & non instans. ff. quod me. cau. l. metū. & l. j. & ij. Dic quòd si minatur de his, quę pertinēt ad eius iurisdictionē, iustus est metus: & tenet appel. ff. eo. l. fin. §. j. & cōmu. vel epistolas. & prorogata. per totum. extra, de offi. deleg. cùm super. in parte decisi. Secus si nō haberet iurisdictionē. ¶ Ad huius materiæ autem clariorem doctrinam, distingue. Nam aut appellatur à correctione, aut super ecclesiarum ordinatione. Item aut in iudicio, aut extra iudiciū. ¶ Si appellatur super correctione, dic vt suprà versiculo. xj. Si verò appellatur super ordinatione ecclesiæ, ne fiat electio, vel ne ꝓcuretur vtilitas ecclesiæ, non valet appellatio, nisi iusta causa appellandi fuerit assignata: vt extra, de ele. cū à nobis olim. extra, de his, quæ si à maiori parte capi. c. j. circa pri. & c. ex ore. circa fi. Non enim valet appel. ne fiat, qd edicto perpetuo continetur: vt ff. da appel. reci. vel non. l. fi. Si autem iusta causa assignata fuerit, & probata, valet tunc appel. extra, da his, quæ fiunt à ma. parte capi. c. j. & de appel. constitutis. ¶ Porrò cùm appellatur in iudicio secundùm antiqua iura canonica, poterat appellari ante litē contestatam, & post ante sententiam, & quandocunq;, etiam nulla causa appellandi ostensa vel allegata: vt ij. q. vj. non ita. & extra, de appel. cum sit Romana. & c. super eo. & c. secundò requiris. §. illam. Hodie verò non licet sine causa rationabili ante sententiam appellare: vt extra, de appella. vt debitus. c 28 ¶ †Sed quam dices causam rationabilem? Respon. vbicunq; iudex grauat contra ius scriptum: vel denegat iuris beneficium. xxviij. dist. de his. prope fi. d extra, de secun. nup. c. penul. & fin. puta si negat restitutionem spoliato, priusq; de proprietate cognoscat: vel si negat quartam productionem testium, cum solennitate legali. iij. q. ij. per totum. extra, de restitu. spoliato. ex cōquestione. extra, de testi. c. significauerunt. Vel si citat ad locum suspectum. extra, de appella. ex parte. Vel si non admittit excusationem, propter consanguinitatem. eo. tit. postremo. Vel si non facit exprimi in libello res petitas. eodē titu. significantibus. quæ est etiam in titu. de libel. obla. Vel si cogat partes coram se litigare suspecto. extra, de officio deleg. super quæstionum. §. fi. Vel si excedat fines mandati. extra, de officio delega. cū olim. Vel si executor modum excedit, vel merito sit suspectus. extra, de appel. nouit. Item si duo ex tribus iudicibus, tertio irrequisito causam subdelegant, ab illo potest appellari. extra, de officio deleg. causam, quæ. Vel si delegatus inuito ordinario vult minus idoneum instituere. extra, de officio delega. super eo. Et generaliter vbicunq; legitimæ exceptiones non admittunt. extra, de officio deleg. c. ex parte. Vel si deleg. cui causa est appellatione remota commissa, committat alij vices suas, poterit appellari ab illo: vt in præ. c. super quæstionum. §. si verò duo. Vel si iudex incipiat à peremptorio. extra, de dila. c. j. e Item in casibus expressis. ij. quæstio. vj. c. non solent. Vel si inferior velit cognoscere de causa ad superiorem delata. extra, de appel. solicitudinē. Vel si tertia persona appellat. extra, de officio dele. super eo. in fi. Vel si nō admittatur exceptio super suggestione falsi. extra, de rescrip. super literis. Vel nisi fiat editio actorum. C. vt lite pendente. l. ij. Vel si iudex mandet pecuniam solui, non expectatis curatoribus. ff. de nuno. l. aut. §. permittitur. Item in casu, qui est C. de appella. si quis. Item vbicunq; interest alterius appellari. §. j. Item vbicunq; sententia vel factum iudicis, contingit iniquitatem. ij. quæstiōe tertia. § diffinitiua. Et Breuiter vbicūq; iudex denegat dilationem: vel nō admittit exceptionem, vel grauat contra ius. In his ergo casibus, & similibus, est causa rationabilis appellandi vnde ap-

ADDE an appellari posait per omissionem expensarum, Ang. consi. cxc.

¶ Eodem titu. de expen.

¶ Cum inter. Vbi scripsi in gl. dixit hoc Inno. in fi.

¶ Cessante. Plenus ponit author in hac materia, quā antiqui, Tan. & alij, qui p ires versus dabant nobis casus, dicentes:

Appellare vetāt, scelus, excellentia pacta, Contemptus, minima res, interdictio facta, Arbitriū, res, quę perit, & sic longius acta.

Richardus in suis distinctiōibus ponebat xj. & hoc secunda quæstione sexta. Nepos de Monte, alba. ibi supra collegit circa xxv. casus: posuit tamen & exposuit illos versus Gul. de Suza. vbi i. posuit xiij. An verò his casibus addēdus esset casus puniti, quia noluit iurare de calūnia: vide supra da iuramento calumniæ. §. fina. in princ. & quod ibi dixi.

ADDE, vt plenissimè per episcopū Alex. in d. c. cum cessante.

ADDE Andr. sicul. sequētē, an cōminatio iudicis sit legitima causa appellādi, vide Car. in cōsi. ix. i ij. col.

e ¶ C. j. Dic vt ibi dixi super gloss. ij. ibi dixi q Bonag. glossauerat propter breuem terminum non peremptoriū curiam non dare literas appellanti: sed ipse in summa aduocatorum pe. rubricella plus dixit, scilicet se expertum, q dato q ambo concurrant, i. quia terminus peremptorius est breuis curia etiā tali appellanti literas non concedit. & dicit q literā iam super hoc factam vidit per Vicecancellarium dilaniari. Dicit tamen q Gof. tunc auditor contradictarum resistebat, dicens id iussisse fieri. Subdit etiam q abinde tales literas non potuit obtinere, ponderata veritate causarū iustificari posset consuetudo cancellariæ: & econuerso summe reprehendi. Restare enim oportet casum, quo prædicta decre. j. da dila. remanent incorrecta. ibi enim mouębatur quæstio monachis, super ecclesia vel proprietate: & sic causa erat ardua & forta improuisa. Et tamen scias q antiqua decret. præ. quæ erat in prima compil. sub titu. de dolo & contu. dilecti. fuit immutata: quia fuit additum de breui, quod ibi non erat solum de peremptorio: vnde author hic illam allegat, vt antiqui, qui solum peremptoriū ponderabant. Item ibi post verbum, mutauerat, in totum fuit recessum ab antiqua litera: quæ solum tractabat de quadam possessione per iudices decreta monialibus. Per hoc patet quòd adiuncto illo breui cum peremptorio illa decre. in hac parte Gregoriana propter clausulam submissam de reuocatione attentorum appellationem iustificat.

ADDE Panor. in d. c. j.

pellabitur

pellabitur in eis, etiam si appellatio sit inhibita in rescripto. Præmissa probantur extra, de app. pastoralis. Post sententiam autem diffinitiuam, licet appelletur à quocunque, & per quemcunque, etiam sine causæ rationabilis expressione, arg. extra, de app. Romana §. cùm autem. & c. cordi. §. his quæ.[a] & not. ff. pro soc. & hoc nisi in casibus præpositis, in quibus appellari[b] non licet. ¶ † Sed nunquid potest ab interlocutoria appellari? Respon. secundum canones non est quæstio: quia potest: vt i. versicu. xiiij. Inter Legistas autem est super hoc cõtentio. Io. & Azo dicunt quòd nõ, nisi in casibus. C. quo. ap. non rec. l. ante sententiæ. & not. ff. eo.[c] ante. Idem dicit Alex. papa extra, eo. super eo. ij. Alij dicunt quòd sic, quando sententia potest executioni mandari. Tertij dicunt quòd si est talis interlocutoria, quæ possit examinari[d] in causa appellationis tunc nõ appellatur, alioquin sic. ff. qui satisda. cog. ab arbitro. ff. de mi. intra vtile.[e] ¶ † Cæterum[f] si iudex pronunciat nullam de exceptionibus propositis admittendam, bene potest ab hac interlocutoria appellari: quia à beneficiis per iudicis iniuriam denegatis, appellatur. C. de in integr. resti. l. j. in fi. C. de app. si quis prouocatione. ff. de mino. in prætor. §. permittitur. & ab excusationis beneficio denegato appellatur. ff. quan. app. sit. l. j. §. si quis tutor. ff. de admini. tuto. l. tutores, qui post. §. tutor datus. ¶ Cæterum si extra iudicium appellet, quis, causa tuendi ius suum non debet prohiberi, nisi appellatio frustratoria sit. & postquam constiterit eum legitime appellasse, quæcunque post appellationem fuerint attentata, sunt cassanda. extra, de appella. bonæ. & j. §. de officio quoque. & §. seq. ¶ † Quid si quis appellat, ne vendas talem rem, quia sua est. Itẽ quid si aliquis ita dicit, cùm ego sum in possessione custodiæ talis ecclesiæ, appello ne quis me molestet. An valeant tales appellationes? De hoc secũdùm papam in c. bonæ.[g] Quod verò iam dixi appellationem in prædictis casibus tenere, etiam si appellatio sit in rescripto remota, certum est. nam per hanc clausulam nõ intelligitur remota frustratoria: quia illa nunquam est admittenda, etiam si appellatio non sit in rescripto remota: vt C. de episco. au. l. ij. imò ius eam punit. extra, eo. super eo. §. si autem. C. eo. à proconsulibus. sed quælibet, quæ expressè non sit à iure indulta: vt in præ. c. pastoralis. ¶ † Est aũt expressè indulta in prædictis casibus, & similibus: & breuiter vbicunque ius appellare permittit. Hodie tamen siue appellatio sit remota in rescripto, siue non, non potest appellari, nisi causa probabilis, sit expressa, talis scilicet, quæ probata debeat legitima reputari, & ex quo est probabilis, siue sit in iure expressa, seu indulta, siue non, valet appellatio: vt extra, de appella. vt debitus. & ita in hoc videtur correcta illa decre. pastoralis, vt valeat appellatio, licet causa non sit expressa in iure: quod illa negat secũdùm B. Tu dic quòd dicitur in decre. pastoralis. quòd per remotionem appellationis, quælibet appellatio, quæ nõ sit expressa à iure indulta, intelligitur remota: verum est quantum ad iudicem, vt non teneatur ei deferre: non quo ad partem. Nam pars quandocunque grauetur, bene poterit appellare: licet grauamen nõ sit expressum à iure; sed iudex non tenetur sibi deferre, nisi velit, ex quo grauamẽ, propter quod appellatur, non est expressum in iure: & superior illud grauamen remouebit, & reuocabit quod post appellationem factum inuenerit postquàm sibi de causa probabili facta fuerit fides: quamuis nõ fuerit appellationi delatum: vt in præd. c. pastoralis. ver. sed si appellans. quia non imputatur appellanti, quòd iudex non admisit appellationẽ: vt eo. titu. c. sæpe. ver. quòd si forsan. & sic non contradicit illi decre. vt debitus. quia illa dicit quòd à quolibet grauamine, siue sit expressum in iure, siue non, appellari potest. & idem etiã dicit illa, decret. pastoralis. Et plus etiã dicit, quia si in rescripto remota sit appellatio, iudex non tenetur illi appellationi deferre, nisi sit interposita ex causa in iure expressa. De causa non expressa in iure exemplifica vt j. §. nunc dicamus. ver. circa hoc. Do. autem meus no. quòd si appellatur ab ordinario, non valet appellatio: nisi interponatur à grauamine illato vel comminato: sed ab illo appellari potest, siue sit expressum in iure, siue non. vt in c. vt debitus. & c. cùm cessante. Si verò appellatur à delegato sedis apostolicæ & appel-

a ¶ His, quæ. lib. vi.

b ¶ Appellari. Ver. fuit Alberti Gal. & T. in prin.

c ¶ ff. eo. Scilicet de app. re. vel non.

d ¶ Examinari Supple, & emendari. vnde dicebat Gui. de suza. vbi supra, dum tractat de spernenda appellatione in fine, aut per appellationem interponendam a diffinitiua sententia, saluum est ius appellandi aduersus articulum decisum ante diffinitiuã, aut non.

e ¶ Vtile. primo respon. ibi enim recipitur appellatio ab interlocutoria lata super ætate petentis in integrum restitutionem. Mar. de Fa. plenè tractat hanc quæstionem. & quia in voluminibus non habetur, in ea abbreuianda iamẽ instabo. Ad negatiuam inducebat l. apertissimi. C. de iudi. vbi est expressum ante diffinitiuam, non appellari. Itẽ prædicta l. ante sententiæ tempus. Item l. etiam præallegatam ff. de appel. re. vel non. l. ante sententiam. Nam si certo casu ibi permittit, scilicet ante sententiam appellari: ergo eius contrarium est regulare. ff. de conditio. & demonstra. l. cùm ita. licet ergo interlocutionẽ saltem vsque ad diffinitiuam. ff. de libe. cau. liberis. in fin. C. de dila. à procedente. in fin. & hoc vt sit finis litium, quæ ex contrario tenderet ad infinitatem. Contra id ff. de damno infec. qui bona. in fi. cùm enim appellans ad prosequendum habeat annum, & bis possit pars quælibet super vno articulo appellare, vt infra. §. quoties. in princip. facile prosecutio appellationis poterit ad quadriennium prorogari. Quando ergo diffiniatur principale, vel feretur diffinitiua, quæ tamen intra triennium ferri debet. C. de iudicijs, properandum. Inducta hac æquitate respondet iniquitatis quæ ad contrarium posset induci: scilicet quòd sit stari necesse iniquæ interlocutoriæ, nã per appellationem interponendam à diffinitiua emendabuntur interlocutoriæ malè latæ. Constat enim interlocutoriam mutari posse. ff. de reg. iur. quod iussit. de noui ope. nun. si opus. quod faciet iudex appellationis. C. de reb. credi. l. generaliter. §. aij. & C. de appel. eos. §. si quis. de tem. appel. per hanc. Sic ergo contentus hoc auxilio passus interlocutoriam. ff. de dã. infec. qui bona. §. de illo. & l. si ædibus. Item dicit inuincibilem rationem, quia constat ab illa sententia posse prouocari, ex qua paratur actio iudicis. C. de arbit. l. j. sed hanc interlocutoriam non parat. C. de senten. & interlocutio. l. post sententiam. & comminato. episc. l. interlocutio. & l. sequen. ergo ab ea non appellabitur. Ad contrarium inducit l. ij. C. de episc. au. vbi prohibetur frustratoria appellatio ante sententiam. ergo non frustratoria conceditur. ff. de iudic. l. cum prætor. Item lex permittit ab iniuria appellari. C. eodem titu. si quis prouocatione. ergo ab iniuriosa interlocutoria, id licebit. Item ab iniqua interpretatione, appellare licet. ff. eodem titu. ab executore. & constat quod interpretatio, interlocutio est, non sententia. argumen. ff. de testamen. hæredes palam. Item certum est quòd interlocutoria potest offendere, quam etiam successor seruare debet. ff. de administra. tuto. tutor, qui repertorium. §. si deposui. quare ergo subtrahatur remedium in ista, quod in sententia conceditur. ff. ad legem Aquiliam. l. illud. Item executio latæ sententiæ, in qua exceditur, interlocutio est. Idem dicendum de negatione restitutionis post sententiam. Item de non admissa excusatione tutoris, vel eius, qui vocatus est ad munera: & tamen omnes prædicti appellant. Probatur per ordinem, C. quorum appel. non re. l. ab executore. C. si sæpius in integr. restitut. l. j. C. de excusa. tut. l. quinquaginta. C. eodem titu. qui ad ciuilia. Concluditur autem secundum leges, ab interlocutorijs appellari. Allega. ad idem C. de re iudica. l. ij. ff. de mino. ait prætor. §. permittitur. & in authen. de col. §. si quis autem putauerit. Nec valet, quod dicitur, et post sententiam prouideri: quia tutius est ante tempus occurrere, quã post, &c. C. in qui. cau. in integ. restit. non est neces. l. vltima. & C. quando li. sine iudi. l. j. Soluendo tenet quòd interlocutoria secum trahit executionem, vel executioni mandet, ideo quòd non potest remedio appellationis post sententiam grauato succurri, appellare licebit. Allegat ff. de minor. l. in causæ. ij. secundùm quod tres opi. cõcordari possunt, quas recitat author faciẽdo hũc casum exceptum à prima. Aliqui volentes ius ciuile & canonicum cõcordare, dicunt quòd omnes casus supradictos, & similes, quibus leges permittunt ante sentẽtiam appellare, no. per Accur. in prædictis legibus, ante sententiæ. & , ante sentẽtiã. per Azo. in Summa huius titu. §. appellare quis potest. & per Io. ij. q. vj. nõ ita. plenius per Host. in Summa, eo. tit. §. quando. versicu. vide. ponuntur gratia exempli, vt idem sit in omnibus alijs, in quibus quis iniuriatur vel grauatur: dicentes quòd specialitatis ratio ad alios similes sufficientes reddi non posset. Et horum dictũ recitat Io. vbi s. & Accur. in prædictis duabus legibus. Et si istis opponantur tex. nostri. ij. q. vj. non ita. & prædicta decre. super eo. qui apertè ponunt in hoc differentiam inter leges & canones, respondent illud verum, tempore illorum iurium, quo recipiebatur appellatio frustratoria, vel sine expressione legitimæ causæ: sed quia hodie secus per decre. vt debitus. dicunt quòd iura concordant. & ad l. ante sententiæ. respondent quòd verum est, si sententia sit diffinitiua vel interlocutoria, antequam feratur, appellari nõ posse: sed ex quo lata est, potest. Dy. legum doctori hæc verba non placent. & Cy. in præ. l. ante sententiæ. hanc expositionem improbat. Circa hoc vide quod scripsi de no. ope. nuncia. c. pe. in glo. vltra medium. His multum congrue coniungitur, quòd quærunt aliqui, inter quos Guid. de suz. super l. ex quacunque. si quis in ius voc. non ie. si iudex, cuius fortè iurisdictioni aliquid opponebatur, pronunciauit se iudicem, an ab ista interlocutoria possit appellari. Ad negatiuam inducuntur duæ primæ leges superius allega. sol. Gui. fuit talis qualis. s. an remanet ius mihi saluum contra illam in appellatione interponenda à diffinitiua, an non. Vide quod dixi s. tit. proxi. §. nunc dicendum. super ver. sed nunquid ad illa.

ADDE ad primò dicta episcopum Alex. in rubr. de arb. in c. cum cessante Quo verò ad vltimo dicta Bal. consi. ccxlij. j. lib. tenet quòd appelletur à sententia, qua quis pronunciat se iudicem competentem. & idem do. Fran. Bald. inter eiusdem consilia numero cclxxvij. iij. lib. nisi esset statutum quòd ab interlocutorijs non appelletur: quia tunc statutum valet: nec potest appellari. & hoc vltimum tenet Bart. eius consil. incipiente, viso puncto. licet aliqui contra: vt per d. episcopum in d. c. vt debitus.

f ¶ Cæterum. Quod sequitur, ad literam fuit Vber. de Bona. de exceptionibus. contra rescripta. ver. sed quid si.

g ¶ C. bonæ. Vbi scripsi in glo. vnde petebat.

latio nõ sit in rescripto remota, idem est. Si autẽ sit remota, & appellatur, ex causa in iure expressa, idem, vt prædẽ. Si autẽ ex causa non expressa in iure, nõ valet appellata, de rigore iuris, ex eo quia princeps inhibuit. Si tñ videat superiori quod causa illa rationabilis fuerit, poterit hoc per eũ reformari. Et sic 33 intelligitur c.pastoralis. ¶ † Quod autẽ dixi s. versic. proxi. frustratoriam appellationem nunquam fore admittendam: intellige de euidẽter seu notorie frustratoria: & de hac loquitur c.pastoralis. alias si haberet qualemcunque excusationem admittebatur illum, nisi constaret eam frustratoriam: vt ij.q.vj. ad Romanam. & per totum. extra, e. personas. & pluribus capitulis. Hodie verò necesse est causam proponi probabilẽ, vt prædixi. Et vt hic articulus plene liqueat, dic vt in præ. versi. circa hoc. quã distin-34 ctionẽ hic iunge. ¶ † Verũ quia de remotione appellationis mentionẽ fecimus, & quotidie in literis apostolicis, hoc inseri videmus, idcirco quid hæc clausula operetur, videamus. Et licet à doctoribus hoc plene sit traditũ: tamẽ vt addamus aliqua, hic sub cõpendio repetamus. Dicit ergo B. super decr. vt debitus. quòd remotio appellationis nil operatur, cùm hodie remota sit ipso iure: vt in e.c. Et Io hoc etiã cõcordat Inn iiij. vt nil operet ante sententiã, vel post: sed apponitur ad cautelã: quia plus solet timeri &c. extra, de hæret. si aduersus. & xxiij. dist. quæ cõ. Sed cõtra, nam secũdũm hoc, frustra mẽbranas occupat. vt xix. dist. si Romanorũ. cùm tamen nil debeat esse superuacuum in scriptura: vt lxxvj. dist. huius. & extra, in proœmio. §. sane. & præterea secũdũm hoc frustra distingueret decr. an hæc clausula ponatur in medio literarũ, vt sic præmissa tantũ cõplectat: an in fine, vt sic omnia, quæ præcedũt, cõprehendãtur: vt extra de app. inquisitioni. quæ etiã post illã, vt debitus. emanauit. Itẽ secũdũm hoc tollitur decre. pastoralis. quæ dicit operari vt nõ posit tũc appellari, nisi ex causa expressa in iure: cùm tamẽ legũ correctio sit vitãda; vt extra, de elect. c. ecclesia vestra. ij. quod enim nõ mutatur, quare stare prohibetur: vt C. de testa. sancimus? Et ideo alij dicũt, quod cõstitutio, vt debitus.[a] in ordinario loquit, in quo hęc clausula non habet locũ: vel in delegato cui scribit sine illa clausula. Sed per hoc nõdum nõ est q̃stioni pposite, satisfactũ quid operat clausula prędicta. Io. V in. & G. Na. dicũt quod ante sententiã nil operat: quia appellatio ante sententiã remota est ipso iure: per præ. cõsti. in prin. ibi: an sententiã, &c. sed post sic, vt tũc nõ posit sine causa pbabili & in iure expresse appellari: quod aliàs posset, nisi remota foret appellatio. ar. in c. Romana. §. cũ autem. & c. cordi. §. his quoque.[b] Hinc est quod si causa est appellatione remota, cõmissa, & appellet à sententia, appellatio nõ impedit executionẽ, nisi ex causa in iure expressa fuerit appellatũ: vt in præal. c. pastoralis. & pbat extra, de offi. deleg. sup eo. in fi. dũmodo fiat executio, priusquã emanet cõmissi super ea: vt eo. tit. pastoralis. § præterea. quod dic vt s. ti. pxi. §. j. Si autẽ nõ esset remota appellatio: tunc posset simpliciter appellari: & appellatio impediret executionẽ, imò facta executio post appellationẽ, ante omnia reuocaret: vt extra, de iureiur. venientes. in fin. & de app. dilecti. Sed opponit ad hoc quod dicũt, nil ante sententiã operari. cõstat enim quod omissis medijs põt ad Papã appellari: vt extra, eo. si duobus. & c. solicitudinẽ. ij. q. vj. ad Romanã. & c. pręce. & seq. Pone ergo, causa est mihi appellatiõe remota cõmissa. ergo tibi cõmitto tãtũ litis cõtestationẽ, cæteris mihi reseruatis: lite cõtestata corã te vis testes recipere. vnde cùm fines mãdati excedas, põt à te pbabiliter & licite appellari: vt de off. dele. cùm olim. & appellabit ad me: quia aliqd mihi de iurisdictiõe reseruaui, & nõ ad papã. licet alias posset ad eũ, omissis medijs, appellari. & si fiat, nõ valebit: vt pręc. §. sup q̃stionũ. §. porro. ver. si causa sit ei app. remota cõmissa. &c. Ergo à cõtrario si nõ sit app. remota cõmissa potest appellari ad papã, per præ. iura. Vides ergo quod remotio app. aliqd an sententiã operat, per quod prima opinio, & hæc eneruãtur. & ideo dñs meus videtur dicere cõtra, quod operetur ante sententiam, & nõ post: vt vbi hæc apposita est clausula, nõ posit ante sententiã appellari nisi in casu in iure expresso: vt s. ver. do. m. Post sñiam autẽ possit simplr sine causa: vt s. ver. & ideo. Alij, quia de illa nil statuit cõstitutio, sic videt ipse notare i decr. vt debitus. super verbo. an sententiã. & sup verbo, absque rationabili causa. in cõmẽto, & etiã in summe de hoc multa no. Alij aũt quib' Io. & Pet. assentire videt, dicũt ante sñiam & post, idẽ operat, scilicet vt nõ posit appellari, nisi ex causa in iure expressa vt præ. c. pastoralis. vbi sit hæc quæstio: & videtur ad eã, nõ distinguendo ante sententiã vel post. Ego dico quod remotio appellationis nil operatur ante sententiam quo ad partes, quò minus posint appellare ex causa legitima expressa in iure vel non: vt in præ. c. vt debitus. cũ ipso iure remota sit: vt ibidem. Ideo autẽ in rescriptis, clausula illa apponitur: quia ante illã cõsti. vt debitus. semp opponebatur. & sic adhuc de facto opponit iuxta præteriti tẽporis morem: sicut et clausula, si est ita: in lr̃is de facto inserit. licet etiã de iure subintelligat. extra de rescri. ex parte. xxv. q. ij. vniuersa. nã vt sæpe cõcedit, quod de iure cõi cõpetit: vt extra de procur. quia in causis. extra de iureiur. & si Christus. in fi. licet superfluũ sit: vt C. lib. x. de thesauris. l. vnica. quo ad iudicẽ autẽ bene operat: nã vbi apposita est, si appellet ex causa in iure nõ expressa, iudex nõ tenet ei deferre, nec suũ processum retardare: vt s. ver. quod verò. ibi: tu dic Quãdo aũt appellet ex cã i iure nõ expressa: dic vt j. §. nũc dicam'. ver. circa hoc. Itẽ post sententiã nil 35 operatur: † quia tunc simpliciter & sine causa, fas est cuilibet appellare: nec in hoc prioribus iurib' i aliquo derogat vt eo. tit. cordi. §. his, quæ. quæ posterior est: nec cõstitutio, vt debitus de appel. post sententiã dicit quicquã. nec est verisimile quod princeps per hãc clausulã velit ius litigatoris auferre, cũ eã in suo rescripto inserit: vt extra de offi. or. grauem. & de offic. deleg. super eo. & vnico verbo tot iura tollere; vt extra, de elec. ecclesia. ij. quamuis. G. Na. & Pe. dixerunt quòd tunc operatur quo ad iudicẽ, vt non obstante appellatione securè posit sententiam exequi: vt supra titu. proxi. §. j.

SVMMARIVM.

1. Appellari, à quibus posit.
2. A sententia arbitri non est appellandum, nec ab executore.
3. Appellari nõ licet à sententia lata in curia Franciæ. Rex Frãciæ in tẽporalib' superiorẽ nõ cognoscit. A quibus appellari posit.

1 **V**Idendum Restat † à quibus appellari posit. Et quidẽ generaliter ab omnib', tã delegatis, quàm ordinarijs. ij. q. vj. c. ij. & c. ad Romanã. extra de app. cũ sit Romana. nisi in rescripto remota sit appellatio: vt s. §. proxi. ver. ij. & ver. verum. A principe autẽ, scilicet a papa vel imperatore nõ appellat: vt. ij. q. vi §. anteriorẽ. ver. alloa. x. q. iij. cuncta. & c. per principalem. nec à sententia præfecti prætorio: sed supplicatur ab ea, nec à sententia senatus: vt C. de sen. præfe. præto. l. j. ff. à quibus appel. non lic. l. j. ff. de mino. præfecti ij. q. vj. c. anteriorum. nec à sententia episcopi: vt i. §. proxi. versicu. xxij. Quod autem dixi à sententia præfecti supplicari: verũ est, cum primam sententiam profert, vel cũ primã sententiã per alium latã, ex appellatione infirmat. Si autẽ iam bis iudicatũ sit, & præfectus tertiò ex appellatione cognoscit: tunc si confirmat priores sententias non supplicatur. Sic intellige. C. ne lice. in vna eademque causa ter. pro. l. vnica. De isto dic vt i. de iurisd. om. iu. ver. magis. Item quod dixi de sententia senatus, intellige de omnibus senatoribus simul, qui erant numero centum: vt C. de hæret. l. fina. de quolibet senatore separatim non.[c]

2 ¶ † Item à sententia arbitri, non appellatur: vt i. §. proxi. versi. xvj. ¶ Item ab executore non appellatur. quod dic vt s. §. proxi. versi. v. ¶ † Item à senten-3 tia lata in curia Franciæ, non appellatur, cum Rex ipse

[a] ¶ Debitus. in iiij. gl. Tu dic vt super ea scripsi in fine. ADDE vt letius per episcopũ Alc.

[b] ¶ Quoque. lib. vj.

[c] ¶ Separatim nõ. dicit Gul. quod quidam sibi attribuunt, quod vnus vel duo senatores Vrbis, qui hodie præficiũtur, de quibus in decr. fundamenta: de elect. lib. vj. non habeant illã potestatẽ, quã olim habuerunt i senatu centũ. sed dicit quod separatim vnus vel multi si potest quod oẽs possunt. Pe. & Cy. in præ. l. fi. sub dubio forte, tenent quod eandem habent, per l. sicut. & l. plane. ff. quod cuiusque vniuer.

a ¶Respon.j.libro vj.

ADDITIO. Adde ad ver.seq.ibi præter Regem Franciæ, quidem tenet Spe.in tit.de feu.§.quoniam.versic.xv.& In.de Turre cre.in c.in apibus.col.ij.versi.ad primuoi.vij.q.j.& tenet Old.consi.lxix.inci.consueuit dubitari.vbi in col.fi.ver.nõ obst.dicit quod nec de facto nec de iure rex Franciæ recognoscit superiorẽ. Adde do. Iasan l.j.col.iij.versicu.nunquid autem Rex Francorũ. in prima lectura.C.de sum.trini. vbi dicit quòd communiter tenetur, quòd de iure nõ sit subiectus Imperatori. Et vide Bald.in consil. ccxviij.inci. ego puto.in princip.in iij. vol.vbi formaliter dicit quòd contra regis Franciæ decorẽ, id est contra prima vexilla inuictissimi Regis Francorũ, nemo præsumat honorem.& in col. fi.ver. illud etiam. vbi etiam expresse dicit quod rex Francorum, qui Frãcus est à iure Romano, & dedignatur legibus subijci, non tamen dedignatur sacros cannoes imitari. & per eundem Bald. consi.cccxviij.incip. petita venia flexis genibus loquar.col. j.versic.& ideo.eo. volu.iij. vbi etiam dicit quod sup omnes reges Christianorũ Rex Francorũ obtinet coronã libertatis & gloriæ. Et adde quòd reges Franciæ consueuerunt in eorum consecrationibus, vngi ampulla, quam apportauit de cœlo colũba cũ chrisma in rostro suo, vt per Guid.papæ in quæstionibus suis, quæst.io.cxiij.inci. in hac ciuitate, circa fi. Hen.Fer.

ipse in temporalibus, superiorẽ non recognoscat: vt extra qui filij sint legit.c. per venerabilem.& sic ibi de facto seruatur. ¶ Vtrum à iudice communiter electo appelletur, & ad quem.dic vt i.de cõpe.iudi.adi.§.j.versi.sed an.& versic.sed ad quem.

S V M M A R I V M.

1. Appellari potest ad Papam, omissis medijs, sine tamen præiudicio inferiorum, & damno litigantium.
2. Appellans à Metropolitano procedente simul authoritate ordinaria & Apostolica, an sit admittendus.
3. Appellatio diuersimode, & à diuersis fieri potest.
4. Processus appellationis à Vicario ad episcopum, qui causam commisit, &c. an sit validus.
5. Appellans à delegato Principis, coram principe tantum agere debet.
6. Commodum de fraude, nemo reportare debet.
7. Appellatione ad papam facta, etiam fieri non debita quo casu teneat.
8. Iuris appellatione, quid intelligatur.
9. Delegato subdelegante sub hac forma, committo vices meas quousque ipsas duxero reuocandas, an per talem subdelegatum sententia lata teneat.
10. Delegatus à nõ Principe, qualiter, & quo casu possit causam alij subdelegare.
11. Duorum delegatorum si vnus committit totaliter alteri vices suas, alter verò committit aliqua, sed non in totum, ad quem ab istis sit appellandum?
12. Appellari de pari ad parem, an liceat.
13. Sententia lata a qua appellatum non est, si iudex committit alicui executionem tantùm, à quo appellatur, ad quem debeat appellari.
14. Appellanti per errorem ab vno pro alio, an noceat talis error.
15. Ad legatũ papę an liceat omissis medijs appellari.
16. Appellans simul ad plures, ad quem intelligendus sit talis appellasse.
17. Parte ad legatum, & altera ad metropolitanum à sententia suffraganei appellante, cuius tenere debeat appellatio.
18. Processus contra appellantem tenere dicitur, vbi incertum est ad quem appellatio inferatur.
19. Simpliciter appellans, nec dicens ad quem appellet, ad quem intelligendum sit appellasse.
20. Appellans ab episcopo si dicat, appello ad maiorem iudicem, qualiter, & de quo sit maior interpretandus.
21. Appellatione facta à sententia episcopi ad metropolitanum, si cõtingat ipsum metropolitanũ mori, & episcopum loco eius substitui, an ipse substitutus possit de causa appellationis cognoscere.

Ad quem appelletur.

NVnc. Tractemus ad quem sit appellandum. Et quidem à minori ad maiorẽ, & gradatim: id est, ad eũ, qui in gradu proximo superior est ei, a quo appellatur: puta ab archiepiscopo ad episcopum: ab episcopo ad archiepiscopũ: ab archiepiscopo ad primatem: ab illo ad papam: & sic seruatum: vt C.de appel.præcipimus.ff.eo. Imperatores.& l.prima.§.si quis.extra,eodem.dilecti filij prior.& c.Romana.responso.j.ij.q.vj.si quis putauerit.& c.placuit.& l.anteriorum. versic.ad hoc. & versi.illo videlicet.& q. vij.c.metropolitanũ. Excipitur tamen dominus Papa, ad quem potest omissis medijs appellari: vt ij.q.vj.c.ad Romanam.& c.præcedẽ.& c.quoties.& c.adeo.& extra, de appel.si duobus.& c.solicitudinem.extra, de priuile. antiqua. Et est ratio: quia ipse est ordinarius singulorum: vt extra, de elect.cùm nobis olim.de legato dic vt infra versi.& nunquid. Benedictus tamen sit Imperator, qui licet dominus Mundi sit, vt ff.ad l.Rho.de iact.deprecatio. & licet omnes prouinciæ sub eo sint, vt lxiij.distin. Adrianus.& omnes nationes, vt xj.q.j.hoc si quis.versic. volumus.& omnes principes, vt vij.q.j.in apibus. præter Regem Franciæ, vt extra, qui fi.sint legi.per venerabilem.circa medium.& licet omnia sint in eius potestate, vt viij.distin.quo iure.& xij.q.j.futuram. & C.de quadri.pres.bene à Zenone. †non tamen patitur in præiudicium inferiorum ordinariorum, & in damnũ & laborem inæstimabilem litigatorum, ad se omissis medijs appellari: quod si fiat, remittit appellantem ad iudicem competentem: vt in præ.l.Imperatores.respon.j.[a] cum suis concor. Licet enim princeps omnia possit, & legibus nõ adstringatur tamen viuere debet secundùm legem: vt extra, de conces.præben.proposuit.& C. de legi.digna.& xxv.q.prima.§.si ergo.in princi. alias in §.iusta.tunc enim iura sua seruantur, quãdo eis ipse reuerentiam exhibet: vt ix.dist.rustum. Palea est.[b] Et nota quod cùm appellatur ab eo, qui habet iurisdictionem à persona ecclesiastica, appellatur secundùm canones medio omisso, & ante sententiam, & non secũdum legem vt probatur extra, de foro compe.licet.& de appel.si duobus. §.denique. ¶†Quid si appellatur à Metropolitano procedẽte simul authoritate ordinaria, & etiam apostolica: vt extra de cor. vitia.significauit.de præben.nisi.de officio ord.licet. Respon.dicit papa in decre.vt debitus, super verbo, ante sententiam.absque rationabili causa.in commẽto.& etiam in Summa de hoc multa ponit. Alij autem quibus Io.& Per.assentire videntur, ad papam fore appellandum dicunt, nõ ad primatẽ: vt extra, de præscr.cùm ex officij.[c] ¶†Et hoc in ordinarijs: in delegatis autẽ dic quod si est delegatus ad vniuersitatem causarũ, à minori iudice quàm sit papa vel Imperator, potest vnam tantùm ex illis subdelegare: & ab isto subdelegato appellabitur ad ordinarium, & non ad delegatum, qui illum subdelegauerat. ff.quis & a quo app.l.prima.§.fin. secũdum Tan.[d] quod mihi non placet, vt iam dicam. ¶Vt autem in hoc articulo plenius instruaris: distingue, quia appellatur quandoque ab ordinario, quandoque à delegato, quãdoque à subdelegato: si ab ordinario, gradatim debet fieri, excepto papa, vt prædixi. Si à delegato, subdistingue. nam aut est delegatus ad vniuersitatẽ causarum, aut ad vnã tantum. si ad vniuersitatem, vt est vicarius episcopi, vel officialis, qui ordinarius censetur: tũc appellatur ad archiepiscopum, ad quem ab ipso episcopo appellaretur: quia vnum & idem consistoriũ censetur officialis & episcopus extra, de app.Romana.in prin.[e] Et tamen hic posset ad papã omissis medijs appellari, vt s. ¶†Quid si de facto appellatur à vicario ad episcopum, qui causam committit, & partes scientes commissionem non tenere, litigant coram delegato? Dicunt quidam quod nõ valet processus.ff.de app.ex cõsensu. §.primo. de hoc no.C.de iurisdi.omn.iud.priuatorũ.& §.de cõpe.iudi.adi.versi.x.& seq.non enim valet delega-

b ¶Palea est. Mart. de sa.multum prolixe tractauit quæstionem, quæ incipit, Castellani præcedentibus deuotis obsequijs. quia quæris de ciuitate priuilegiata p principẽ, vt possit statuta condere illibatè seruanda: quæ statuit certos iudices ordinarios à quorum grauaminibus ad potestatem appellari deberet. quidam ciuis appellauit ad principem in causa criminali, vel eius vicarium in prouincia: quærebat an deberet cogi seruare statutum. Ad casum inducit ff.de decre.ab ordi. fa.l.fin.ex cuius legis Græco patet ex lege municipij, agentem extra municipium posse puniri. Secundò probat quòd ciuitas etiam sine principis priuilegio posit leges condere, etiam tam validas, quod in loco iuri ciuili præiudicant. alleg.Instit.de iure na.§.pe.ff.commu.prædi.venditor.§.si constant. ff.de legi.de quibus.in fin.& quas eam præsides prouinciarum inter illos seruare tenentur. C.quæ sit lon.con.l.j.& C.de ædifi.pri.l.an in totum. Nam & princeps sic agit in authen.de vsur.nau.ante fin.col.viij. Nec obstat terminus quæstionis, si dicat principi, vel illi, ad quem appellari debebat, per id præiudicium fieri quia non est inuenta appellatio in fauorem illorum, ad quos interponitur, sed grauatorum. ff.eo.ti.l.j.in princ.& l.serui.extra, c.cùm speciali. §. porro. Hinc est quod appellatio põt omitti, & interposita potest renunciari, & de non interponẽda pacisci. Patet primum extra. de re iud.quod ad cõsultationẽ. C.quã. prouo. non est ne. l.ij.in fi. Secũdum, C.eo.si quis libellos. canonizata ij. q.vj.si quis. Tertium, C.de tem.ap. l.vlti. in fine. ff. à qui.app. non lic.l. j.§.si quis. Per hoc concluditur quod fauorem respicit grauatorum. Si ergo priuatorum facto appellatio põt elidi, fortius potest ciuitas aliquã formam dare, vt de illa apud certos iudices cognoscatur. ff.de pact.l.iurisgentium.§.adeo. ¶Demum prolixè instat arguendo pro & contra ciuitates super mero & mixto imperio. Contentus autem de supra scriptis, quæ titulum respiciũt ad eius solutionẽ venio, qui tenet ciuitates, nisi consuetudine vel priuilegio admitterẽ hæc quę maioribus sunt reseruata iudicibus, & maxime capitalium criminũ quæstiones non posse aliquibus demandare. in authen. du defen. ciui. §. audient.& quasi per totum.authen. eo. ti.col.ĩn.§.pen.& vlt.C.de peda.iu.l. ij. ff.ad omni.l. ea, quę.propter id quod dicit consue.videtur velle merum imperiũ posse præscribi. De hoc remissi dedi de fo.compe.cùm contingat.in gl.non dixi.

c ¶Ex officij.& ibi scripsi in glo.dicebatur.

d ¶Secundùm T.vbi.s.post prin.ver.appellatio.

e ¶In prin.lib.vj.

tio causę, quam partibus scientibus committit, vbi delegare nō potest. not. C. de poena iudi. l. j. Alij cō tra[a]. ¶ †Si verò à delegato ad vnam causam tātū, aut est delegatus à principe: & tunc ad principem tantū: vt ff. quis, & à quo appel. l. j. in prin. & extra, de offi. delega. super quæstionum. Aut ab alio inferiori ordinario: & tunc etiam ad eundem ordinarium: vt in ea. l. respon. primo. & l. fi. & extra, de appel. cum speciali. & xj. q. prima. peruenit. & in pręc. c. dilecti. in parte decisa. vt ibi not. & idem no. extra, de foro compe. si quis contra. ibi tamen loquitur, quādo ordinarius recusatus causam alicui delegat, a quo delegato si appellari cōtingat, dico q ad archiepiscopum potest, omisso episcopo, appellari: quia cùm ordinarius sit recusatus, non dicitur facere mediū: arg. ij. q. vj. c. placuit. secundùm Vin.[b] licet B. not. contra ibi: his tamen casibus ad papam posset semper appellari: vt suprà. ¶ Sed ad quem appellabitur ab arbitris, ad cognoscendum de causa suspicionis electis? Respon. ad papam, cuius intelliguntur esse delegati. extra, de appel. cùm cessante.[c] ¶ †Sed secundùm præmissa, si dicis quòd ab eo, cui episcopus vnam causam delegat, debet ad ipsum episcopum appellari: ergo episcopus semper causam appellationis committet, ne causa ad superiorem veniat. Respon. Aut ipse episcopus est suspectus: & tunc ad superiorem appellabitur: non ad eum, vt iam dixi. Aut non est suspectus: & tūc si episcopus in fraudem causam appellationis cōmittat, ne causa ad superiorem perueniat, non debet de fraude commodum reportare. ff. eo, per quē fac. est. l. ij. extra, de rescrip. c. sedes. in fin. cum suis concor. & c. sequē. Nam de iure ipse habet necesse causam appellationis per se audire: vt extra, de appel. vt debitus. ibi: de appellatione cognoscat. & in authen. vt defun. seu fune. defunc. non iniuri. §. pe. etiam si alijs occupetur negotijs, vt ibi no. Ad idē C. de iudi. authen. ad hæc. Et credo q sententia excommunicationis, per modum constitit in genere lata per metropolitanum contra fraudes huiusmodi committentes valet & tenet, argu. extra, de insti. c. iij. extra, de offi. vica. Romana[d]. & de offi. ordi. c. ij. Sed quoniam qui fraudem allegat, fraudem probare tenetur: vt ff. de proba. quoties. §. qui dolo. quod difficile foret metropolitano probare: necessarium esset huiusmodi fraudibus per sedē apostolicam obuiari.[e] ¶ †Cæterum si appellatur à subdelegato subdistingue. nam aut est subdelegatus à delegato Principis, puta papę vel Imperatoris: aut à delegato alterius. Si à delegato Principis, aut delegatus subdelegauit totam causam, & tunc tātùm ad principem appellatur: vt extra, de offic. deleg. super quæstionum. §. porro. Aut aliquid de iurisdictione sibi retinuit: & tunc si sit remota appellatio in rescripto, nō potest appellari ad papam, sed ad delegatum tantùm, qui eum subdelegauit, secūdū B. & T. & do. meū. & alios. & si fiat appellatio non valebit: imò remittetur ad delegatum speciale enim est in hoc casu, vt non posit ad papā omissis medijs appellari. vt in prædi. §. porro.[f] Alij tamen, vt G. Na. dicunt q appellatio facta, hoc casu ad papam, tenet, licet fieri non debeat. Et sic dicūt de facto seruari: & curiā Romanā talem appellationem recipere. Et exponunt qđ dicitur in prędi. §. porro, non ad nos. sed ad eum &c. verum est de iure cōmuni. †Nam appellatione iuris, ius cōmune intelligitur. arg. C. de his, qui ve. ęta. impe. l. fi. & extra, de transact. c. primo. Secus autem est de iure speciali, quo ad nos omissis medijs in omnibus appellatur. arg. extra, de app. significauit. & supra dixi. Sed hic intellectus non placet. Si autē non fuit appellatio remota, adhuc dicunt B. & do. meus ad delegatum tantùm, & nō ad papā appellandū: cùm omnis appellatio sit remota per cōstit. vt debitus. Tamē Pe. de Sap. dicit q hoc casu pōt ad delegatū appellari, & nihilominus ad papā illo omisso: vt in pręd. §. porro. sed secūdū legē in eo casu, qñ scilicet delegatus cōmittit in totū vices suas, & in eo, s. qñ nō est remota appellatio, debet ad delegatum, & nō ad principē appellari: vt C. qui pro sua iurisdi. l. j. §. hinc. Vel solue vt not. in præ. §. porro. Item do. meus dicit q non congruit iuri, vt papa recipiat appellationem interpositam à delegato non suo, vel à subdelegato ab illo vna tantùm causa commissa fuit, quandiu delegās vel subdelegās superest: & causam appellationis vult & valet expedire. vīs cradit standum in foro ecclesiæ legi. C. qui pro sua iurisdi. iu. da. l. prima. & ff. quis & à quo app. l. prima. in princi. & l. fi. quibus nullo iure canonico expressè contradicitur. & ad hoc facit mens illius casus positi suprà ibi: aut aliquid &c. Debet enim suā potestatem secundùm iura moderare, vt supra.[g] ¶ †Sed quid si delegat⁹. subdelegat sub hac forma: Committo tibi vices meas quousque ipsas duxero reuocandas: certè nisi reuocet, valet sentētia per subdelegatū lata. ¶ Sed ad quē appellabitur tunc? Rñ. ad papā. Sed si ante sententiā fuisset appellatū tunc ad delegatū appellaretur: quia adhuc poterat causam ad se reuocare: sed postq̄ lata est sententia, nō potest aliquid reuocare. Sic notat papa extra de offic. delega. si pro debilitate & T. in præ. §. porro. arg. tamen cōtra: quia adhuc restat executio, quam potest resumere. argu. extra eo. titu. quærenti. propter quam rationem, dominus meus not. contra in præ. c. si pro debilitate. & dictū priorum obtinuit in executione ad prouidendum cuidā deputato: qui alteri cōmiserat vices suas, à quo extitit appellatum. Multi autem tunc dixerunt, quod nunq̄ est appellandū ad executorē, sed ad papā, etiam ante latam sententiā per subdelegatū eius[h]. ¶ †Porro si appellatur à subdelegato delegati ab alio q̄ à principe potest appellari ad eum, qui subdelegauit. vt ff. quis & à quo ap. l. prima. in prin. & l. fi. nihilò minus ad papam, vt supra. Quidam tamen dicunt appellari ad ordinarium: vt in præ. l. ff. quis & à quo ap. l. prima. §. ab eo. Si autem quæras, quomodo delegatus à non principe potest causam alij subdelegare, contra illud C. de iudicijs. extra de app. cū causam, quæ. Respon. hoc obtinet, quando alicui causarum vniuersitas est commissa: vt vicario episcopi, qui potest vnam causam alij subdelegare: vt ff. de iudic. cùm prætor. extra de foro cōpe. Romana. §. nec[i] à contrario sensu. & ij. dixi. & not. in prædi. c. cū causam. ¶ †Sed pone, duo sunt delegati, & vnus committit alteri totaliter vices suas: alter verò committit alicui aliqua, sed non in totum. Quæritur ad quē appellabitur ab istis? Dic quòd ad papam. Eadem quæstio est si vnus delegatus committit alteri condelegato vices suas, aliquid sibi de iurisdictione conseruans. Idē etiam est, si sint tres iudices, & est quæstio venerealis:[k] quam prosequere prout ibi no.[l] ¶ Quid si sint tres delegati, & duo subdelegāt. duo autem subdelegati procedunt cum tertio delegato, dicunt quidam appellandum esse ad primum delegantem. Alij dicunt quòd ad tertium delegatū appellabitur, si sit in literis clausula illa, quod si nō omnes. quod dic secundū papam & B. prout not. in c. super quæstionum. §. si verò[m]. ¶ †Sed in illa quæstione quando delegatus committit tantum condelegato principium causæ, non videtur quòd appelletur ad committentem, sed ad papam, quia de pari ad parem non appellatur. secunda quęstione sexta. c. anteriorum. Dic tamen contra. nam recipiendo subdelegationē sui coniudicis, se facit minorem[n]. argumentum extra de offic. delega. super quæstionum. §. si verò duo. & ff. de iurisdict. omniū iudicum. est receptum. Vnde fiest in commissione clausula, quòd si non ambo &c. appellabitur ad committentem. extra eod. cùm super. & C. qui pro sua iurisdict. l. prima. quia ille, qui grauat non potest de hoc cognoscere: nam esset iudex in causa sua, quod esse non debet. C. ne quis in causa sua iudi. l. prima. Et si appellatio tenet, remanet solus iudex. argumen. extra de appella. ad hoc si in vna. Si autem non sit illa clausula, tunc appellatur ad papam. ff. quis & à quo appella. l. prima in fin. Idem iuris est, si alter committit tantùm causæ principium alteri extraneo: de quo dic secundùm papam prout not. in prædi. c. super quæstionum. §. porro. Si verò delegatus cōmittit alicui extraneo totum, vel

a ¶ Contra. Scilicet a Albe. Gal. de iudi. or. & dele. ad fi. alleg. prima duo, scilicet in contrarium allegata, scilicet legem ex cōsensu. & no. in l. priuatorū.

☞ ADDITIO.

¶ Adde vidēdum singulariter Ludo. Ro. sing. lxxv. inci. concessum est episcopo. vbi an possit appellari à vicario episcopi, cū ab episcopo nō appelletur. & per eundē Ludoui. Ro. singu. cccclviij. inci. tu habes titulū. vbi no. tradit an posit appellari ad vicarium episcopi, episcopo causam delegāte canonico. Et adde q nō appellatur à sententia vicarij ad eū, cuius est vicarius, sed ad eum, ad quē appellaret, si ipse principalis ordinarius iudicasset: vt p Barto in l. præcipimus. C. de appel. Henri. Fer.

b ¶ Secundùm Vin. Vt in præ. decre. si quis contra. scripsi super glo. ij.

c ¶ Cessante. Hoc patet de offi. dele. ab arbitro. lib. vj.

d ¶ Vica. Romana. lib. vj.

e ¶ Obuiari. Vide quod dixi de offi. dele. super quæstionum. ver. intentionis. super gloss. nisi causa. Vt intelligas superiora, ista fraus incipit à negotio principali. nā causam, quā episcop⁹ nō vult deferri ad metropolitanum, ipse non audit per se, nec per vicarium suum, sed delegat quandoq; etiam id vicario: vt sic ex delegatiōe audiat, nō ex vicario: oportet ergo tūc ad eū appellari, vel ad Papam: & si ad eū appelletur, iterum delegat.

f ¶ §. porro. Vide quod ibi scripsi super glo. maximè.

g ¶ Vt s. pro hoc dicto vide quod de more cancellariæ dixi de offi. deleg. si delegatus. lib. vj. in glo. mirabile. qui mos non habet dare iudices super appellationibus interiectis à subdelegatis delegatorū Papę datis non in totū, nisi in casibus decre. si is cui. & decr. si à subdelegato. de offic. deleg. lib. vj.

h ¶ Subdelegatū eius. Expeditū est per decre. si delegatus. §. j. et ij. lib. vj. q valet sñia q etiā a sententia appellabitur ad subdelegantem ibi vide.

i ¶ §. nec. lib. vj.

k ¶ Venerealis. l. j.

l ¶ Ibi no. Qualitercunque permisceas delegatū & subdelegatū, vel subdelegatū in totū cùm subdelegatū in partem, semper appellat ad papā: vt not. in præ. §. si verò. in gloss. patet.

m ¶ §. si verò. Est expeditum eo. titu. si duo. li. vj. qđ ad papā appellabitur.

n ¶ Minorē. Procederet hoc totum si ex sola subdelegatione procederet. Sed ex quo delegatio est permissa, absit q ad collegā appelletur. Et vide quod scripsi super præ. glo. patet, vbi etiam posui hoc dictum Host. nec iustificari posset, quare aliud in extraneo: vt infra sequitur quàm collega.

a ¶ Imperatores. secundùm Tan.cuius fuit iste ver.vbi §.versi. quid si autẽ. & hoc secundum legem: secundùm nos non videtur procedere.

b ¶ Sibi decreta. De hoc scripsi de offi.lega.quod translationem.super.j.glo.

c ¶ Antiquus. Hoc non placet.& vide quod scripsi de priui.antiqua.in fin.

d ¶ In prin. Et hoc mihi placet, nisi intra tempus quo appellare debuit, alterũ elegerit. Et hoc etiam verum nisi pbabilem causam habuerit sic appellandi: vt nota. in decre.si is, cui.de offic.deleg. lib. vj. in gloss.pe. & vide quęstionem, quam disputaui, sup reg. in alternatiuis. de regu.iur.lib.vj.

ADDE pro hoc quod Io.An. dicit ꝙ consuluit Ro.cõsil.cccxl. quòd valet appellatio facta ad concilium, vel Romanum pontificẽ si probabilis causa erat dubia an cõcilũ vellet cognoscere. Et de hac additione vide Alex. consil.cj.& clxviij. ij.volu.& ibi quid si appellatur ad papam,& ad quemlibet iudicem competentem: de quo etiam inter cõsilia Bald. consil. ccxx. iiij.libro.

e ¶ Appellationem. Aduerta hic, quia hoc habet pl⁹ illud thema, quam mea quæstio, de qua s. & j.remisi: quod satis facit ad factum. nam hęc reseruatio videtur facera certũ, quòd aliàs erat incertum: vt patet ff.de verb. obliga. vbi autem. §.qui il lud. Item & si non apponantur, satis est quòd electio cõpetit. facit ff.de arb. l.Litẽ si vnus. §.sed si ita. qui §.loquitur in materia, in qua requiritur certitudo: vt patet in §.ibi seq. & extra, de arbi. innotuit. Sed per hoc à solutione quæstionis non discedo, etiam in his terminis.

f ¶ Statuimus.lib.vj.

g ¶ Placet. Quæstio.Io.est xviij.j.lib.plenios ipsius dictum vide in quęstione ad quam supra remisi.versi.sed pone.in fine.

¶ Sed occurrit alia quæstio, de illo, qui dixit, appello ad papam vel archiepiscopum, reseruata mihi electione alterius, coram quo prosequar: adiuit archiepiscopum, præsentauit appellationem, & ille pronunciauit se iudicem: modò vult prosequi coram papa. Quæritur an possit? Duo sunt dubia. Primum propter alternatiuam, ad quod sufficiant quæ dicta sunt & remissa. Secundum de præelectione archiepiscopi, an præiudicet ei volenti mox prosequi coram papa: Et videtur ꝙ nó: quasi non dicatur fuisse, quod non durauit, extra, de verb.sign.nam & ego. Facit ff.de inoffi. testa, mater.ad fi.ff.de lega.ij.qui fideicommissum.& verba, cum effectu sumenda sunt.de cleri.non resid.relatum.& ibi concor. Item talis electio, vsque ad litem contest.mutari potest. Facit.ff.de iurisdi.om.iud.si conuenerit. ff. ad Tertul.l.filij mater.in fi.& ff.de verbo.obliga.si stipulatus.in prin. Sed prædicta procederent, vbi de viribus appellationis obiectum vel discussum non fuisset. aliàs secus, ex quo talis discussio habita fuisset, nec ab ipsius sententia appellatum.de elect.cum dilecti. ad finem. de regulis iuris. quod ad consultationem.ff.de nego.gest.si autem.§.fina.de compensatio. quod in diem.§.si rationem. ¶ Sed fingamus appellationem valuisse, & pronunciationem factam non esse: poteritne appellans coram Archiepiscopo prosequi? videtur quòd non: per decreta.si duobus.eodem titulo. secũdò propter ordinem scripturæ. de consecratio.distin. secunda.c.in Christo pater. Nã in dubiis, ad talem ordinem recurritur.de electio. capitulo penultimo. libro sexto. de præbendis, c.mandato. eodem libro.in authenti.de hæredib. & Falci.§.in ordinatum.& §.si verò nullus legatarius. Tertiò propter tribunal maius & dignius: vt ff. de officio legat. nolentes.de priuileg. antiqua.ff.de re iudica. contra popillũ. §.j.C. de adulteriis.l.adulteri ff.de fide instrumentorum.l. fina. de alb. scriben. l. vltima. ¶ In contrarium pro archiepiscopo facit. l. Imperatores. ff.eodem. quia ordinarium est, gradatum appellari: vt ibi, & extra, eodem titulo. dilecti. vbi concordan. in principio. & eadem glos.& suprà, eodem.§.in principio. Appellare ergo per saltum, est extraordinarium: ergo primum præferendum. ff.de mino. in causæ. ij.in principio. Item archiepiscopus proximus est: & sic de ipso debet intelligi.ff. de verborum obligationibus. l. eum, qui calendis. Item cùm optionem sibi reseruauit, nec iudex nec aduersarius contradixit: libere igitur potest eligere.ff.de liba.agnoscen.l.j.§.pœna.ff.nau.caupo.stab.l.finali. in principio.ad Macedo.l.filius.C.de anna.exceptio.l.finali. Declarauit ergo verbum ambiguum. quod potuit.ff.de iudic.si quis intentione. & regulariter de pluribus iudicibus, actor habet optionem. C.de episcopis & clericis. l.cum clericis.in principio. & in authentica, habita. C.ne fil. pro patre. Vterque igitur dicitur appellatus: sicut de alternatiua stipulatione dicitur: de constitu.pecu.l.illud.in princip.& de verborum obligatio. l.si duo rei. Decre.si duobus.non obstat: quia ibi non dicitur appellationem factam ad archiepiscopum non valere: & si id diceretur, nõ obstaret: quia ibi duæ appellationes interpositæ fuerunt à diuersis: & quia non potest vtraque valere, præualet facta ad maiorem. sed hic vnica ad alterum duorum, quem appellans elegerit: quorum vno electo, ad ipsum solum videtur appellatum. C.de tempo.appel.l.fina.§.illud.in princip. cum similibus ibi no.ff.de rescin.vendi.si quam rem.& de procura. l.pluribus. Ex prædictis intricationibus, eo amplius mihi placet quæstionis meæ solutio, ad quam remisi.

vel aliquem certum articulum: tunc appellatur ad principem: Quia de pari ad parem non appellatur. C.de appel.præcipimus.§.fin. secundùm Iac. Pet.Lau.& Papam. ¶ †Quid si ta lata sententia, à qua appellatum non est, iudex committit alicui executionem tantùm, à quo executore quia suspectus est, appellatur, vt supra, §.in quibus.versic. in quinto. Quæritur ad quem debet appellari? Et videtur quòd ad primum delegantem: cùm iudex delegatus sit functus officio suo.extra, de officio delega.in literis. Sed quidam dicũt quòd ad ipsum delegantem: cùm eius iurisdictio duret ad annum integrum: vt extra, de officio delegati. quærenti. & cap.si pro debilitate.ibi: te consulere, &c. quod verum, si committitur intra annum: quia si post, nec commissio, nec executio tenet.argumentum à cõtrario in præ.c.quærenti.& argumentum eodem titu.significasti. ¶ †Quid si per errorem alius iudex pro alio appelletur? Respondeo, si appelletur ad maiorem, quem deseruerit, vel ad parem: talis error appellanti non obest. Si verò ad minorem: tunc obest.ff.de appel.l.prima.§.si quis. quia in primo casu remittitur ad eum, ad quem debuit appellassa: vt ff.eodem. Imperatores.[a] ¶ Potest igitur ad papam omissis mediis appellari: vt supra, in principio huius §.versicu. excipitur. excepto illo casu, qui est supra, versicu.cæterum. ¶ †Et nunquid idem est in legato eius? Dicunt quidam quòd sic, cùm eius vicem gerat. argumentum bonum ij.q.vj.c.si episcopus.prope finẽ.& xciij. distin.c.fina.& xciij.distin.c.primo.extra, de offic. delega.sane.& ff.de admini.tuto.ita autem.§.gessisse.extra, de rescriptis.super literis.prope finem. & extra, de offi.leg.c.primo. vbi Catuariensis qui est legatus in sua prouincia, potest cognoscere de causis subditorum suffraganeorum suorum ad eũ per appellationem delatis. Alij, vt Ioan. dicunt cõtra: quia hoc est speciale priuilegium papæ, vt præ. §.excipitur. Ad idem ij.q.vj.si quis vestrũ.& c.sequenti. Item non debet ad principem, omissis mediis querela deferri: vt in authen.collatio.iij.de mãdatis principum.§.si tibi.& suprà, in princ. huius §.ibi, benedictus sit &c.& videtur expressum xj. q.j.peruenit. Sed prius dictum de facto seruari videmus in prouincia tibi decreta.[b] Patriarcha etiã Constantinopolitanus omissis mediis appellatur: vt xj.q.j.si clericus.& not.xxij.distin. renouantes. Idem videtur de Alexandrino: vt lxv.distin. mos antiquus.[c] ¶ †Sed pone, aliquis ita dicit, appello ad archiepiscopum: appello ad papam: appello ad legatum: quæritur ad quem talis appellasse intelligatur? Respon. quod obtinuit quòd papa de huiusmodi appellatione cognoscet: ad quem omnibus omissis appelletur: vt s.& argu.ff.de seruit. vrb. præd.per fundum.ff cõ.præd.l.fina.in princip. C. quomodo & quando iudex.tres.extra, de appel. si duobus.ff.de re iud.contra pupillum.ff.da iu. do. plerunque.in fin.ff. de pac.veteribus.C.eod.petens. ff.de iure fisi.sia fidei.ff.de leg.non est nouum.ff.de verbo.signi.sæpe.§.j. Quidam autem dixerunt, talem appellationem non valere.argu.extra, da electio.in electionibus.ff.de interro.act.de ętate.§.nihil interest.ff.de iureiuran.prętor edixit.in prin.[d] ¶ †Quid si a sententia suffraganei, vna pars appellat ad legatum, altera ad metropolitanũ? Dicit dominus meus tenere appellatiõnẽ, quæ interposita est ad legatum: sicut dicitur in papa extra, de app. si duobus. quod verum est, si legatio ei indeterminatè commissa fuerit: quoniam tunc est plenissima interpretatio facienda. argumen.extra, de dona.cùm dilecti.extra, de verbo.signifi. olim. ff. de offi.præsi.l.ij.§ in initio.apostolicæ. Aliàs autem, vt dicit, non debet prohibere subiecto episcopi, ne corã ipso respõdeat: & sic nõ cõtradicit.xj.q.j. peruenit. Et hoc intellige, nisi specialiter ꝓhibitũ esset, ad ipsum appellari posse: nam quibusdam legatis conceditur plus, quibusdam minus.xxv.q.ij. seruatis. Vel dic vt supra, de offic.lega. §.superest. in princ. ¶ †Quid si dicat, appello ad legatum vel ad papam, mihi optione reseruata, coram quo malim prosequi appellationem?[e] Respon. obtinuit quòd coram papa talis appellatio audiatur: licet appellans velit coram legato prosequi.arg.ff.de verbo.signi.coniunctione.& l.sæpe.in prin. ff.de auro & argento legato.si quis ita legauerit.& l.Quintus Mutius.C.de verb.signi.cùm quidam.ff.de appel.l.j.§.si quis in appellatione. maximè cùm super prouisione appellatur: quia tunc talis appellatio, debet in curia tractari.extra, de elec. statuimus.[f] Et est ratio ad præcedentia: quia per talem appellationem, relinquit appellatum incertum, ideoque coram papa audietur: vt suprà, versicu.proxi. Sed certè videtur quòd non tenet appellatio talis: nam certum debet esse ad quem appelletur. alias tenet processus contra appellantem habitus.extra, de app. si duobus. & per hanc appellationem, nescit appellatus quò ire debeat: ideoque non debet in incertum laborare.xj.distin.noli extra, de rescrip. c.finali. & de appellationibus. sæpe. nec appellans debet sic variare vel vagari, in discrimine alterius. extra, de appellationibus. dilectis filiis. sed tenet appellatio, vt prędixi, cùm appellauerit ad legatum vel ad papam: quorum vterque maior est eo, à quo appellatur. tertia quæstio.sexta peregrina. Ioannes de Deo tamen distinxit in quęstionibus suis, an sit recepta talis appellatio à iudice vel approbata à parte vel nõ: quod non placet.[g] †Sed quid si quis dicit simpliciter, appello: nec dicit, ad quem? dic appellatum intelligi ad proximè superiorem. ff.de appel.l.prima. Nam in dubiis non est recedendum à iure.argu.ff.de regu.iur.in obscuris. Est enim de natura appellationis, ꝙ fiat gradatim: vt suprà in

prin. huius §.[a] Quidã tamẽ dicũt talẽ appellationẽ nõ valere. ¶ † Quid si appellãs ab episcopo dicit, appello ad maiorẽ iudicẽ? Videtur de archiepiscopo intellexisse, vt fiat interpretatio secũdũ ordinẽ iuris, vt iã dixi. Iura etiam maiorẽ iudicẽ hoc casu vocãt eũ, qui proximior est: & qui maior est eo, à quo appellat: vt ff. de app. l. j. §. si quis. ff. de mino. minor autẽ. ff. de reg. iu. cõtra pupillũ. §. is, qui. Arg. cõtra, q̃ de papa intellexisse putetur, qui supremũ in ecclesia locũ obtinet, & maiorẽ: vt xij. di. de his. & xxj. di. q̃uis. & xxij. di. omnes. & ix. q. iij. cũcta. & c. seq. & præce. Primũ credo verius de iure, quãuis viderim do. papã dubitantẽ, & omnes auditores. Multũ tamẽ allegatũ fuit cõtra appellantẽ, qui volebat causam in curia tractari: q̃ cõtra eum erat interpretatio facienda, qui suã appellationẽ debuit apertius declarare. ff. de pac. veteribus. iij. dist. ent. xxij. q. vlt. quacũq;. ar. tamẽ pro eo debere interpretationẽ fieri, maxime appellato in curia existẽte. ff. de iud. si quis intentione. ff. de re iu. in ambiguis[b].

21 ¶ † Quod si appellatũ sit a sententia epi, ad metropolitanũ demũ mortuo archiepõ epũs ille in locũ eius substituitur: quæritur an ipse substitutus de illa quæstione cognoscet? Arg. q̃ sic, C. de app. eos. in prin. ff. de iud. l. is, qui Romæ. & xj. q. iij. si eps. extra, de ele. querelã. in prin.[c] & iij. q. vij. §. tria. ver. si contra patrẽ. arg. cõtra ff. de iud. iudicium. & l. Iulianos. ij. aliàs incipit, si alter. dicunt Io. & Tã. q̃ debet causam alij delegare: vt ff. de iu. om. iu. prætor. extra, de foro cõpe. si quis contra. alioquin poterit recusari. Hæc quæstio venerealis est.[d] vide ibi. ¶ † Illud autẽ

22 hodie certũ est, q̃ si appellatur in tẽporalibus ab episcopo, appellatur ad archiepiscopũ, & nõ ad regẽ vel comitẽ, à quo illa tenẽtur: vt extra, de appel. Romana. §. debet autẽ.[e] & de fo. compe. licet. ibi vel ad nostrã. &c. & de delict. pue. c. ij. vbi de hoc. nisi aliud obtineat de antiqua & præscripta consuetudine: vt ibi, & extra, de consue. c. si vel de aliquo iure speciali, sicut de iure feudali: vt extra, de maio. & obe. solitæ. vbi de hoc. & de foro cõpe. ex trãsmissa. & c. verum. Sed in regno Franciæ non audiuntur hodie prælati, prædicta iura allegantes. ¶ Quid si causa feudalis agitur, vel etiam de iniuria in re feudali facta coram paribus curiæ: quæritur ad quem appellabitur? De hoc dic prout no. secundum Inno. iiij. extra, de re iudi. cæterum.[f]

SVMMARIVM.

1. Tempus decendij ad appellandum determinatum quando currere incipiat.
2. Melius est intacta iura seruari, q̃ post causam vulneratam remedium quærere.
3. Dies, in quo appellatur, an sit de numero decẽ dierum ad appellandum determinatorum.
4. Appellatio, quæ à grauamine interponitur, intra quantum tempus fieri debeat.
5. Soluens operas peotas, quas scit se posse recusare, donare videtur.
6. Grauamine durante, durat & tẽpos ad appellandũ determinatum.
7. Appellatio extraiudicialis, intra quantum tempus fieri debeat.
8. Decretũ cõfirmationis, instar sententiæ dicit habere.
9. Iuris beneficium, nemini est denegandum.
10. Diffinitiua sententia, an possit intra decẽ dies executioni mandari.

Quãdo, & intra quod tẽpus appellãdũ sit.

RESTAT Videre quãdo, & intra qđ tempus sit appellandũ. Et quidem appellari potest statim, quandocunq; grauamen infertur, vel inferri putatur, per quencunq; iudicialem processum: vt extra, de appel. ex parte M. & c. dilecti. vel per interlocutoriam: vt in præd. c. dilecto. & c. cum cessante. vel per diffinitiuã: vt eo. ti. oblatæ. & de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. vel extra iudiciũ: vt eo. ti. bonæ. & ij. q. vj. biduũ. & de ele. statuimus.[g] Potest etiã appellari postea, siue ab interlocutoria, siue à diffinitiua, semper intra decendiũ, & nõ vltra[h], vt in auẽ. de app. & intra quæ tẽp. in princ. & ij. q. vj. anteriorũ. & extra de eloc. cũ dilecti. de testibus. significauerũt. de cõfir. vti. vel inuti. bonæ. & de re iu. qđ ad cõsultationẽ. Idẽ etiã videt vbi non põt appellari, sed supplicari: vt in auẽ. vt spon. larg. §. aliud. coll. ix. Cõputatur aũt hoc decendiũ à die[i] latæ sniæ: vt C. de app. eos. & in præ. decre. qđ ad cõsultationẽ. vbi de hoc, secundũ papã. ¶ † Sed nunquid hoc tẽpus est vtile, vt cõputetur à tẽpore sniæ, sicut & biduũ, cui succedit: vt ij. q. vj. §. biduũ. ver. palã videt. C. qñ & qñ iu. ab eo. & in hoc stabitur iuri antiquo: cũ bonũ nil exprimat i hoc casu: vt C. de app. præcipimus. in fin. C. de testa. sancimus. argu. contra, q̃ sit continuũ: nam hoc tẽpus a recitatione sniæ cõputatur: vt in pr̃e. c. anteriorũ[k]. Dicũt Tan. & Io. & B. q̃ hoc tẽpus quo ad sui initiũ est vtile: quia non incipit currere, nisi à tẽpore scientiæ: sed quantũ ad sui progressum, est continuũ: quia cõputabitur & curret à tpe scientiæ: vt C. qñ & qñ iu. ab eo. ff. de ædil. edi. eũ sex. & in prædic. §. biduum. Quod ergo dictũ prędicta auẽ. à recitatiõe. supple & à snia condẽnati. non enĩ currit ignorãti, nisi cõtumax sit. verũtamen si is, cui condẽnatos est absens, fuerit per procuratorẽ defensus, nec procurator prouocauit: difficile est vt audiat: vt in præ. ver. palam. Item nõ currit ei, qui habet in publico potestatẽ adeundi iudicẽ, à quo vult appellare: dũmodo id protestet: vel etiã ad eum, ad quem appellare intendit. ff. qñ ap. sit. l. j. §. biduũ. & §. dies. & C. eo. eos. §. si autem. & extra eo. si iustus. & c. ex insinuatione. & in præd §. anteriorũ. Et idẽ credo, quando extra iudiciũ appellatur in eo casu quo casu id debet intra decendium fieri: vt infrà, ver. sed quid. vt illud tẽpus sit vtile, quo ad sui initium: contrariũ verò quo ad progressum. arg. in præ l. biduũ. in prin. hoc etiã in cæteris &c. & C. de tem. ap. l. j.[l] H. autẽ dixit prædictũ tempus esse cõtinuum: sed post dicit restituendũ eum qui agere nequiuit. arg. pro eo extra, de in inte. resti. c. fin. Quod non credo: † Nam

2 melius est intacta iura seruari, q̃ post causam vulneratam remedium quærere. C. in qui. cau. in integ. restitu. nõ est ne. l. fi. Cũ ergo hoc tẽpus à tẽpore recitationis & scientiæ cõputetur, fatuus fuit aduocat9 ille, qui sæpe corã me assertie hoc tempus non currere, donec iudex non fecerit copiam de instrumẽto sniæ parti: vt possit deliberare an sibi expediat appellare. ¶ Est tñ vtile hoc tẽpus, quo ad hoc, quia non currit ei qui potestatẽ non habet expediendi, secundũ Ægid.[m] ff. de diuer. & tem. præscri. l. j. Cõtinuum autem tẽpus est illud, quod continuè currit quantũ ad initium, & quantũ ad finem: vt est tẽpus quatuor annorũ, quod datur ad petendã restitutionem. C. de tem. in integ. resti. l. fin. ¶ † Sed nunquid

3 dies in quo appellatur, cõputabitur in numero decẽ dierũ? Videtur q̃ sic. nam & dies promissionis, cũ alio die cõputabitur. ff. si quis cau. l. j. Item cũ maritus possit intra lx. dies accusare vxorem iure mariti: vt ff. ad l. Iul. de adulte. l. si, cuius. §. ex senatuscõsulto. dies, qua fit diuortium, computatur in illis lx. diebus, qui dantur accusatori à tempore diuortij. vt ff. eod. pater. §. lx. Et videtur expressum. C. de appel. eos. §. si autem. ibi eodẽ die &c. licet enim ibi dicat intra vel infra decem dies appellandum, vt supra in princ. §. & in præ. l. pater. & in præd. §. ex senatusconsulto. & ff. de verb. obli. si in tantum decimus dies comprehẽditur: vt ff. de succes. edi. l. j. §. quod dicimus. & ff. de verbo. signifi. si quis dixerit. Et idem etiam esset, si diceret ante decem dies, quia tunc die decima poterit appellari, vt ff. de verbo. oblig. qui ante. & c. l. eum qui ita. §. qui ita. ij. ad idem. ij. q. vj. propter. arg. contra: q̃ dies, qua exceptio excõmunicationis proponitur, nõ cõputatur in numero octo dierũ, qui dantur ad eam probandam, vt extra, de excep. pia.[n] nec etiã dies, qua proponitur exceptio spoliationis, computatur in quindecim diebus, qui dãtur ad eam probandam: vt extra, de resti. spo. frequens.[o] Sed nec dies latæ sententiæ excommunicationis, computatur in mense, qui datur excõmunicatori ad dandam copiam de ipsa excommunicatione: vt extra, de sen. excommu. cũ medicinalis. §. primo.[p] Ioan. dixit q̃[q] si tantum

fuerit

a ¶ Huius §. secũdũ Tã. & B. Bri. in q. venerealis. ij. sed Damasus in. q. huius titu. xj. dixit stãdũ declarationi appellãtis: quod placet si intra terminũ fiat appellationis interponẽdæ: vt s. dixi.

b ¶ Ambiguis. In legibus illis non erat certum tẽpus limitatum, sicut est in appellatione interponenda.

c ¶ Io prin. Vbi de hoc in j. gl.

d ¶ Venerealis est l. iiij. Et pri9 fuit Pi. xc viij.

e ¶ Auẽ. Vide qđ ibi scripsi super gl. puta.

f ¶ Cæterũ. Ibi scripsi in gloss. magna post princip. & in vet. sed quæro.

g ¶ Statuimus. li. vj.

h ¶ Non vltra. Etiã si effectus dilatet, ad tẽpus longius: vt quia condemnetur ad centum, soluẽda intra mẽsem: vt in c. quod ad cõsultationem statim alleg. non fieri sententia excommunicationis & censuræ, contra quam sic latam sufficeret intra mensem appellari. De quo plenè scripsi eo. tit. præterea. ij. An autem liget, si intra terminũ desinat esse subiect9: vt ibi no. quod plenius vide in regu. cũm sint. de reg. iu. lib. vj. in vlti. q.

i ¶ Die. Cautius loquitur j. sic tñ dixerant P. & T. vbi supra & Ægid.

k ¶ C. anteriorũ. & ibi de hoc in gloss. nunquid hoc.

l ¶ Ap. l. j. Et sic est terminatũ, eo. titu. cõcertationi lib. vj. ADDE q̃ dies appellationis currere incipit à die scientiæ sententiæ, Aog. consi. cccc j.

m ¶ Ægid. vbi s. ver. prius allegato.

n ¶ Except. pia. libro. vj.

o ¶ Frequens. lib. vj.

p ¶ §. j. lib. vj.

q ¶ Io. dixit in præ. l. anteriorum in gl. sed nunquid. & ibi etiam dictũ B. qđ sequitur, habes in fin. gloss.

superest de die, qua appellatur, q possit appellans deliberare: dies illa pro vno computabitur: quia decendium datur ad deliberandum, vtrum expediat appellare: q si ita tarda hora lata est, quòd non potuit deliberare: dicit Vber. diem illam non computari. Barto dicit semper eam computari, & sic de facto seruari. Tu dicas q hoc tempus computatur de momento ad momentum. argu. ff. de mino. l. iij. §. minorē. & ff. de diuer. & tem. præscri. l. ij. in prin. Attēditur enim tempus, siue hora prolationis sententiæ. argu. extra, de reiu. quod ad consultationē. & in præ. §. biduū. ver. si aduersus. & prę. c. ppter. & ea. q. anteriorū. ibi: a recitatione sententię &c. & C. de app. aut. hodie.ª iiij. q. quisquis. Verbi gratia: sententia fertur die Iouis in nonis. numera ergo continuè decē dies cōputata illa die iouis. & certè in sequenti die xj. vsq; ad horā nonam poterit appellare. Cùm enim decē dies habeat à iure ad appellandum: vt s. ostensum est: iuris beneficium nō est sibi denegandum seu coarctandum: vt xxviij. dist. de his. iuxta fi. extra, de secundis nupt. c. pen. & fi. quod fieret si nō posset die xj. appellare vsq; ad nonam: quia tantū temporis restat adhuc ad cōplendū decēdiū: quia hora ix. fuit sententia lata. & sic plerisq; in curia seruant: & vide suprà, de citatione. §. viso. in fin. ¶ †Sed quid dices in appellationibus, quæ a grauamine interponuntur, absq; alia interlocutoria vel diffinitiua? Respō. dominus meus nota extra, de app. Romana.ᵇ q si grauamē habet vim sententię. puta si iudex dicit nō esse respondendū libello vel petitiōi: vel si dicit, pręcipio, vel volo, vel simile: tūc intra decē dies est appellādū: hæc enim vim habēt interlocutorię. ar. ff. de arb. qualē. ff mā. l. ij. C. cōmu. de leg. l. fi. Et sic intellige qd ipse no. in c. vt debitus. in fi. super verbo, de maioribus. alii: & idē, & c. ibi videt not. contra id quod sequitur: vbi verò alias grauat vel cōminat, nunq; grauaminis illatio in rē trāsit iudicatā. ar. extra, de cōsti. cū accessissent. §. 4. dūmodo grauamē nō habeat vim interlocutoriæ: quia nō omnis vox iudicis, &c. vt C. de sen. & inter. om. iu. ex stipulatione. Verbi gratia: assignat locū nō tutū. Certè si nolit huiusmodi assignationē reuocare, poterit etiā post mēsem appellari. extra, de app. ex parte. Et idē in cōminationes nisi fortè corā eo postea procedere cōtēpsent. extra, eo. cū cessante. Et idē vbicūq; grauat, nō solùm verbo, sed etiā facto, quod plus est. eo. ti. dilecti. ij. & c. vt nostrū. ff. de leg. l. de quibus. vel si exceptione neglecta, pcedit. extra, de app. ex parte. ij. ¶ †Et nota secūdum Vin. q si citatus, cui cōpetit exceptio, de loco nō tuto, vel fori nō opponit eā præiudicat sibi, saltē in illa instātia, arg. extra, de ele. cū dilecti. s. de excep. §. nūc videndū. versi. sed nūquid. Nā qui sciēs se recusare posse operas petitas, soluit eas donare videtur. ff. de oper. lib. Cāpanus. Sed si iterū citetur ad eundē locū, vel forū, semper poterit excipere quasi de nouo: nā & is, qui prædicto modo operas præstiut, nō præstabit eas alia vice, si nolit nisi se ad id obligauerit: vt ff. eo. operis non impositis. Si enim nō posset, quasi de nouo opere semper grauaretur semel grauatus: quod esse non debet: vt ff. eo, opera. extra, de cēsi. peruenit. C. de pact. si certis. alius vbi cōtinuatur grauamen, & durat, semper possum dicere, iā non possum amplius pati tale grauamē. xxvj. q. vj. allegāt. ff. loca si merces. §. qui calūniā. & vbi per interlocutoriā læditur quis, & cōtinuè grauatur, nō trāsit in rē iudicatam post decē dies: vt extra, de ap. cū cessante. Hoc no. Vin. extra, de rescr. dilectus. ij.ᶜ Per quē potest colligi q, secūdū eū, †quādiu durat grauamē, tādiu potest, etiā post decē dies appellari. q diu enim nō reuocat, tādiu grauat: & ideo semper appellatur. ar. de pœ. dist. vij. c. fi. in fi. versi. qui autē. Itē ex præmissis colligitur. q licet semel passus sim me per rescriptū apostolicū vltra duas diætas trahi nihilominus iterato tractus ibidē potero excipere: &, si necesse fuerit, appellare.ᵈ ¶ †Sed quid dices de appellatione quæ fit extra iudiciū, puta in electionibus? Et videtur solū intra decēdiū appellari posse, nō autē post: vt ij. q. vj. biduū. prope prin. vbi dicit hoc etiā in cęteris obseruādū esse: ex quibus sententia nō profertur appellari nō potest puta in electionibus & repræsentationibus. extra, de app. cōstitutus. & de off. deleg. super eo. prout nota. in d. l. biduū. Tu verò dic q appellari potest nō solùm in tractatu electionis, & in ipsa electione, sed & post, etiā vltra decē dies, quousq; fuerit electio cōfirmata: qd si nō fiat, a cōfirmatiōe poterit appellari: sed tūc solū intra decē dies. †quia decretū cōfirmationis instar habet sententiæ. Secus in decreto canonicorū super electione facto: post decē dies antē à tēpore cōfirmationis, appellari potest, ne procedat ad cōsecrationē: & etiā post cōsecrationem potest appellari, si crimē & infamia obijciātur. quæ dic secūdū do. meū, vt no. in præ. c. vt debitus. in fin. Et dicit Inn. generaliter extra iudiciū post decēdiū appellari posse, in his, quæ nō fiūt in figura iudicij. extra, de app. bonæ. in fi. & de præsum. c. fi. & de cau. pos. & propne. c. cū olim.ᵉ In summa nota q secūdū canones potest semper ante sententiā, & post, propter grauamē legitimū appellari. extra, de ap. vt debitus. Secūdū leges verò nō licet ante sententiā nisi in certis casibus appellare: vt eo. ti. super eo. ij. & ij. q. vj. nō ita. ¶ †Sed pone, lata est cōtra me interlocutoria, & iudex vult in causa ante decēdium procedere, & suā interlocutoriā exequi. Ego dico: dñe, cū habeā decē dies ad appellādū, nō pcedatis in causa vsq; ad illud tēpus: quia fortè appellabo. Quærit quid iuris? Plerisq; dixerūt q nō potest iudex pcedere. arg. ij. q. vj. biduū. qa iuris beneficiū nemini est negādū. xxviij. dist. de his. extra, de secū. nup. c. pe. & fi. Sed illud locū habet cū appellat à diffinitiua, †quæ nō potest intra decē dies executioni mādari. extra, de iureiur. venietes. in fi. Secus in interlocutoria: qua lata iudex ad petitionē partis pōt intra decēdiū in causa pcedere. Et est ratio, quia interlocutoria nō trāsit. quo ad iudicē, in rē iudicatā: vnde postea poterit eā, quādo voluerit, si sibi videbit, reuocare. ff. de re iud. quod iussit. extra, de app. cū cessante. extra, de accu. qualiter. j. & sic obtinuit. & in hoc etiam omnes doctores Bon. in nostra priuata examinatione concordauerunt.ᶠ

SVMMARIVM.

1. A diffinitiua sententia potest prima die, etiam sine scriptis, appellari.
2. Appellans a diffinitiua sententia, an necesse habeat causam appellationis exprimere.
3. Appellans ad quæ teneatur.
4. Nomē aduersarij, an debeat in appellatiōe exprimi.
5. Appellans ante sententiam, quas cautelas debeat obseruare.
6. Appellatio sub hac forma, peto hoc fieri: quòd si non feceritis, appello. an sit valida.
7. Appellatio a grauamine, debet esse de præsenti, nō de futuro.
8. Reuocatio, quæ petetur, & quę est de futuro nō est grauamen, sed præcedētis grauaminis releuamen.
9. Appellās debet aduersario sui appellationē notificare: alioquin nō procedetur cōtra eum in curia.
10. Terminus seu citatio iuris, habet pro perēptorio.
11. Factum vel sciētia pcuratoris, domino nocere nō debet, nisi postquā scit dominus.
12. Procuratori non appellanti, seu q appellet, domino non denunciāti, imputatur.
13. Processu agitato in curia, contra appellantē absentem, an si postea veniat, admittendus sit ad prosequendam & defendendam causam suam.
14. Actione mota contra appellantem absentem, an si veniat, & voluerit iudicē appellationis recusare, dilatorias proponere, & casit admittendus.
15. Appellans debet in scriptis appellare.
16. Appellanti incumbunt cautelæ multæ, de bene esse aduertendæ.
17. Appellans, qua forma debeat suam appellationē proponere. & iu. seq.
19. Cautus esse debet appellans, vt attēdat an sibi expediat assignare terminum, ad prosequendam appellationem, vel non.

a ¶ Hodie. Facit l. eos. eo. tit. in princ. ibi: post decisam & sic. Et ante finē ibi: eo die &c.

b ¶ Romana. lib. vj. §. si vero. & ibi & in decre. concertationi. eo. tit. remisi ad hunc versicu. Adde vt per episcopum Alex. in c. cū sit Romana. extra eod.

ADDITIO.

¶ Adde ad versic. seq. Et nota secundùm Vin. q citatus ad locū non tutum, vel coram iudice de via facti suspecto: vel qui minas ad terrorē sufficientes protulit, venire, aut cōparere nō tenetur. & in nō cōparendo non dicitur contumax: vt voluit Gui. Papæ, singu. dccccxxxix. incip. via etiā nullitatis. & adde Old. consi. xliij. incipit. quęritur verū citatio, vbi latè ponit an citatio facta, etiā per Imperatorē, in loco non tuto, vel ad locum non tutum: vel si est inimicus citati, arctet citatū. Et per. Phi. Cor. cōsi. cxxxij. incipiē in hac consultatione. in iiij. vol. vbi in ij. co. vbi dicit q propter periculū mortis, citatus ad locū pestiferum non tenetur comparere. Hen. Fer.

c ¶ Dilectus. ij. Et idem Compo. vt ibi scripsi in gl. ante litem.

d ¶ Appellare. Idem e dixit s. de accu. §. j. ver. quid si reus.

e ¶ Cū olim. Expediuum est eo. ti. cōcertatiōi. lib. vj. q volens ratione grauaminis resistere p appellationem electioni vel extraiudiciali actu, habet necesse appellare intra decē dies à tempore sententiæ.

f ¶ Cōcordauerūt. Adde rationē not. eo ti. c. vlt. lib. vj. in fi. ante pe. glo. quia scilicet econtrario sequeretur q non esset dare finem litibus. Contra perplexitatem autem, quæ intra hoc decē dium euenire posset grauato, & qd de quæstione dixerit Guarsias, ibi scripsi super fi. gl.

a ¶Dixit T. Vbi supra, dum tractat quod idem dixerat Pil. vbi s. in princ. sed se correxit, tenendo quod sequitur.

b ¶Diuerterit. Dixit Bonagui. se sic doctum à præceptoribus suis quia talis actus dicitur continuus. ff. de verb. oblig. l. continuus. Idem Aegid. vbi s. in prin. Quod autē dicitur de diuertente, intelligo de iudice, & plus etiā de appellante, cùm tex. legis plus ponderet partem, quā iudicem.

i ¶Obtinuit. Et sic est terminatum eo. ti. de appel. lib. vj.

k ¶No. secundùm Tan. vbi s. ver. forma de empto. ver. si tamen.

l ¶In prin. Hoc no. Accur. in præ. l. j in fi. & vide quod dicam j. de appel. §. j. ad fin. ij. col. ver. si verò appelletur. De nomine iudicis, à quo si non exprimatur in commissione, vide j. §. de officio. versi. antepe.

20 Curare non debet appellans, quòd eius appellatio admittatur à iudice, vel approbetur à parte.

21 Pronunciatione de appellatione legitimè facta, debet per consequens causa principalis agitari.

22 Causa appellatiōis, & negotium principale, an possint simul agitari.

23 Appellatus volens causam in curia agitari, debet hoc expressè dicere, cùm interponitur appellatio.

24 Appellatio etiā sine causa interposita, an & qualiter trāsferat causas episcopatuū ad sedē apostolicam?

25 Cùm appellatur à sententia diffinitiua, non refert, an appellatio admittatur, vel non.

26 Iudex quando dicatur appellationem recipere.

27 Termini appellationis præfixio facta à iudice vel à parte absque delatione vel approbatione, quid operetur.

28 Appellatus an possit abbreuiare terminū seu beneficium a iure appellanti concessum ad prosequendum appellationem.

29 Exceptio contra iudicem delegatum, quòd nō potest esse iudex, an impediat processum.

30 Dicens, proclamo, vel prouoco ad sedem apostolicam, an habeatur pro appellante.

Appellatio qualiter, fieri debeat.

QValiter autem appellatio fieri debeat, & quid appellans agere debeat, breuiter pertranseamus. Et quidem si appellatur a sententia, diffinitiua, illico siue incontinenti apud acta potest viua voce appellari. Cùm autem non incontinenti, sed pòst appellatur, tunc est appellādum in scriptis: vt C. de app. litigatoribus. quæ est ij. q. vj. ad finem quæstionis. versi. litigatoribus. ff. quan. app. l. j. §. dies. & §. si quis. ¶†Per quæ iura dixit T.[a] die prima posse sine scriptis appellare: quod non est verum, nisi iudice sedēte pro tribunali adhuc: si tamen post latam sententiam per integram horam sederit, semper poterit sine scriptis appellari: & satis dicitur fieri apud acta: secus si iam iuerit ad prandium vel ad alios actus diuerterit.[b] Hæc probantur ff. de appella. l. ij. C. eod. eos. §. si autē. Idem dicunt T.[c] & Accur. cùm appellatur à grauamine vel ab interlocutoria, posse eodem die sine scriptis appellari: quod hodie falsum est.[d] Nam siue appelletur à grauamine, vel ab interlocutoria, & in iudicio, vel extra, & incontinenti semper vsque ad decendium, in scriptis appellandum est: vt extra, eodem. cordi. in princ.[e] ¶†Hæc est vna differentia, quando appellatur ab interlocutoria vel diffinitiua: alia est, quia quando appellatur à diffinitiua, non est necesse exprimi causam appellandi. extra, de appel. c. cordi.[f] Secus quando ab interlocutoria, vel a grauamine: vt extra, eo. vt debitus. licet quidam dicant in vtroque casu, posse sine causa appellari. Alij etiam dicunt quòd sufficit dicere, appello ab interlocutoria, quia est iniusta. nec est necesse exprimi in quo sit iniusta. Et hoc tenet papa, vt nota. extra, de noui ope. nuncia. c. pe.[g] Itē etiam quando appellatur à sententia excommunicationis, debet exprimi iniusta causa. Alij tamen dicunt tunc appellationem tenere, sine iustæ causæ expressione: sicut in appellatiōe a sententia diffinitiua cōtingit. De hoc secundùm papam extra, de sentētia excom. per tuas.[h] ¶†Sed nunquid sufficit appellationem scriptā iudici, à quo appellatur offerre, vel porrigere, quāuis coram eo non legatur? Videtur quòd non. nam appellans ad duo tenetur. Debet enim appellare, & in scriptis: vt in præce. c. cordi. licet alterum sufficiat, cùm a sententia diffinitiua appellatur. dixi. arg. tamen contra, quòd sufficiat solū offerre ij. q. vj. si quis libellos. & l. biduum. versic. si quis ipsius. C. quorum app. non recip. nulli. ibi: tribuatur, &c. & sic obtinuit,[i] ne detur via iudicibus malignandi. nam & solo facto appellatur. extra, de app. c. dilecti. ij. ¶Qualiter autem appellationes in diuersis articulis sint formandæ: & quid appellatio continere debeat: vide infrà, in tractatu libellorum. eo. ti. ¶†Hoc autem nota[k] quod nomen aduersarij, debet in appellatione exprimi ff. de appel. l. prima. in fin. Si tamen non exprimitur, non nocet: vt eod. tit. l. iij. in prin.[l] Sed si plures habet: & quorundam nomina non expressit in appellatione: non ideo ei præscribitur quo ad illos, imò potest appellationem prosequi contra eos. Sed econtra, si vnus ex pluribus condemnatis appellauerit, non ideo videntur alij appellasse: vt ff. de appel. l. prima. §. fi. & l. iij. in princ. & ij. q. vj. §. sunt etiam quorum. versi. quandoque plures. extra, eo. c. pe. Appellās autem frustratoriè punitur: vt infra, §. nūc dicamus. Hodie, qui appellat[m] ab electione facta vel facienda, omnia debet in appellatione exprimere, quæcunque intendit opponere contra formam vel personas:[n] & hoc coram personis authenticis. Alioquin super expressis non audietur, nisi iuret quòd de nouo emerserint, vel quòd super antiquis probandi facultas superuenerit, vel quòd de nouo ad appellātis notitiam peruenerint: vt in constitutione Grego. x. de elect. vt circa.[o] Et nota quod appellator debet instanter petere apostolos, & si eos habere non potest, idipsum coram eo appellās publicè protestetur: quæ prosequere de apostolis & qualiter formentur, vt not. infrà, in tractatu li. §. sequitur. ¶†In summa nota[p] cautelas, quas appellās ante sententiam debet obseruare: quarum quędam sunt de esse: quædam de bene esse. ¶De esse sunt, Primò vt proponat in appellatione talem causam grauaminis illati vel cōminati: qua probata, debeat legitima reputari: vt extra, de app. vt debitus. & c. seq. & c. cùm causam, quæ. veruntamen extra iudicium appellari potest à grauamine, sine causæ expressione, vt quidam tenent. Vnde si episcopus meus mihi imponat aliquam pecuniæ summā, possum dicere, non teneor: quare ab impositione appello. Dicendo enim, non teneor: omnia iura communia comprehendo. Item quòd appellat intra decem dies: vt suprà §. proximo. Item quòd causa expressa sit vera: vt extra, eod. interposita. respon. j. Item quòd faciant iudicem super exceptione proposita interloqui, verum velit eam admittere vel non.[q] Aliàs enim non posset ostendere coram iudice appellationis se ex hac causa grauatum esse, nisi ostēderet iudicem, à quo appellauit, ipsam exceptionē per suā interlocutoriā admittere denegasse: vt eod. ti. dilecto.[r] & c. interposita. vel saltē ea neglecta in causa procedendo: vt eod. ti. ex parte M. ¶†Hinc est quod si dicat quis, peto hoc fieri: quod si non feceris, appello. talis appellatio non tenet; quia non est a grauamine illato interposita. Non enim grauat, donec verbo vel facto neget, vt dixi: imò necesse erit iterum appellari cum verbo vel facto

c ¶Dicunt T. Vbi supra. sed Accur. in l. ij. ff. eod. non dicit aperte quod hic loquitur: videtur tamen sic intellexisse, dum quærit de appellāte ab interlocutoria sequenti die, an teneatur appellare in scriptis: quasi de primo nō dubitetur, si incontinenti.

d ¶Falsum est. secūdùm Aegid. cuius hæc fuerunt verba vbi s. consi. lxxij.

e ¶In princ. lib. vj. idem ibi not. in gl. not. ius nouum.

ADDE quod necessaria in appellatione ab interlocutoria, ponit Rom. cōsi. cccj. Et an in qualibet appellatione ab interlocutoria, sit necessaria scriptura, vel solùm de ea, quæ fit corā papa, Gui. & Hostiē. tenēt in c. j. eo. tit. lib. vj. quòd solum in illa, quę fit ad papam: sed gloss. in c. vt debitus. & Do. de Rota conclusione cclxxxv. tenēt in qualibet interlocutoria necessariam scripturā. An autem per statutū possit tolli scriptura, vide per Bald. in l. j. C. qui admitti. & in j. constitu. Codi. & in l. fin. §. sin. C. de tem. ap. & in l. præscriptio. si contra ius vel vti. pup. Ang. in l. ij. ff. de re iud. Barto. & Ro. i l. fi. ff. de aqua plu. arc. Ang. Are. in l. j. §. interdū. ff. quando app. sit. & consuluit Bart. quod per statutū posset tolli appellatio ab interlocutoria. quæ incipit, In nomine domini, viso puncto. Tamē contrarium tenet Ang. in l. si sic. ff. de leg. j. & Bal. in l. programma. C. commi. vel epistolas. Opinio tamen Bar. tanquā notabilem tenet do. Franc. Bald. inter eiusdem consilia numero cclxxvij. iij. lib.

f ¶Cordi. lib. vj.

g ¶C. pe. sed hoc reprobatur in cle. e. ti. appellāti. & vide quæ ibi no. in gl. ij.

h ¶Per tuas. Et scripsi in decreto, venerabilibus. super glo. penul. de senten. excom. lib. vj.

m ¶Appellat. Extra iudicium. de elect. constitutio. lib. vj.

n ¶Personas. Cessat autem constitutio vbi talia non opponit, sed prosequitur suum vel suę ecclesiæ interesse: vt in cle. de ele. constitutionem.

o ¶Vt circa. lib. vj. Et si appellatio interponitur per procuratorē dic vt eo. tit. procurator.

ADDE quod apostoli respectu informatiōis iudicia possunt dari clausi. c. cū olim. el ij. extra, de offi. dele. & Pau. de Ca. in cle. ij. extra, eo. ti. Itē valet petitio extraiudicialis & datio apostolorū, dummodo loco cōgruo fiāt, quādo dātur ad informationē iudicis, secundū opi. Alexā. in c. vt debitus. qui allegat Rotam deci. cccliij. inci. itē si appellet. Item possunt peti à negotiorū gestore, licet à principio nō habeat mādatū dūmodo ratificet intra tempus xxx. dierū, secūdū Bal. in l. eos. §. apostolos. C. de ap. & dāt expēsis appellātis, secūdū gl. in d. cle. ij. & apostoli non sunt petendi die feriata, secūdū. Fede. consi. clxxv. nec iudex, qui nō dat apostolos, nō potest de causa cognoscere: vt per eundē Fede. consi. clxxxvij. nisi appellatio esset frustratoria. & si iudex petēti apostolos, non respondet vel dicit se daturū nullo certo termino assignato, videtur denegasse & appellationem detulisse secundū Lap. allega. cccxiiij. per no. in cle. quāuis. eo. tit. & Per. de Anc. consil. ccxviij. inci. iste dominus executor. Idem tenet Bal consi. ccxliij. j. lib. Et quādo apostoli dicantur rectè petiti, vide eundem consi. ccclxv. j. lib.

p ¶No. secundùm Aegid. vbi s. c. lxxiiij. sed hic plenius.

q ¶Vel non. De hoc in cle. eo. tit. c. vlti. gl. ij.

r ¶Dilecto. Vide quod ibi scripsi in gl. ineptè. & facit quod no. in cle. eod. ti. quāuis. in gl. ij.

ADDE Imo. in cle. causam. de elect.

incipiat grauare: nec potest iustè à futuro grauamine appellari, sed tantũ à pręterito, vel saltem à pręsenti puta comminatorio, vel alio iusto. arg. extra, de app. cõsueuit. ij. & c. ex parte. j. & c. vt debitus. & c. cum cessante. & c. dilecto. §. fi. & c. ex parte. ij. 7 ¶ †Sed si iudex quod petitur negat, vel contra id faciat, & appellatur hoc modo: peto per vos reuocari grauamen: alioquin nisi feceritis, appello. certè valet appellatio quia fit à præsenti, & non à futuro grauamine: vt patet in præ. c. ex parte. j. & c. cùm cessante. extra, de supplen. negli. prælato. c. primo. Nec obstat, quòd videtur à futuro grauamine appellatum 8 ¶ †Nam hoc verbum nisi feceritis, extensiuum est: vt ff. ad Tertul. filij mater. ad fi. nec est futurum subiunctiui modi: nam reuocatio, quæ petitur, & quæ est de futuro, non est grauamẽ, sed pręcedentis grauaminis releuamen. grauamen autem fuit eius negatio, quod fuit petitum, à quo etiam sine prædicto verbo extensiuo potuit appellari. Itẽ cautus debet esse quis, vt appellet coram iudice, vel appellationem ab eo interpositam sibi significet.[a] Si enim timens à suo iudice grauari, appellet in absentia iudicis coram testibus, talis appellatio eum non protegit, donec ad notitiam iudicis peruenerit: vt probatur extra, de appel. c. si duobus. respõ. j. in fi. arg. tamen contra, eod. tit. suggestũ, & quod ibi not. in prima gl. 9 ¶ †Cautus etiã sit, vt appellationẽ suam notificet aduersario: alioquin non procedetur in curia contra illum: cùm nõ sit cõtumax, quia non fuit citatus. Appellatio enim, quæ defert causam ad curiã ibidẽ tractandã, est quædã citatio: vt patet extra, de elec. statuimus.[b] Cùm ergo non fuerit illi notificata appellatio nõ intelligitur fuisse citatus.[c] Si verò illi fuerit insinuata: procedet cõ 10 tra illũ tanquã cõtra cõtumacẽ. †quia terminus seu citatio iuris, habetur pro perẽptorio. extra, de app. oblatæ. & c. sępe. & in præ. c. statuimus.[d] Et aduerte quia denũciari debet alicui facie ad faciẽ, appellatũ esse cõtra eũ, vel in domo eius. aliter verò credere nõ tenetur. ff. de excu. tut. l. scire. §. j. ff. quod vi aut clã. l. aũt. §. j. ff. quę sen. sine ap. rescin. l. j. §. itẽ cũ ex edicto. extra, de do. & cõtu. causam, quę. in domo videlicet in qua degit, & larẽ souet. ff. de li. ag. l. j. §. j. ff. de dã. infec. l. iiij. §. prætor. C. de anna. exce. vt perfectius. Nec tenet credere vni vel pluribus, cõtra illũ appellatũ fuisse asserẽtibus: nisi et vel per pub. instrumẽtũ vel per sigillũ authẽticũ fides fiat: vt no. s. de cita. §. sequit. prope prin. Verũtamẽ nõ semper appellatio extra iudiciũ facta est citatio, quin oporteat appellatũ de nouo citari. quod dic secun- 11 dũ Papã, vt extra, de maio. & obe. dilectũ. ¶ †Quid si procuratori ipsius appellãtis, fuerit denũciata appellatio aduersarij: vel quid si ipse procurator dño ignorãte appellauit: nũquid in istis casibus scientia procuratoris præiudicat domino ignoranti, vt intelligatur citatus, & sic contra eum valeat procedi in curia Romana sine noua citatione? Et videtur quod nõ: quia factũ vel sciẽtia procuratoris nõ nocet dño, nisi postquã scit ff. quan. app. sit l. j. §. fi. vbi tempus sciẽtiæ domini spectatur vt extra, vt lite nõ cõte. c. j. in fi. & ff. de procur. ignorãtis. Sed sapientibus curiæ visum est cõtrariũ: quia procurator personam dñi repręsentat: vt ff. de procu. sed & hæ. §. defendere. extra, de ele. in causis. & sciẽtia ei⁹, dño præiudicat ff. de tribu. procurator. Et cũ hæc appellatio sit loco citationis, sufficit quod ad procuratorẽ perueniat. extra, de do. & cõtu. causam quæ. ibi tamen loquitur quãdo dñs non inueniebatur. Ego dico[e] quod iste procurator aut habebat generale mãdatũ: & tũc obtinẽt prima iura. Aut speciale ad causam, in qua appellatur: & tũc verũ est, quod sapiẽtes prædicti dicut. Hoc probat ff. da lib. cau. imò. ff. da contrahen. emp. in huiusmodi. extra, de testi. ad hæc. alias incipit, præsentiũ. §. cæterũ.[f] extra, de procu. dilectus. tũc enim eius factũ & sciẽtia, præiudicat dño: quia 12 videt etiã ei cõcessisse, quod appellare posset. ¶ †Hinc est quod procurator tenetur appellare, vel saltem domino denunciare quod appellet. extra, de procu. non iniuste. & C. eo. tit. inuitus. quod si non facit, imputet sibi dominus, qui talem constituit. ff. de mino. l. cum mandato. de hoc suprà §. j. ver. breuiter.

13 ¶ †Sed pone quod processum est in curia cõtra appellantem absentem: postmodum ille venit: nunquid admittetur ad prosequendam & defendẽdam causam suam? Respõdeo, admittetur in eo casu, in quo inuenerit causam ipsam: vt videlicet vlterius procedatur, nulla cõtradictione vel disputatione super g primus actitatis admissa.[g] ¶ †Quod si vult iudicẽ ap- 14 pellationis recusare, dilatorias fori proponere, petit libellũ sibi dari, litis cõtestationem fieri, & huiusmodi? Respõdeo: nõ audietur in eo casu, in quo si præsens fuisset, eis omissis postea nõ audiretur, secundum B. Cõpo. verbi gratia. Ex quo iudex appellationis incœpit procedere in causa, examinan h do negotiũ principale, vel etiã appellationis,[h] vel etiã postquã fecit partẽ præsentem iurare de veritate dicẽda: quod iuramentũ post litẽ cõtestatã præstari cõsueuit, recusationis exceptio nõ admittetur: vt extra, de re iudi. inter monasterium. Item postquã pars præsens testes produxit, cùm tunc perinde habeatur, ac si litis cõtestatio facta fuisset: nõ poterit pars superueniẽs petere libellum vel exceptionẽ fori proponere, vel quod fiat litis cõtestatio petere: quia pars absens pro præsente habeatur. extra, de dolo & contu. veritatis. Si enim pręsens fuisset, nõ potuisset eã proponere, si ea ab initio omisisset. i s. de cõpu. in termi. versi. attendas.[i] ¶ †Itẽ appel- 15 lãs debet esse cautus, vt appellet in scriptis: vt s. in prin. ¶ Itẽ debet instãter intra xxx. dies apostolos k petere: vt præ. §. sequitur. ¶ Itẽ si appellãs velit,[k] debet venire instructus ad totã causam, vel mittere: aliter reputabitur nõ appellãs. extra, eod. c. cordi. ¶ Itẽ debet sollicitè procurare, vt causa intra annum terminetur. infra §. proximo. Et si alterum horum deficit, non valet appellatio. ¶ Item etiam caueat quod diligenter obseruet, quod no. supra, versic. 16 hoc etiam no. ¶ †Sunt quoque & aliæ cautelæ, quæ sunt de bene esse. Primo quod offerat se paratum statim probare causam, propter quã appellat: & si nõ admittitur, magnũ ex hoc cõsequeretur incommodũ. Nam hoc coram iudice appellationis probato, nõ cogitur probare veritatem causę, propter quam appellauit. Satis enim apparet grauamen, eo quod eum noluit admittere ad probandum: vt in l prædicto cap. interposita.[l] & infrà, §. nouissimè. 17 versi. illud. †Debet autem sic appellans dicere:

FORMA. Cùm me grauaueritis, eo quod in causa talem exceptionem admittere recusastis: quam exceptionem & grauamen docere sum paratus, & me offero probaturũ: idcirco appello, &c. non autem dicat, appello quia me grauatis, & grauamen me offero probaturum. oportet enim quod primo se offerat probaturũ, & postea appellet: & propter exceptionẽ nõ admissam: & quia nõ admittitur ad probãdũ, vt prædixi. Alioquin si primò appellat, & pòst se offerat probaturũ, vt iã dixi: tũc oportebit eũ corã superiore grauamen seu veritatem causæ probare: cùm iã tota causa deuoluta sit ad eum: & quia non appellauit iden, quia nõ fuit admissus ad probandum. Argumen. tamen contra præmissa, quòd licet probet coram iudice appellationis quod se obtulerit probaturum coram eo, a quo appellauit, nec fuit admissus ad probandum: nihilo minus tenetur probare veram esse causam appellationis. extra, de test. ex parte Adæ. Sed illud in peremptoria exceptione decre verò, interposita. loqui 18 tur in dilatoria, vt ibi no. ¶ †Tu dic quod aut propter exceptionem propositã, propter quã non admissam fuit appellatum, fieret aduersario præiudicium circa negotium principale, si haberetur pro probata: & tũc habet locũ decr. ex parte. ibi enim præiudicaretur super principali, si exceptio cõtra testes proposita haberetur pro probata: quia fortè non haberentur alij testes: vt extra, de re iudi. cum I. & A. Idem esset in exceptione excommunicationis, licet non sit perẽptoria: quia si haberetur pro probata, semper repelleret agentẽ, & sic fieret nõ præiudicium prosecutioni negotij principalis, licet in veritate non esset forte excommunicatus. Idem etiam in exceptione præscriptionis, per quã

a ¶ Significet. Vide infra. §. j. de officio. ver. porro. & §. de app. §. j. ver. cęterũ. & ver. illud quoque.

b ¶ Statuimus. li. vj.

c ¶ Citatus. De hoc & de versi. seq. dic vt in cle. de elect. causam.

d ¶ Statuimus. li. vj.

e ¶ Ego dico. Hoc approbatũ est per cle. de elec. causam.

f ¶ Cæterum. lib. vj.

g ¶ Admissa. Est simile vt lite pendẽte. c. ij. lib. vj.

h ¶ Appellationis. Quod facit ex quo cognouerit illa interuenisse, per quæ patet causam esse in curia. & vtile est hoc pronunciare: vt scripsi de elec. c. j. li. vj. super gl. de iur.

i ¶ Attẽdas. De his not. de elec. c. j. lib. vj. in gl. vbi enim.

k ¶ Velit. Super hoc petit.

l ¶ Interposita. Vt ibi satis notatur super verbo, offerẽs. non puto hoc casu sufficere verbalem oblationem, sed requiritur realis, & quod propter illã nõ admissam, appellauerit: ibi vide & j. §. pe. super ver. illud quoque.

ADDE vt latius per episcopũ Alexã. in d. c. interposita. vbi ponit xviij. fallẽ. quod appellanti, qui offert incõtinẽti se probaturum exceptionem admissam nõ esse, nõ habet necesse probare veritatem exceptionis, int. quas in xvj. est ista Ioã. And. cõtra quã dicit communẽ opi. esse in contrarium latius ibi vide.

fieret præiudiciū aduersario si haberetur pro probata. extra, de præscr. de quarta Idem etiam in exceptione pacti de nō petendo vsq; ad longū tempus: scilicet decē vel viginti annorū: quę si ꝓbata haberetur, præiudicaret: & licet nō omnino, tamen vsq; ad dictū tempus. Et ita illud non obtinet solùm in peremptorijs, sicut, B. dicit: imò in quibusdam dilatorijs, vt dixi. Aut nō fieret præiudiciū: vt quia ꝓponitur exceptiō consanguinitatis, vel alia huiusmodi, cōtra iudicē, vel cōtra rescriptum, quia non sunt per procuratorē obtentū, & huiusmodi: & tunc locū habet decr. interposita.[a] ¶ † Secundò [19] debet esse cautus appellans, vt attēdat an sibi expediat assignare terminū ad prosequendā appellationem, vel nō: quod potest facere: vt extra, eod. oblatæ. & c. personas. Et talem, scilicet an longum vel breuem: vt si statim paratus sit appellationē prosequi: tunc breuem: alioquin longum, iuxta suum arbitrium, dumtamen non vltra annū. Annus enim, qui à iure indulgetur, vt infra versi. proxi. non incipit currere, donec terminus ille lapsus fuerit: cùm intra eum nō possit, etiā si velit, in causa huiusmodi procedere: vt in prædicto c. oblatæ. quia impedito agere nō currit præscriptio: vt C. de anna. exce. l. j. in fi. secūdùm P.[b] ¶ † Tertiò debet esse cautus, [20] vt nō curet q; eius appellatio admittatur à iudice, vel q; approbet à parte: qa si hoc nō fiet, sufficit ei tūc mittere ꝓcuratorē ad impetrādū & cōtradicēdū tātū, & sup appellatiōe literas impetrare: vt eo. ti. interposita. §. j. appellatus autē nullo modo tenetur prosequi, nisi velit. Si verò admittatur vel approbetur, tūc necesse habet appellās ire, vel ꝓcuratorē sufficientem mittere, ad causam appellationis, in termino præfixo: alioquin appellanti prosequēti, condemnabitur in expensis. & eod. tit. Nicolao. & c. sæpe. & tunc etiā appellatus non cogitur venire, nisi velit: qa potest, si vult causę renūciare: & qa cōtra eum absentē potest procedi in causa appellationis: vt eod. tit. per tuas. Quòd si appellatus non solùm appellationem approbet, sed etiā dicat q; velit causam[c] apud sedē apostolicam tractari: tūc vtraq; pars tenetur venire vel mittere sufficienter, nō solùm ad causam appellatiōis: imò etiā ad principalē: vt cū actis & monimētis omnibus ad causam facientibus: vt eod. ti. cordi. §. primo. & sic addetur illi, Nicolao. licet hęc additio iniquitatē contineat: inuenta forte, vt causas ad curiā trahat, sicut & illa de elect. statuti.[d] Vel dic[e] q; iusta est. Nam cū causa appellationis habeat in curia tractari, vbi approbata vel admissa est: vt suprà & infra patet. [21] ¶ † Si pronunciabitur bene appellatum, ibi debet causa principalis per consequens agitari: vt not. in c. vt debitus. in gl. hic patet. & ij. q. vj. in fine. Et sic oporteret nouas concedi inducias ad portandum acta & munimenta causæ, & nouam citationē fieri: quia aliter nō procederetur: vt extra, eod. sæpe. & c. cordi.[f] Et sic lites prorogarētur, contra mentem iuris. C. de iud. properandū. extra, de dolo & cōtu. finē. licet aliud sit in electionū & prouisionū negotijs, in quibus terminato appellationis articulo, sine noua citatione procedetur propter celeritatem. extra, de elec. statuimus. extra, de app. oblatæ. in fin. quia tunc appellatio est solum prouocatio ad causam, seu citatio, vt suprà, versicu. cautus etiam. [22] ¶ † Imò etiam plerūq; simul tractantur causa appellatiōis, & negotiū principale, videlicet qn̄ in causa appellationis venit ipsum negotiū principale: vt quando appellatur à diffinitiua: vel ex tali causa, quæ sufficeret, si probata foret, ad diffiniendū negotiū principale: vt si capitulū appellet ab executore, ne cogaſ ex aliqua causa ad receptionē T. vel ne sibi prouideatur in ecclesia sua, & huiusmodi. [23] ¶ † Et nota q; si appellatus causam in curia voluerit agitari, hoc expressè debet dicere cū appellatio interponitur. vnde consulo appellāti, q; inde fieri faciat publicū instrumentū, per quod ex hoc constare possit. Si enim postq; appellatus appellātē vexauerit, faciēdo eū venire ad curiā, secūdū præmissa velit causam extra curiā agitari: nō audietur, imò punietur: qa nisi venerit instructus ad causam, contra eum, tanq; contra contumacem procedeſ: vt in c. cordi. §. fin. vbi de hoc. sed & nisi dum appellatus appellationē approbauerit & expressè dixerit se velle causam in curia agitari, si tis postea illuc venerit, nihilò minus appellās poterit super appellatione impetrare, nō obstante appellati contradictione. & sic multi sapientes dixerunt & probaſ in præ. c. interposita. §. j. & arg. in his quæ no. suprà de excep. §. viso. versi. sed si iudex. & hoc in ciuilibus & criminalibus. In electionū autem & prouisionū negotijs, quæ per simplicē appellationē hodie absq; probatione partis vel receptiōe iudicis ad curiā deuoluunſ: vt in prædic. c. statuimus. si vtraq; pars præsens sit in curia, pōt appellatus dicere, volo q; omisso appellationis articulo, in causa procedaſ: licet appellatio nō fuerit per ipsum aliàs approbata, nec dixerit q; causam volebat in curia tractari: & appellāte inuito super principali ageſ: dummodo iudex appellatiōis, quæ attentata sunt post appellationē, extra negotiū principale reuocet: puta si fuit excōicatus, vel in expensis condemnatus, post appellationem: quia his reuocatis nō interest sua prosequi appellationē vt iam dictū est. [24] ¶ † Illud autem scias q; q̄uis appellatio, etiam sine causa interposita, deferat causas episcopatus ad Apostolicā sedem, contra mentem illius constitutionis. vt debitus. in fi. vt in constito. Alexan. iiij. de elec. dilecti. Sed hodie nobis instantibus, interpretationem recepit: quia si in episcopalibus vel alijs dignitatibus superioribus appelleſ, in iudicio, siue extra, expressa tn̄ causa manifeste frustratoria: nō defert talis appellatio causam ad curiā. Secus si ex causa legitima appelletur: quo etiam caso, pōt appellans recedere ab appellatione interposita: vt in cōstituto. Greg. x. de electio. q̄uis.[g] vbi dicemus [25] de hoc. ¶ † Porrò quod supra dixi, ad probationē partis, vel ad receptionē iudicis operari, vt quis sufficienter causam in curia prosequi teneaſ: verum est secundū B. in appellationibus ante sentētiā & lite contestata interpositis. nam cùm appellatur à sententia diffinitiua, nō refert an appellatio admittaſ, vel approbetur, vel nō: sed hoc solū cōsyderetur, vtrum terminus sit à iudice vel ab appellante præfixus: & tunc vtraq; pars teneſ ire vel mittere sufficientē procuratorē ad totā causam: aliàs cōtra eum procedetur tanq; contra contumacē: quia hic terminus vim habet peremptorij: vt extra, de renun. veniēs. vbi hoc ipse no. & ad hoc facit in prædicto c. sepę. vet. saluis. facta relatione ad pręcedētia. & eo. tit. per tuas. V in. tn̄ no. in prędicto c. veniēs. quod etiā vbi appellatur à diffinitiua: si appellatio recipitur vel approbaſ, tenētur partes mittere sufficiēter ad causam: aliogn sufficit mittere ad impetrandum vel cōtradicendū. & sic habet locū exceptio vel approbatio, secūdū eum, etiam quādo appellatur à diffinitiua. Et videtur casu pro eo expressus extra, de app. oblatæ. in prin. ibi: nec delatum, &c. vbi hoc idē notat do. meus, qui etiā super hoc à me requisitus idē mihi cū deliberatiōe respōdit, & induxit pro se, qđ not. secūdū eū in c. interposita. §. j. Hoc etiā idem probatur ff. de appel. recipien. si cuius. & C. de app. si appellationē. Ego credo,[h] saluo consilio saniori, q; cùm appellatur à diffinitiua, delatio iudicis nil operatur: qa tūc iudex nō potest non defferre appellationi: tū quia functus est officio suo: vt extra, de offi. deleg. in literis. tū quia tūc nō queriſ ex qua causa appellaſ: vt extra, de app. cordi. §. his quę. ideoq; sua delatio nil operaſ. Et in hoc bene dicit B. & alij male. Nec obstat c. oblatę. quia factū narrat, sicut cōtingit. Itē nō obstāt leges [26] prædictæ. ¶ † Iudex enim dicitur nō recipere appellationē: quia aliquid facit in eius præiudiciū, forte sententiā exequēdo, vel apostolos non concedēdo, & huiusmodi. Recipere autem dicitur, cùm cōtra ipsam nil attentat: veruntamen talis receptio nullius est effectus, vt dixi: potest tamē tūc iudex appellanti præfigere terminū ad prosequendū appellationē: veruntamē hæc præfixio sola nō arctat appellantem mittere sufficiētem: imò sufficit sibi mittere ad impetrandū: qa impetrare est prosequi, & initium

a ¶ Interposita. Verius tene quod dixi in præ. decr. ex parte. super gl. ad hāc, scilicet q; probare probationes exceptionis nō admissas licet sufficiat ad iustificandum appellationem, si propter id fuit appellatum, ad effectū tamē exceptionis cōsequendū in principali oportebit veritatem exceptionis probari, si sit dilatoria vel peremptoria, vt ibi dixi.

b ¶ Secundū P. Hoc no. in decr. vt debitus. Tu dic contra: vt dixi in c. sæpe. super gl. pe.

c ¶ Causam. Supple principalem.

d ¶ Statutum. lib. vj.

e ¶ Vel dic. Turbor q; non dixit, imo dic. Ponderare debuerat quod Inno. iiij. fuit author decre. cordi. ad cuius defensionem cōtra præmissa, vltra id, qđ subdit, est aduertendū q; decre. cordi. nō arctat appellatū inuitū: qđ si esset, potuisset author reprehendere, nisi causa subesset, vt in negotijs prouisionum. Constat autem q; appellās à grauamine, hoc cōcludit q; vult reuocato grauamine causam principalē esse coram iudice appellationis. Si ergo appellatus consensit, & papa statuit quòd eo casu ambæ partes veniant instructę etiā sup principali, exprimat actor, contra quē est iniquitas, quā allegat hoc quo ad primū. Secūdùm est, q; finito articulo appellationis pro vel contra appellantem: si papa viderit expedire, procedetur in curia super principali, ponderato qđ dixit de primo. & qđ arbitratus Papa reseruaſ sup expediendi: multum errat, q asserit hoc iniquū. Tertiū est q; de volūtate partium poterit omitti articulos appellationis, & super principali procedi. ex quo illud tertium partium volūtati relinquitur, qs pōt dicere hoc iniquum. dicet author, potuisset causa deleg. ri ad partes: quod forte timē debat appellans: hoc fateor qđ potuisset. Sed nunqd papa vel alius iudex iniustitiam facit non delegādo, vltra id qs modus est verisimilior ad finiendam litē, iste vel ille: cùm forsan citius erit expeditum negotiū principaleq; exceptiones contra delegatos vel cōtra rescriptū propositę: quia de causa beneficiali sunt in curia. in de patiens fui illū reprehēdi, qui per tex. & gl. dedit nobis argumentū sciētur notabile. mansissemus autē amici, si recedēdo à reprehensione dixisset, imò dic. &c.

f ¶ C. cordi. lib. vj.

g ¶ Quāuis. lib. vj.

h ¶ Ego credo. Hoc est de quo honoraui authorem in præ. decr. Nicolao. super primo gl.

& initium exerceri appellationis. Et idem dico, si pars appellans præfigat terminum vbi appellatio nō approbatur a parte: quia tunc sufficit partibus mittere solùm ad impetrādū & ad cōtradicendū: vt in prædi. c. oblatæ. ver. & quidem. & in hoc minus bene dixit B. Termini ergo præfixio sola, quo ad effectum deferēdi causæ examinationem ad curiam, non sufficit, vbi non præcedit delatio iudicis, vel appellatio partis. Vbi autem parte approbante appellationem a sententia interposita terminus præfigitur à iudice vel ab appellāte: tunc dico idē quod in appellationibus ante sententiam, vt partes teneantur ire vel mittere sufficienter: & hoc ex vi approbatiōis, nō termini præfixionis. & sic potest intelligi quod no. e. ti. Nicolao. & in prædi. decre. cordi. Et in hoc male dixit B. & alij. ¶ †Operatur autem sola præfixio termini, facta a iudice vel à parte absq; delatione vel approbatione, vt terminus ille præueniri non possit, ab aliqua partium in impetrando: nisi de hoc faciat mentionem: vt in c. oblatæ. hic autem termini præfixio, per quē tempus iuris coarctatur, fieri potest per partem appellantem: vt extra, eo. oblatæ. versic. licet igitur. & i. versi. n. & non per appellatam, nisi præfigat terminum iuris. Grauare enim esset appellantem, qui in causa appellationis actoris vicem sustinet: & qui probare habet meriti terminum, ex voluntate rei seu appellati. ff. qui satisda. cog. de die in prin. iij. q. iij. §. spatium. versi. ei autem. & C. de in integ. resti. petenda. ¶ †Non ergo potest appellatus abbreuiare terminum seu beneficium à iure appellanti cōcessum ad prosequendū appellationem: vt xxvij. distin. de his. Nec de his contradicit decreta. de appel. cordi.[a] Et iūge hoc quod est infra, §. proximo. ver. autem pone. & seq. ¶ Quod autem dixi, delationem iudicis operari, vt partes teneantur ire vel mittere sufficienter ad curiam Romanā pro tota causa: verum est, vbi cōstat de iurisdictione iudicis deferentis. ¶ †Quid enim si excipitur contra iudicē delegatum, quod non potest esse iudex in aliqua causa: ipse vero hoc non obstante, procedit: quare appellatur ab eo: & ipse defert appellationi: certe talis delatio licet causam appellationis deferat ad curiam illic tractandam: quia nondum constat illum non esse iudicem, non tamen causam defert principalem: imò Auditor appellatione probata coram eo huiusmodi exceptione, vlterius in principali nō procederet ex virtute talis delationis. ¶ †Quid si quis ita dicit, proclamo vel prouoco ad sedē apostolicā[1] Dic quod habetur pro appellāte: potius enim attenditur in talibus mens, quā verba: vt patet extra, de appel. ad audientiam. & de verb. signi. si intelligentiam. & c. præterea. & de conse. distin. iiij. nullus.

SVMMARIVM.

1 ✠ Appellans à sententia excommunicationis, si non prosequatur, an maneat sententia rata.
2 Appellans a sentētia excommunicationis, si iusto impedimento detentus appellationem non prosequatur, an maneat sententia rata.
3 Iustum impedimentū qualiter intelligatur, in non prosequendo causam appellationis? & nu. 8.
4 Causa intacta, quādo dicatur absq; damno moræ.
5 Celeritas iudicis, sæpe iustitiam exorbitare facit.
6 Appellator non prosequēs causam appellationis, causa infirmitatis, nec super hoc habens testes, an suo stabitur iuramento.
7 Appellator copiam iudicis, ad quem appellauit, non habens, an excusandus veniat a prosecutione suæ causæ.
9 Causam appellationis non prosequenti, sola negligentia imputatur.
10 Terminus ad appellationem prosequendā datus, an possit restringi.
11 Is, cōtra quem opponitur quod nō fuerit prosecutus appellationem, qualiter probare debeat se impeditum fuisse.
12 Terminus iuris in causa prosequendæ appellationis, an possit præueniri.
13 Impetrans auditorem intra tempora ad prosequendum appellationem assignata: an ipsa tempora videatur obseruasse.
14 Constitutio de termino ad prosequendam appellationem, requirit principalem, vel procuratorem.
15 Non veniens intra dies statutos ad prosequendam appellationem, non comparens, an poterit se ex facto aduersarij iuuare.
16 Tempus ad appellationem prosequendam a iure indultum, nemini est auferendum.
Iudex appellationis an habeat iurisdictionem, vel possit cogere prosequi ante terminum à iure præfixum.
17 Iudex appellationis, an possit ex officio suo partibus præsentibus terminum ad appellationem prosequendum præuenire.
18 Iudex à quo appellatur, potest ex causa abbreuiare vel prolongare terminum appellationis.
19 Terminus prosequendi appellationem, quandoq; præfigitur appellanti ad iter arripiendum.
20 Appellatus negans aduersarium appellasse, an si diu super hac negatione disceptauerit, poterit prædictam appellationem postea prosequi.
21 Appellationem prosequi prohibetur, qui terminum periit ad satisfaciendum, vel pactum fecit de satisdando.

Appellationis prosecutio intra quæ tempora fieri debeat.

NVnc breuiter Transcurrendum est, intra quę tēpora debeat appellatio exerceri, Dic quod regulariter intra annum, vel ex iusta causa intra biennium, intra quod tempus appellatus, per se in contumacia appellati, vt communiter cum aduersario litem exequatur: quo transacto lite nō completa, rata manet sententia: quia tunc appellatio annullatur. C. de tēp. appel. auth. ei qui appellat. aliàs incipit, si quis q; est. ij. q. vj. extra, de app. cōstitutus. nisi iudex, à quo appellatur, tēpus breuius moderetur: quo elapso lite non cōpleta, manet rata sententia. extra, eo. cùm sit Romana. & c. sæpe. Quādo autē incipiat annus ille currere: dixi supra, §. proximo. ver. ij. ¶ †Vtrum idem sit in sententia excōmunicationis, vt si appellans non prosequitur appellationē, sententia rata manet: no. secundùm papam in prædi. c. sæpe.[b] Datur etiā prædictū tempus, non solùm cùm appellatur a diffinitiua, sed etiā cùm appellatur ab interlocutoria: vt in prædi. c. cùm sit Romana. in prin. ibiq; dicit, si ante sentētiam vel postea, &c. Et etiā cùm extra ius appellatur: vt eo. tit. cōstitutus. vbi de hoc. hodie tamen dic vt infrà ver. hoc autem certū. Terminus autē statutus à iudice vel à parte vim obtinet perēptorij. extra, eo. sæpe ¶ †Præmissa verò fallunt, cùm appellator iustè impeditus nō potest prosequi appellationē: nam tunc nō manet rata sententia: imò appellationem post biennium prosequitur. eod. ti. ex ratione. Iustè autem impeditur, si ipse vel eius procurator in itinere capiatur, & huiusmodi. C. qui pe. tut. vel cura. cum à matribus. extra, de pignori. c. pe. vel propter infirmitatem, vel tempestatem, vel inopiam. v. q. iij. si nou ægrotās. extra, de dolo & contu. cùm dilecti. extra, de sol. c. pe. vel aliam iustam causam. ¶ †Item secundùm quosdam, iusta causa potest esse, si fortè vnus mensis, vel duo fuerunt de primo anno feriati, ita quòd iudex non cogebatur pronūciare. ff. de arb. si feriatis. vel aliàs fuit iste impeditus: nam tunc tantundem habebit de anno sequenti. ff. de mino. l. si. ff. de his, quæ in frau. credi. ait prætor. ver. si conditionalis. C. de testa. mili. quo tēpore dūmodo agat ante finē anni: qui a sic videtur morā purgare. ij. q. vj. appellatore. secus si expectet vsq; in finem: quia tūc non potest purgare morā, vt dicitur. ff. de ver. ob. l. si Stichum. §. j. ff. de peri. & commo. rei ven. l. illud. ¶ †Item iusta causa est, cùm lis est in consistoriū principis inferenda, nec Imperator proceres cōuocare potest ad causam audiendā: tunc enim causa intacta manet absq; damno moræ: vt ij. q. vj. anteriorum. ver. ad hoc. & l. sed lis quæ speratur. vt extra, de appel. ex insinuatione. Idemq; est in curia domini papæ qua ratione, & propter alias, de quibus habes aliquas extra, de app. sæpe. quādoq; ibi quæstiones plus debito prorogātur, sicut patet in causa decimarū Anglicana nūc corā nostro pēdente examine, quæ ante nostræ natiuitatis tēpus quod est xxxiiij. annorū, fuit ad apostolicæ sedis examē per appellationē perlata, nec adhuc est causa appellationis sopita: quinimmo nec lis est in ea cōtestata: tamen vnū est remedium, quia finaliter ibi veritas tādiu exagitata splē descit in lucem: vt xxxv. q. ix. graue. ¶ †Alibi verò celeritas, sæpe iustitiam exorbitare facit. arg. extra, de in integ. resti. ex literis. §. prospeximus. sicut plerunque in curia Frāciæ, vbi iudiciarū ordinem nō seruatur experti sumus. Iniquitas enim omnia præcipitat. de pœ. dist. iij. inter hęc hircum. nec est sentētia præcipitāda: vt vj. q. ş. c. quarto. imò pōderanda. nam tempore indigemus vt aliquid maturius agamus. l. di ponderet. & æquo libramine librāda xl. dist. omnis qui. extra, de renud. cùm æterni.[c] Hoc etiā scias quòd etiā in curia Romana in causis ciuilibus & criminalibus patrimonij beati Petri, & in causis curialium bene quantū ad hoc ius cōmune seruatur: quia si quis eorum nō prosequatur intra annū, vel biennium: & appareat de eius negligētia amplius, nō auditur: vt in præ. c. cōcor. vbi autē apparet per acta causæ, vel aliàs euidēter de eius diligētia: puta quia libellū obtulit. &c. cōpetenti tēpore egit: sed per iudicē vel propter subterfugia partis aduersæ, vel propter aliā inexcusabilem necessitatem stetit, quò minus causa fuerit expedita: non est quod ei valeat imputari. C. de temp. appel. l. fin. §. illud. &

a ¶ Cordi. Vbi hoc Inno.: vt ibi scripsi super ver. petent. ADDE ad versi. fin. quod nil refert an quis dicat, volo causam meam audiri à papa, vel expressè ad ipsum appellet. ita gl. not. in c. quoties. ij. q. vj. per tex. in c. dilecti. in deci. extra, de appel.

b ¶ C. Sæpe. Terminatum est per decr. licet. de sententia excō. li. vj. quod nō conualescit: tamen illa denūciabitur, & vitabitur donec nullitatē sententię doceat.

c ¶ Cū æterni. li. vj.

✠ ADDITIO. Adde ad versi. seq. ibiq; gd ergo. Guid. Papæ in quæstionibus suis in q. ccv. incip. in causa appel. vbi latè an appellātis iuramēto stetur, super impedimentis. Et adde quod appellatio nō prosecuta propter paupertatem excusat: vt per Matheli. nota suis, not. vlt. & per Bal. in l. ij. §. si quis. in vlti. q. ff. si quis cau. vbi dicit se liberasse quēdā pauperē a pœna furcarū qui cū appellauit, propter paupertatē appellationem prosequi nō potuit. & illud pro sing. refert & sequit Franc. Cre. not. cxxj. incipiē. statuto cauet. vbi dicit quòd statutum disponēs quod appellās debeat soluere certā gabellā, & aliqs nō potuit soluere ex paupertate, nō dicet appellatio deserta. Henri. Ferran.

a ¶ Medio legis. §. sufficit. Et facit quod scripsi de dolo & contuma. eum, qui. lib. vj. in gl. dubitatur. in fi.

b ¶ Pronunciari. Aduerte quia mandatum Clementis, commendabile fuit in curia, vbi difficile & quibusdam impossibile esset ducere testes ad curiā conscios infirmitatis: & transitio plus esset impeditiua vel occupatiua temporis, quam importet negotium principale. In inferioribus ergo vbi facilis esset probatio, puta cùm de archidiacono ad episcopum, vel de episcopo ad archiepiscopum appellatū esset: non esset sufficiens probatio. per quod idem poto de vicinus curiæ. Facit quod dictū de his est §. versi. proxi. Non sufficeret etiam talis probatio in casu decre. cupientes. ad euitandam eius pœnam, vt ibi patet in §. quod si ab: apud sedem ipsam facere plenam fidem. & hoc quo ad illos de quibus loquitur ibi tex.

c ¶ Vult supple, iudex.

d ¶ Significantibus. Idem quomodocunq; de partium expresso cōsensu, causa prorogetur: & habet hoc locum in termino iuris & hominis: vt in cle. eo. titu. q̄: diu. fallit autem in casu ibi posito.

e ¶ De appel. Vt ibi plene scripsi post eum & Host. super j. gloss. ad quæ etiam addidi duas vltimas colum. Et vide q. facti, quam posui super rubrica de appella.

f ¶ Ex ratione. Ibi non fuit propriè prorogatio, quæ est idem quod protēsio vel extensio. In his enim oportet existere rem, quæ debet extendi vel protendi, sicut tempus vel quæuis materia. Ibi autem cùm biennium esset elapsum, nō extabat tempus protensibile: fit ergo ibi noua temporis concessio ex causa, beneficio restitutionis, vel iure communi: vt ibi nota. De primo vide s. de deleg. §. si. versi. item q̄ iurisdi. Scire debes q̄ do. meus in legibus hic, & Richard. Ma. Paduæ disputauerunt an tempus datum per statutum ad finiendam causam appellationis, posset per partes prorogari appellationis iudice consentiente. Hanc primam breuiter, secūdam prolixe tractarunt. Prima incipit, Dubitatum fuit Bonon. Secunda, Statuto cauetur quòd iudex Dominus meus ad literam dixit, si episcopus appellationis causam exercendam, non potest arctari vel prorogari per iudicem: vt not. in authent. offeratur. sed partium consensu videtur quòd possit prorogari, cùm possit arctari: vt videtur innui C. de tem. apppel. l. vltima. in fin. ibi: vel vllum fatale, &c. ergo & prorogari. Item valet pactum de non appellando: vt præ. l. in fin. & ff. a quib. app. non licet. l. j. § si quis fortius. ergo pacisci possunt de tempore appellationis prorogando. Item per tacitum consensum partium, scilicet per recursum ad arbitros prorogatur: vt in authen. si tamen. ergo fortius per consensum expressum. Sed, vt infra dicam, illa non est propriè prorogatio. Item in causa principali, si perit instantia, non est periculum, cùm actio salua maneat: & ideo non potest fieri prorogatio: vt not. in l. properandum. licet si pereat instantia in causa appellationis, est periculum appellanti, quia rata manet sententia: facilior ergo debet esse prorogatio. Item pro hoc facit l. secunda. ff. de iudi. §. finali. & § iudex. & quod scriptum est per Azo. in Summa de iur. om. iudic. in ij. colum. Et quia rigor iuris mitigari potest pactis contrahentium: vt in prę di. l. fina. in fin. C. de tempo. appel. & glos. ibi posita. Facit etiam C. de abo. l. l. vltima. §. post hoc. Contrarium videtur tutius, vt ad instar triennij causæ principalis. & quia hoc tempus legale est limitatum ob communem & publicam vtilitatem, non in singularem fauorem paciscentis: propter quod videtur prorogatio non valere ff. de pactis. ius publicum. & de iur. cal. l. ij. §. sed quia. Et quia §. fina. & §. iudex. loquuntur de tempore mutato per delegantem aliqua speciali de causa, quæ processit ex his, quæ inter partes acta sunt. & ideo ibi valet consensus partium in prorogando: sed hic est tempus legale & limitatum a lege, ponderata generali occasione, scilicet odio litium: nec possunt partes pacisci quòd lex municipalis in sua cū locum non habeat. ff. de legat. j. l. nemo potest. Nec teneret prorogatio, si iudex interloqueretur tempora talia appellationum posse prorogari: quia expressus est error. Facit etiam C. de temp. appel. nemo. ibi: præmissa duobus, quibus prorogari non potest, hoc tempus subdit. Nec sub prætextu quodam altero: & sic prorogationem excludit vel partium pactionem. Item, vt dixi, in statutis causa appellationis plus sunt odiosæ, quam causæ principales. argumen. C. eod. tunc eos. in fin. & sic non de facili prorogandæ. ¶ Richardus copiose tractans tenuit idem principaliter, ex dictis s. ad hanc partem in princip. Et quòd tempora terminandarum litiū ob publicam vtilitatem sint inducta, allegat C. de iudic. properandum. in princip. & ibi no. & C. de tempo. appella. l. ij. in princip. Secundò assumit præ. l. nemo. per modum s. expressum, cui contingit in authenti. eodem titu. de appella. col. viij. vbi in fine. sic dicit textus, alijs omnibus, quæ de appellationibus certaminibus priscis dicta sunt legibus & à nobis in legu scripta codicibus in proprijs virtute manentibus. Cui conuenit de his qui ingre. ad app. § si verò neuter. ead. colla. Sed quod de prorogatione dicitur, statutum de iure non apparet: stabitur ergo legi Codicis, & eius tempori. Inducit etiā specialiter duas leges. ff. loca. & cōmo. l. si in lege. in prin. & de verbo. oblig. qui Romæ §. Callimachus. ad fin. ¶ Subdit autem nunc secundam quæstionem, scilicet quid erit, si intra tempus statuti non fuerit causa diffinitiua. Refert quosdam dicere q̄ etiam ex eadem instantia adhuc poterit diffiniri vsq; ad annum, vel ex iusta causa biennium: quasi statutum illud magis sit inductum ad pœnam iudicis, saltem extraordinariam, l. nō sinat. ff. de pœnis. sanctio legum. quam ad modificationem causæ vel instantia contra ius commune. Pro quo facit C. vt omnes tam ciui. q̄ mili. l. vna. in fin. Ipse autem putat tempus statuti, per omnia subrogatum in locum temporis de iure communi dati ad prosequendam appellationem, ideo quibus casibus tempus iuris communis non currit, puta cùm stat per iudicem, vel cùm partes compromiserunt, vt in authen. si tamen. & authē. item si appellatione. C. de tempo. appel. non currit etiam tempus statuti. Item quibus casibus currit tempus iuris communis, sed datur restitutio, vt not. in authen. ei qui appellat. eisdem hoc curret, & restitutio dabitur. Itē quibus casibus currit tempus, & mortificatur causa & instantia appellationis, vt in authen. præ. ei qui appellat. eisdem currit tempus statuti, & mortificabitur causa & instantia: vt sic per omnia fungatur vice temporis, ad quod subrogatur. vt ff. si quis test. li. esse iuss. fuer. l. j. §. hæc actio. de responsione ad l. C. vt omnes &c. Et de tertia, scilicet q. temporis statuti ad aliam causam criminalem vel ciuilem, non appellationis: vide quod dixi s. de delega. § restat. super ver. quid si in statuto fateatur non posse prorogari. qd̄ esset dicere si prorogationem duplicari, vel amplius q̄ duplum concedi iudici ad procedendum continue possunt. tamen partes, quæ prorogare vellent, compromittere, vel expresse consentire prosecutioni causæ, supersedere ad certum tempus: & tunc non current tempora iuris vel hominis. Et fateri oportet in horum alterum, numerari tempus statuti: & sic erit locus prædictæ authē. si tamen. & cle. quandiu de appel.

A D D E quo ad primam partem, vt per episcopū Alex. in d. c. ex ratione. & per Nouel. in l. ij. ff. de re iud. per Alex. in l. properandum. C. de iudi. per Pau. de Ca. in l. ij. s. allegat. vbi dicit videri tex. in cle. si appellatio. de appel. q̄ tempus datum ad prosequendam appellationem, potest consensu partium prorogari. Dicit etiam se vidisse in ciuitate Lucana quòd partes prorogauerunt tempus datum ad appellandum: & illud fuit obseruatum. Adde etiam vt per Alexan. consil. xxiiij. in. iij. lib. Quo verò ad secundam, adde per Pau. de Cast. consil. ccxxxviij. inci. videtur dicendum. Panor. consi. xv. inci. in causa fratrum. lib. ij. Ange. in d. l. properandum. vbi dicit q̄ licet iudex non possit diffinitiue pronunciare, potest tamen absoluere ab obseruatione iudicij.

6 versicu. nisi ipse appellator. ¶ † Quid ergo si appellator fuit infirmus, nec habet testes super hoc: nunquid suo stabitur iuramento? forte sic, inspecta causæ & personæ qualitate. ff. de excusa. tuto. l. scire oportet. in medio l.[a] extra, quod metus causa. c. si. Et secundum præmissa, etiam possunt prædicta iura intelligi. & sic sanctissimus Pater do. Clemens papa iuj. sonis suis, nobis auditoribus seruari præcepit: & sic seruamus. Sed in causis totius orbis illuc per appellationem delatis non potest rigor iuris per omnia seruari: cum quandoque oporteat remissiones ad prouincias remotas super varijs articulis fieri: quæ non possunt intra breuis temporis spatium expediri: nihilominus tamen sæpe de hoc excipi videmus, sed raro pronunciari.[b] ¶ † Itē 7 fallunt præmissa, cum appellans non possit habere iudicis copiam, ad quē appellauit: vel nō vult,[c] vel non potest procedere in causa. in authenti. vt spon. lar. §. hæc quoque. Consulo tamen quod hoc 8 publice protestetur: vt extra, de appel. c. fin. ¶ † Itē iustum impedimentum est, si aduersarius petit dilationem, vel propter suam infirmitatem, vel sine causa. Generaliter enim dicimus: quòd non currit huiusmodi præscriptio, si ius non redditur, vel propter defectum iudicis, vel rei, vt extra, de iud. c. penulti. ff. ex quib. cau. ma. sed & si per prætorem. vsque ad §. quod vero. necesse est tamen doceri voluisse agere: sed ex causa aliqua nequisse. vt in l. ea. §. si senat. C. de an. except. vt perfectius extra, de offi. iud. ordi. pastoralis. Est etiā iusta causa, si testes fuerint impediti: vel si sine culpa sua, instrumēta nequeūt habere: vel si alicuius dolo impediaf ꝓsequi appellationē: sed tūc ei succurritur per beneficiū restitutionis in integrū. extra, de in integ. rest. ex literis. extra, de offi. ord. c. pastoralis. §. 9 si. ¶ † Itē fallūt si tēpore ꝓsequēdæ appellationis partes ad arbitros iuerint. Nā tūc etiā post biēniū, causa reduci pōt ad iudices appellationis: vt C. de tēp. ap. l. j. aut. si tamen. & in aut. de app. col. viij. & extra, de app. significātibus.[d] Et generaliter sola negligētia imputatur: vt ibi, & arg. ff. de excu. tu. scire oportet. Præmissa fere omnia probantur in aut. de his, qui ingre. ad ap. in princ. & §. j. ij. iij. & iiij. ¶ Illud autē scias, q̄ imputabif appellatori, si modicū tēpus sibi restat de anno, & causam non incipiat intra annum: licet in anno nullo modo valeat terminari: vt in prædi. aut. ei, qui. ¶ Quæ & alia circa hanc materiam dic plenè prout not. secundum papā in præ. c. ex ratione. de app.[e] ¶ † Licet autem 10 detur annus vel ex iusta causa bienniū ad appellationē prosequendā, vel finiendā: tamē huiusmodi terminus restringitur quandoq; ab appellante: vt eod. tit. personas. & quādoq; à iudice, a quo appellatur. Prorogari autem non potest nisi ex causa: vt eod. tit. ex ratione.[f] Hæc probātur eod. tit. oblatę. Ab appellato autem, non potest restringi: vt s. §. ꝓxi. ver. pe. & vbi certus terminus a iudice vel ab appellāte præfigitur ad appellationē ꝓsequendā: literæ sup appellatiōe siue ab appellato siue ab appelāte impetrātæ, tacito eo nō valēt: vt in prædi. c. oblatę. & c. significātib⁹. & c. sæpe. vbi de hoc. Vbi aūt nullus terminus præfixus est, potest, siue ap-

pellans

pellans siue appellatus intra terminum iuris impe-
trare: ita tamen quòd nimium procurati puta plus
quam per mensem: vt ij. q. vj. appellatore. vel etiam
per minus tempus, dummodo malitiosè non agat.
verùm licet appellatus impetret quandocunq; vo-
lueris, vbi terminus non est ab homine, sed à iure
tantùm præfixus: non tamen poterit petere confir
mationem sententię, nisi cùm vnus mensis de anno
superest: vt præ. c. appellatore. appellatus tamē be-
ne potest coram iudice sic absento, causam appella-
tionis, quandocunq; voluerit, prosequi. Nam causę
cōtinentia diuidi non potest. C. de iudi. nulli. extra
de seque. pos. c. j. Vel dic q coram iudice appella-
tionis, & coram subdelegato ab eo, tam appellans
q̄ appellatus potest prosequi causam appellatiōis
etiam ob expectato mense iuxta finem anni. arg. in
præ. c. oblatæ. versi. si verò. vbi dicitur q coram iu-
dicibus intēpestiuè impetratis, potest appellatus
prosequi causam suam. ¶ Tertij dicunt q qui po-
test semper impetrando literas causam prosequi,
etiam antequam vnus mensis resistat de anno: cau-
sam autem ante illud tempus prosequi non potest,
11 secundum papam. ¶ † Hoc etiam nota q si is, con-
tra quem opponitur q non fuerit prosecutus ap-
pellationem intra tempus iuris, probare velit se in-
tra illud fuisse impeditum, vt nequiuerit prosequi,
potest hoc facere prius q̄ lis sit contestata in causa
appellationis, nec prius fiet litis contestatio: & sic
12 obtinuit. ¶ † Hoc autem certum est, q terminus iu-
ris præueniri potest, non hominis: vt extra de app.
vt debitus. Est autem terminus iuris, annus: vel ex
iusta causa biennium, vt suprà. Est etiā & alius ter-
terminus, qui datur hodie cùm appellatur super ele
ctione, postulatione, seu prouisione, vel occasione
ipsarum. Nam appellans, & omnes quorum inter-
est, per se, vel per procuratores ad causam instru-
ctos intra mensem debet iter arripere ad sedem
apostolicam veniendi: & si ab aliqua partium non
venerit, per viginti dies post aduentum alterius
expectata, in electionis, postulationis, seu prouisio
nis negotio procedetur. Hæc leguntur extra de ele
ctione. c. statuimus [a]. Et scias quod præsens non po
test petere, vt procedatur tunc contra absentem:
nisi docuerit se præmissa tempora obseruasse, dedu
cto tempore competenti. Computatur enim men
sis & viginti dies, & tempus competens quo in
itinere fuerit. Sed nec is, qui tempora non absoluit,
potest hoc cōtra aduersarium opponere. ff. de reg.
iur. cum par. xxv. dist. c. primo. in fi. extra de vsur.
quia frustra. & arg. extra de censi. cùm olim. extra
13 de excep. cùm ecclesiasticæ. ¶ † Sed nunquid videt
tēpora obseruasse, qui interea auditorē impetrauit?
Dicunt quidam quòd non, nisi saltem aduersarium
in audientia citari fecerit: quia non videtur expe-
ctasse aduersarium, nisi præsentiam suam & volun
tatem prosequendi negocium per citationem ma-
nifestari fecerit. Alij dicunt, & hoc obtinuit, quòd
sufficit auditorem impetrasse: vel adire intra tempo
ra prædicta, ad hoc vt tempora seruasse videatur:
quia prædicta constitutio ad obseruationem tem-
porum non requirit, nisi quòd intra mensem iter
arripiatur, & quod pars veniens ad curiam per vi-
14 ginti dies expecter alterū. ¶ † Quid si apparet au-
ditorem obtentum, non tamē constat q per princi
palem personā vel per procuratorē? Non videtur
sufficere: quia prædicta cōstitutio requirit principa
lem vel procuratorem, vt ibi dicitur. Contrariū ta-
men seruamus. sufficit enī, si is, pro quo impetratus
est, id ratum habeat. ff. de reg. iur. l. hoc iure. Nec in
commissionibus, quas do. papa in curia facit per
schedulas vel percussores, exprimit ad cuius instan
tiam sit datus auditor: sed simpliciter dicitur, man-
dat dominus papa magistro Gulielmo Durandi
quòd causam, quæ inter tales super hoc vertitur,
15 audiat, & diffiniat. ¶ † Sed pone, auditor, à quo ap-
pellatur, præfixit decem dies ad prosequendam
appellationem: vt extra, de appellatio. ad hoc. &
intra hoc tempus, appellatus impetrat audito-
rem in causa appellationis, & citari facit appel-
lantem, sicut fit quotidie: qui tamen non compa-

ret intra illos decē dies: postea verò comparet, vo-
lens appellationē suam prosequi coram eo, quem
suus aduersarius impetrauit: opponit ei q nō de-
bet audiri, cùm intra decē dies non fuerit suam ap-
pellationē prosecutus: quæritur an sit audiēdus? Re
spon. obtinuit q nō. Cùm enim intra dies statutos
non venerit, non poterit se ex facto sui aduersarij
iuuare: vt s. deposi. §. viij. ver. sed secūdum. quia ve-
rum est, q ipse non fuit appellationē prosecutus
in termino sibi præfixo: vt in prędic. c. ad hoc. arg.
C. de in integ. rest. petēdæ. & s. §. j. ver. sed quid si il-
16 le. ¶ † Item pone, præfixus fuit à iudice, à quo ap-
pellatū est, terminus partibus, in quo se coram iudi
ce appellationis pręsentēt, vt extra, de app. perso-
nas. & c. seq. partibus ergo in termino ipso coram
iudice appellationis constitutis, appellās dicit, no-
lo adhuc prosequi appellationē, cùm habeam ad-
huc annū vel bienniū, vt supra: nec enim quis inui-
tus cogitur agere: vt C. vt nemo inuitus. per totū.
Rñ. obtinuit q non cogitur. licet enim iudex præ-
dictum terminū sibi potuerit præfigere, non tamē
potuit sibi tempus à iure indultum auferre: quia iu
ris beneficiū, nemini est denegandū: vt xxviij. dist.
de his. & extra, de secūdis nup. cap. pe. & fi. & hoc
satis determinauit de his, quę notā. extra, de appel.
cùm sit Romana. in glo. arg. q iudex appellatus ta
mē poterit libellum offerre, & confirmationē suæ
sentētiæ petere, vel cassari illius appellatione. eo. ti.
oblatæ. versi. si verò non sit. & arg. C. quomodo &
quādo iudex. auf. qui semel. & sic indirectè ille co-
getur suam appellationē prosequi. & sic seruamus.
De hoc secūdùm dominum meum, extra de app.
cordi. §. post hoc. & iunge hoc quod est s. §. proxi.
ver. porro. & seq. quid si statutus est à iudice termi
nus appellato, ad prosequēdam appellationē, ipse
b verò venit diu ante terminū: [b] nūquid ante ipsum
terminū cogetur appellatus respōdere corā iudice
appellationis? Videtur, secundùm pręmissa, quòd
non: quia nec iudex appellationis habet iurisdi-
ctionem ante terminū. C. de dila. l. iij. imò appel-
lans tacitè vel expressè, potest renūciare appella-
tioni, extra, de app. ad aures. c. personas. & c. dire-
ctę. & c. reprehēsibilis. & c. sæpe. extra, de ost. dele.
gratū. C. de iure emphy. l. fi. §. ij. ij. q. vj. si quis libel-
los. ar. cōtra ij. q. vj. appellatione. C. de tēp. app. l. fi.
§. in his. extra, de app. oblatæ. de pœ. di. j. prædixe-
c rat. Super hoc dixit Vin. [c] † q iudex appellationis
17 ex officio suo, potest partibus præsentibus termi-
nū præuenire: sicut & iudex, à quo appellat, potest
ex causa abbreuiare vel prolōgare terminū. Tu dic
18 vt s. ¶ † Itē quid si pars, quæ præfixit terminū ad
prosequēdam appellationē, mittit procuratorē ad
prosequendū, nō tamē prosequitur? Rñ. nō excusa
tur. debuit enim prosequi. ff. mā. si procurator. §. si
tutores. arg. tamē cōtra q sufficiat mittere. extra, de
d app. c. Nicolao. [d] & ff. cōmo. l. argētum. ¶ † Et not.
19 q quādoq; præfigitur terminus appellāti ad iter arri-
e piēdum: vt extra, eo. peruenit. & de elec. statuim9. [e]
de re iud. cùm causam. Quādoq; ad repręsentādum
se domino papæ: vt eo. ti. personas. & c. significa-
uit. Quādoq; ad terminādam causam appellatio-
nis: vt eo. ti. cùm sit Romana. & ij. q. vj. ei qui. Sed
hoc tātū à lege, & nō ab homine: vt eo. ti. insinua-
tione. Nō autē potest præfigi terminus, intra quē
redeat à prosecutione appellationis: nec etiā à lege
præfigitur: vt eo. ti. ex insinuatione. & ij. q. vj. an-
teriorū. Et no. q vbi datur terminus ad prosequē-
dam appellationē, sufficit intra illud iter arripere:
f vt extra, de re iudi. cùm causa. de elec. statuimus. [f]
20 ¶ † Sed pone, appellatus veniēs ad iudicē appella-
tionis, negat re appellasse, & super hac negatione
diu disceptatū est: processu verò tēporis, vult illam
appellationem prosequi, quam negauit, quæritur
quid iuris? Rñ. obtinuit q non audiatur. arg. extra,
de proba. per tuas. & patet in his, quæ no. in præ.
vers. sed secūdùm. De prosecutione appellationis
dixi s. §. proxi. ¶ Itē quid si procurator rei conde-
mnati appellās in curia, nō vult appellationē pro-
sequi, sed dicit se hoc velle domino forte in Hispa
nia vel vltra mare absenti nūciare? dic vt s. de pro-

a ¶ Statuimus. lib. vj. In cathedralib9 vel regularibus ecclesiis, quarū cōfirmatio spectat ad papam ex appellatione vel immediata subiectione, seruanda sunt tempora decr. cupiētes. eo. titu. lib. vj.

b ¶ Terminum. Vincen. sic formauit quid si ante terminum ambæ partes sunt in curia: nunquid &c.

c ¶ Vincen. eo. titu. ad aures.

d ¶ Nicolao. Vbi de hoc no. Vin. soluit vt ibi in prima glo. Itē ibi non fuit negligentia procuratoris, sed impotentia ex defectu mādati. Ad legem seq. respōde per id qd̄ dixi de pign. significante. super glo. ergo non.

e ¶ Statuimus. li. vj.

f ¶ Statuimus. libro vj. Ista iura non probant ad quod inducebantur. In ista enim decre. ex parte statuitur terminus mensis, ad iter arripiendum. Idem de eodē termino intelligo decre. cū causa. vt ibi scripsi super verbo inducias. vel aggrauando contemptū dicit illum non solùm non prosecutum: sed nec iter arripuisse. Simile extra de renunc. veniens. Ad prędicta facit quod ipse author præmisit in proxi. versi. vbi tractans de termino ad iter arripiendū, allegat hęc duo iura. Sic etiam allegat glo. de decre. cùm causam. in decret. personas. eodem titulo, vbi tractat de his terminis. Potest tamen hoc dictum sic defendi. Persecutio appellationis habet partes scilicet principium, medium, & finem. Principiat aūt prosequi, dum iter arripit: vt in d. c. statuimus. & c. cupiētes. eo. titu. sicut & de alia lite dicitur de off. ord. q̄uis. li. vj. Tñ Innn. in decr. peruenit. ij. eo. ti. dicit q itineris arreptio non sufficit: imò requiritur q se repræsentet. Vide quod ibi post eum dixi. Aliquibus videtur distinguendum inter terminum ad se præsentandum, & terminum ad prosequēdum. In termino ad præsentandum sufficit præsentari. In secundo tenetur prosequi, licet nō teneatur ad diffinitiuam: vt no. in c. cùm sit Romana. de his s. versi. ij.

ADDE, quia in appellatione interposita in beneficialibus, ius assignat certum tēpus, puta mensem ad iter arripiendum. c. j. de elec. nunquid per lapsum huius tēporis, appellatio habetur pro deserta? Lapus tenet q sic, in cle. j. eo. ti. motus q duplici pœna non est afficiēdus. c. ar sicut clerici. extra, de iudi. Et pōderat tex. in d. cle. ij. quia illo non veniente proceditur vt cōtra cōtumacem. Quid autem si tale tempus iuris assignatur ab homine: an idē erit? Old. consi. ij. tenet q sic. & Lapus in d. cle. j. Latius vide de hoc: quia aliqui contra per episcopum Alexan. in c. cùm sit Romana. extra, eo.

ADDE tu pro opinione Spe. hic, vt sufficiat intra terminum ad prosequendum dictum iter arripere. hoc tenet Rota in nouis deci. deci. xciiij. & decis. clv. vbi facit mentionem de doctrina Speculatoris hic.

cu.§ j.versi.sed pone,procur.[a] ¶ † In summa nota quod prohibetur appellationē exercere, qui lata sententia diem petijt ad soluendum: vel si pendente appellatione pactum fecit vel transegit: vel si annus vel ex causa biennium, à tēpore appellationis emissæ præterijt, vel mortuo appellatore. C. de re iud. absolutionem. ff. de pac. tale pactum. §. qui pactus est. in aut. de his, qui ingre. ad ap. §. j. & ij. col. v. C. si pēdente app. mors interuen. l. ij. Et nota quod quandoque vnus appellat, & alius appellationem prosequitur. quod dic secundùm B. Compo. vt extra, de elec. auditis. & c. statuimus.[b] & s. §. primo. versi. sed quid si ille.

SVMMARIVM.

1 Appellatio, quoties iterari possit.
Bis posse appellari, qualiter intelligatur, & quòd nemini tertiò appellare licet.
2 Parte vna duas sententias confirmatorias habēte, & altera duas alias, quæ potior dici debeat.
3 Duobus ex eiusdem serui noxa conuentis, cui dandus erit seruus.
Duobus literas impetratorias pro eodem beneficio habentibus, primo offerenti venit obtinēdum.
4 Appellatio tertia, licet sit prohibita, restitutio tamen in integrum peti potest: & supplicari contra res bis iudicatas permissum est.
5 Appellans & restitutionem petens, diuersis iuribus vti dicuntur.
6 Appellatio quandoque semel tantum fieri potest.

Quoties appellandum sit.

QVoties Appellandum sit, clarum est: quoniam regulariter super quolibet articulo vel grauamine, & quolibet interlocutoria ante sententiam, & etiam à sententia diffinitiua, bis tantum appellatur, & non tertiò: vt extra, de appel. dilectæ. C. ne in vna & eadem causa lic. ter. prouo. l. vnica. extra, de app. sua. & ij. q. vj. §. post secundū. & l. si quis in quacunque. Vnde cùm multa sint capitula in causa ante litis contestationē, multoties potest appellari. Nam super quolibet potest bis appellari, vt dixi: post sententiam etiam tantùm bis. Et secundùm hoc intellige ij. q. vj. omnis oppressus. & c. ad Romanā. & c. quoties. & c. ideo. ¶ † Quod autem dixi bis posse appellari tantùm a sententiis, vel à quolibet grauamine: intellige verum ab eadem parte. Nam altera pars poterit etiam super eodem capitulo vel sententia appellare. Si enim appellauero à sententia pro te contra me lata, & iudex appellationis sententiam confirmat, possum secundò appellare à confirmatione sententiæ. Sed si hæc confirmatio confirmetur, non possum amplius appellare: quia non licet tertiò prouocare. Si autem cōfirmatio infirmetur, tu poteris ab illa sententia appellare: quia hoc non est tertia appellatio, sed prima quoad te. Et si iudex appellationis infirmationē sententiæ infirmet, poteris secundò appellare: vltrà tibi non licet. & sic sunt prædicta iura intelligenda. Et secundùm hoc super quolibet articulo, potest quartò appellari. Et sic obtinuit: licet audiuerim quendam contrarium sustinentem, vt tantum bis appelletur, sicut iuris verba tenent. Idem etiam credo, si interpellatim fiant appellationes: vt si à sententia lata pro te contra me ego appello, & in causa appellationis obtineo: demum tu secundò appellas, & obtinea: tertiò ego appello & obtineo. Et quartò tu appellas & obtinet. Certe nulli nostrum licet vlterius appellare: quia nulli nostrùm licet tertiò appellare: & sufficit sic scriptum esse. ff. qui & à qui. ma. lib. non fi. prospexit. vj. q. iij. scriptum est. Vber. dicit quòd nō licet tertiò appellare: verum est continue, vt in superiori exemplo: sed interpellatim bene licet, vt in proximo exemplo. Item non licet tertiò appellare, verum est in eodem capitulo, sed in diuersis sic, etiam centies. Et docet talem cautelam vt appellans appellando & prosequendo dicat primam sententiam nullam. & si iudex appellationis dixerit eam aliquam vel iustam vel non iustam, statim poterit appellare, & centies per hanc viam. quod dic, secundùm eum, vt s. de exce. §. viso, versi. item nota secundum. ¶ † Sed secondum præmissa, tu habuisti pro te duas sentētias confirmatorias, & ego pro me alias duas: quæritur quis erit potior, cùm nulli nostrum licet vlterius appellare. Et videtur quod originalis reus: quia promptiores sumus ad absoluendum quam ad condemnandum. ff. de act. & ob. Arrianus. extra, de proba. ex literis. in fi. extra, de fid. instr. inter dilectos. in fi. xxvj. q. viij. alligant. imò videtur quod is, qui prius sententiam obtinuit, siue sit reus, siue actor: quia pro sententia præsumitur: vt extra, de renun. in præsentia. † Et iudices appellationū plerumque in peius reformant sententias. ff. de appel. l. j. sicut & alias, cùm quis à pluribus ex noxa eiusdem serui conuenitur, dabitur ei, qui prius ad sententiam peruenerit. ff. de noxa. si quis a multis. sic & in actione de peculio: vt ff. de pecu. si verò adhuc. sicut & aliàs inter duos impetrantes, qui primò præsentat literas, primò præbendam obtinet: vt extra, de rescri. c. capitulum. hoc disputationi duximus relinquēdum.[c] ¶ † Licet autem tertiò non appellatur, tamen in integrum restitutio petitur, & supplicatur contra res bis iudicatas. ff. de mino. minor.[d] & l. seq. extra, de in integ. restitum. ex literis. §. pe. extra, de re iud. cùm causa. arg. tamē contra: quia quod appellatio in maioribus, hoc restitutio in minoribus operatur: vt ff. de mino. præses. ¶ † Sed dic[e] quod petens restitutionem, vtitur iure speciali & singulari: appellans verò iure communi: vt ij. q. vj. omnis oppressus. Et ideo, aliud iuris est in vno, quam in alio. ff. de vulg. & pup. sub. l. centurio. extra, de priuil. sane. xxv. q. ij. non exemplo. Sed licet restitutio detur contra res bis iudicatas, non tamen ipsa, vel etiam supplicatio bis, sed solùm semel dantur: vt j. tit. proxi. §. quis autem. versi. item super eo. & j. de supplica. §. j. ¶ † Item licet regulariter bis possit appellari, quandoque tamen tantùm semel appellatur: vt C. de epi. aud. aut. si quis litigantium. & C. de app. iubemus. & l. in offerendis. in aut. de app. §. illud. col. iiij. & ij. q. vj. anteriorum. & § illud. & C. de asser. tol. l. j. §. j. & C. de preci. impe. offe. si quis verò. Quandoque etiam non semel: vt s. §. videndum.

SVMMARIVM.

1 Iudex, à quo appellatur, non faciens officium suum, qua pœna tenebitur.
2 Iudicare an causa in appellatione expressa, sit probabilis & iusta in ipso actu appellandi, quis debeat.
3 Appellans consulere debet iudici, vt deliberet cum peritis de admittenda appellatione.
4 Appellatio, multipliciter consyderatur.
5 Appellatio latens & frustratoria quæ sit, & an sit admittenda.
Appellatio media siue dubia, quæ sit.
6 Iudice dubitante an sit deferendum appellationi, vel non: in dubio potius defertur appellationi quam sententiæ.
7 Appellatione per iudicem recepta, qualiter habeat cum appellante procedere.
8 Appellatione pendente, siue sit recepta, siue non, iudex non debet in præiudicium appellantis aliquid innouare.
9 Appellationem non esse recipiendam, qualiter cognosci possit.
10 Appellatio debet porrigi iudici a quo appellatur, si fieri potest: aliàs ad quem appellatur.
11 Instrumento appellationis continente quod iudex appellationis eam benignè recepit, an per hoc probetur ipsum iudicem appellationi detulisse.
12 Appellationem admittere censetur, qui contra eam nil attentat.

Officium eius, à quo appellatur, quale sit.

NVnc Dicamus quid sit officium eius, à quo appellatur. Et quidem vt recipiat appellationem, & reuerenter ei deferat, si ex causa sit legitimè interiecta. ¶ † Quod si nō fecerit: secundùm legem punitur in xxx. ponderibus auri: & officiales eius simili modo: vt C. de app. quoniam iudices. & l. iudicibus. Secundùm cano. verò debet deponi: vt ij. q. vj. decreto. secundùm decre. mittitur ad sedem apostolicam pro meritis recepturus: vt extra, de app. c. de priore. & c. sequen. nec nocebit appellanti, si eius appellatio legitima non admittatur: vt ij. q. vj. appellatione interposita. & extra, de app. sæpe. Quod si appellatio talis est, quòd iudex eam non debet recipere: non nocebit ei, si eam non recipiat: imò temere appellans, puniri debet secundùm legem in quinquaginta libris argenti, vel efficitur infamis: vt C. quorum appel. non re. ab executione. §. fina. C. de appel. à proconsulibus. in fin. Secundùm cano. remittendus est ad eum, à quo appellauit, condemnatus in expensis: vt in c. vt debitus. in fin. ita vt sumptus in quadruplum restituat. ij. quæst. vj. omni modo. hodie in simplum: vt C. de fruct. & lit. expen. non ignoret. & l. terminato. vel fortè in triplum. iij. q. iij. libellum. De his expensis dicam j. de expen. Iudex quoque, qui frustratoriam appellationem admittit, & appellans similiter est puniendus in xx. libris argenti: vt ij. q. vj. §. sunt etiam, quorum. ver. si quis etiam. ¶ † Sed quis iudicabit in ipso actu appellandi, an causa in appellatione expressa sit probabilis

scu

---

a ¶ Procurator. De hoc s. §. j. post prin. versi. illud autem.

b ¶ Statuimus. li. vj.

c ¶ Relinquendum. Hodie per cle. de re iudi. c. ij. patet quod melior est cōditio actoris, quādo prima sentētia fuit pro actore. Vult enim illa decr. quod si actor habet tres sentētias pro se: omnino fiat executio non obstāte quod aduersarius agere, vel excipere velit, vel vellet de nullitate aliarū, vel alicuius earum. Cōsequitur ergo intētum. nam, prout ibi dixi legēdo per gl. iij. satis est actori quod tres sententias habuerit, dato quod fuerint interpellatæ. actor enim, qui obtinuit primam in principali, si habuit primā & secundas confirmatorias, statim debet hodie executionem petere. Idem si primam & tertiam. Si autē pro ipso est quarta, et vna de primis, nunc, & nō prius, habet beneficium illius iuris. licet fatear quod maior est æquitas illius decr. quando reus nullam, vel vnā solam pro se sententiam habuisset: sed sufficit ita scriptū esse. extra, de ser. c. ij. cū concor. j. glo.

ADDE an contra tres sententias conformes possit oppons exceptio nullitatis ad impediendum executionem. Old. omnino consi. cvj. Bal. cōsil. cccclxix. iiij. li. Abba. consi. xcvij. ij. li. Pau. de Cast. consi. cccxx. Alex. consi. lxxvij. ij. lib.

d ¶ Minor. autē magistratus.

e ¶ Sed dic. Secundùm Vber. de Bobi. super l. j. C. si sæpius integ. rest. pe. ad literam.

cautela.

seu iusta, vt dicit c. vt debitus. Et certè appellans non: quia qualemcunque diceret probabilem. Item appellatus non: quia etiam expressam in iure non diceret probabile. Item nec iudex, arg. l. diff. si quis præpostera. extra, de offi. dele. suspicionis. extra, de consti. cum omnes. & de verb. sig. cum olim. ij. q. vij. iudices. xv. q. v. presbyter. sicut nec arbitrari potest an ostensa sit notoria vel dubia: vt extra, de ver. sig. cum olim. Quid ergo erit? Dic quòd appellans hoc iudicabit, quantum ad appellandum: appellatus quantum ad recipiendum: iudex quantum ad deferendum. In dubio tamé deferat, vt 3 infrà sequitur. & sic ab initio spectatur vtriusque iudicium. † Consulo tamen appellanti quòd supplicet iudici, vt deliberet cum peritis, an sit admittenda vel non: quòd si denegauerit hoc ipso grauat, secundum do. meum, nisi frustratoria appareat euidenter. Ex post facto iudicare an bene vel male a sit appellatum, spectat ad iudicem appellationis: vt j. versi. penul. Vincē.[a] dicit simpliciter, ad opinionem iudicis referre huiusmodi probabilitatem. ff. de arbi. quæ sententia. ij. q. vj. plerique. ari. q. iij. § item in criminali. versi. 3. ibi iu- 4 dicis motus. extra, de consue. ad nostram. † Circa hoc autem hic not. quòd quædam est appellatio manifeste rationabilis & legitima, vt ea, quæ fit ex causa in iure expressa: vt patet in exemplis positis supra, eo. § in quibus. versi. sed quæ in dices. extra, de offi. de le. super quæstionum. in fi. & c. cum nlim. de testi. significauerunt. de appel. solicitudinem. & c. nouit. de dilati. dilecti. de rescri. super literis. C vt lite pend. l. ii. Cod. de epis. audi. l. ii. in casibus, qui sunt. ii. q. vi. c. non solent. & huic debet iudex deferre. nam & ius eam admittit: vt extra, eod. postremo. & ca. significantibus. cum multis similibus. Quædam verò est manifeste frustratoria: vt eo tit. proposuit. & c. ad nostram. huic non debet deferre: vt extra, eod. tit. pastoralis. quia nec ius eam admittit: vt eo titu. cùm sit Romana. in fi. & c. peruenit. Et hoc allegabatur in q. quæ coram nobis ventilabatur inter archiepiscopum & capitulum Pisanum pro parte vna, & commune Pisanum ciuitatis ex altera parte. Nam cùm ipse archiepiscopus excommunicasset Potestatē & consilium Pisanum, pro eo quia monitū per eum non abstulerant de capitularis suis, capitula illa, quæ Honorius papa mandat per eum abradi in decr. extra, de senten. excom. grauamen. & propter alios eorum ioamlestos excessus, contra ecclesiasticam libertatem commissos: & ipsi sententiam huiusmodi sustinuerunt animo indurato: petebant archiepiscopus & capitulum coram domino Hostiensi apostolicæ sedis legato dictam sententiam aggrauari. Pisani verò respondebant, quòd ipsi à processu archiepiscopi ad sedem apostolicā appellauerant. Vnde non tenebantur coram dicto legato, siue coram me respondere. Replicabatur pro parte altera, & bene, quia appellatio illa euidenter frustratoria erat, & ex causis friuolis interiecta: cui etiam archiepiscopus non detulerat: quare nec dominus legatus ei deferre debebat: vt in præ. concor. Super quo dic vt s. de legato. § nunc ostē- 5 dendum. versi. xxxiij. † Quædam verò est latens frustratoria: puta cùm causa proposita est probabilis, sed est falsa. Et hæc admittitur à iudice, vsque quo veritas pateat. Sed à iure reprobatur. viij. dist. veritate. & c. sequenti. b Quædam verò est media, siue dubia, quam Vincent. vocat neutralem:[b] vt quando appellatur ex causa, quæ non est in iure scripta: videtur tamen rationabilis: vt si dico iudicem fore compatrem aduersarij vel patruum: vel quando appellatur in casu, vbi sunt diuersæ opiniones: puta quia me compellit respondere per literas posterius impetratas, quæ tamen primò fuerant præsentatæ: hæc causa probabilis est, cùm sit dubia: quia circa hoc fuit opi. vt nota. extra, de rescri. capitulum. Item pone exemplum in appellante, qui se dicit nuncium præmisisse, vt nota. j. de expensis. § nunc videndum. in prin. Et his casibus, si ab ordinario appelletur, tenetur deferre, quia ius eam admittit. Sed si sit delegatus, cui causa est appellatione remota commissa: non tenetur iudex deferre, grauatus tamen poterit nihilominus appellare: & si superior reputauerit appellantem grauatum, poterit remouere grauamen: vt in præ. c. pastoralis. versi. sed si appellans. & iacebit in arbitrio superioris, quam opi. in hoc dubio eligat & sequatur, & an reputet huiusmodi appellationem frustratoriam vel legitimam. & 6 hoc prosequere vt s. an § quibus. versi. & ad huius. & seq. † Dicunt autē quidam, quòd opposita tali dubia recusatione, de qua præmissum est, iudex debet partibus dicere quòd eant ad arbitratores, qui si eam iustā pronunciant, non stabit eorum dicto nisi velit: sed pars ex hoc appellet: tunc deferre tenetur. cùm possit merito dubitare. Sed melius mihi videtur quòd ipse, à quo appellatur, secum diligenter deliberet an sit causa sufficiens vel c non: quod dic vt no. ij. q. vj. c. ad Romanam. Vincen. dixit[c] quòd si iudex dubitat an sit deferendum appellationi vel non, in dubio potius deferetur appellationi, quàm sententiæ. extra, de appella. dilectis. in fi. & est expressum in prædicto c. vt debitus. § cùm autem. & c. cum speciali. § excessu, de rescr. n. ...o contingat in fin. & de senten. excom. c. sacro. § fina. & 7 quære hoc vt s. de cita. § j. versi. item pone. † Recepta autem appellatione, debet dare appellanti apostolos requisitos, & offerre etiam non petenti. De quibus, & de eorum forma, dic vt j. in tractatu libello. in titu. de appellatio. § sequitur. Quo facto secundùm locorum distantiam, & personarum qualitatem & negotij, indulgeat tempus appellanti ad prosequendam appellationem: vt extra, de appel. cordi. § j. vel ad alia: vt s. § proxi. versi. & nota. Et scias quòd hæc cognitio, an sit recipienda appellatio necne, præcedit cognitionē illā, vtrū sit iusta vel iniusta causa appellationis. Et potest fieri hæc admonitio, altera parte præsente ff. de admi. tut. chi- 8 rographis. § fi. ff. de app. reci. si cuius. † Item appellatione pendente siue sit recepta siue non, iudex nō debet aliquid in præiudicium appellantis innouare, nec executionem facere, nisi in casibus, qui nota. j. § nouissime. versi. j. & hoc si certum est, appellationē tenere: vel etiā si dubium sit de iure vel de facto, sit iusta vel non. sic intelligitur ff. de app. reci. vel non. l. sciendum. & alia iura dicentia, nil innouari appellatione pendente: vt C. de app. à proconsulibus. & l. quoniam iudices. Si autem non sit dubium, sed certum, appellationē esse iniustam: tunc sententiam exequatur: puta si sit confessor & conuictus de crimine, vel est insignis latro, seditiosus, & in alijs casibus, in quibus prohibitum est appellare: vt s. § in quibus. a vel etiam ante sententiam, nulla causa expressa. ff. de inoff. rup. & irri. test. si quis. § his. qui. & § quid tamen. ff. de appel. constitutiones. C. quorum app. non reci. per totum. in aut. vt nulli iudi. § illas. & § 9 super hoc. † Sed cùm cognoscere vtrum appellatio sit recipienda vel non, spectet ad iudicem appellationis, quomodo potest certum esse eam non esse recipiendam? vt ff. de admi. tuto. chirographis. in fi. C. de app. apertissimi. ff. ol no. appel. pen. l. j. Respon. sic notum non per causæ cognitionē, sed per euidentiam facti, super quo iudicatum est: vel quia ibi prohibet appellari à iure, vt dixi: vel quia causam in appellatione, nō ante sententiam assignauit. Et sic in omnibus alijs potest dici notorium iuris. Hoc no. papa. extra, de offi. delegati. c. pastoralis. § præterea. & vide s. vers. sed quis. † Vtrum autem locum habeat delatio iudicis, vel approbatio partis, quando appellatur à diffinitiua, no. s. § quali- 10 ter. versi. porro. † Et scias quòd appellatio debet iudici porrigi, à quo appellatur. ff. de app. l. j. in fi. ij. q. vj. si quis libellos. & hoc si fieri potest: aliàs eum ad quem appellatur: vt ff. quando ap. sit. l. j. § dies. & § si quis. vel saltem fiat coram notario, & publicis personis: vt j. in tractatu libello. de app. § j. ver. 11 cæterum. & seq. † Quid si in instrumēto appellationis tabellio ita dicit: Quam appellationē iudex benignè recepit nunquid probatur per hoc ipsum iudicem appellationi detulisse? Non videtur: quia sæpe iudex appellationē manu propria recipit, & 12 tamē ei non defert. † Item & quando quis recipere dicitur appellationem, qui contra eam nil attētat: vt s. § qualiter. vers. porro. dominus Cle. papa iiij. dixit contra. ar. pro eo. extra, de app. c. interposita. § j. & ij. q. vj. appellatione interposita. Sæpe enim in hoc casu, recipere, & deferre, pro eodem accipiuntur.

a ¶ Vinc. dixit in decre. vt debitus. eo. titu.

b ¶ Neutralem. In decre. pastoralis. eod. titu. in fine secunda glo. ex qua glo. simul cū prima sumptus fuit iste versiculus circa hoc.

c ¶ Vincen. dixit. in prædicta decre. vt debitus.

SVMMARIVM.

1. Iudex, ad quem appellatur, de sufficiētia causæ appellationis, qualiter procedere debeat in causa.
2. Appellari potest à sententia diffinitiua, etiam sine causæ expressione.
   Appellanti à diffinitiua sentētia, sufficit dicere, appello ab iniqua sententia.
3. Iudex appellationis, an procedere & pronunciare possit, altera parte contumaciter absente.
4. Iudex appellatus male appellatum cognoscens: an pronunciare debeat super causa.
5. Fructus alicuius fundi post litē contestatam percepti, cui venire debeant.
6. Iudex appellationis ex officio potest non solùm sententiam iustam vel iniustam pronunciare, sed & illi addere.
7. Iudex appellationis, debet litigantium consuetudinem sequi.
8. Iudex appellationis an & quando possit priori iudici inhibere, ne procedat in causa, vel ne sententiam exequatur.
9. Iudice appel. priori iudici, ne prosequatur, inhibente, an debeant partes vocari.
10. Priuari sua possessione nemo debet, propter alicuius appellationem.
    Appellatione extra iudicium facta, an iudex, qui de veritate appellationis cognoscere cœpit, possit aliquid inhibere ei, à quo vel cōtra quē est appellatū.
11. Appellatione iudici appel. præsentata, debet notarius sub speciali forma, eā in suo quaterno scribere.

12 Impeditus ne posit coram suo iudice appellare, si coram alio appellet, debet instrumentum speciale conficere.
13 Lite pendente, non debet prodesse, aut nocere legis aut alterius statuti innouatio.
14 Stylus Romanæ curiæ iure cōmuni innitif, & ideo tāq; magister omniū, ab inferioribus est sequēdus.
15 Appellatio à diuersis sententijs, diuersimode consyderatur.
16 Conclusio diuersorum iudicum adinuicem discordantium, qualiter fieri debeat.
17 Iudex spernēs appellationē à diffinitiua sentētia, si excōmunicet appellantē, qualiter sit cōcludendū.
18 Appellatione sentētiā diffinitiuā præcedente, si sequatur sentētia excommunicationis, quid iuris.
19 Appellans ante diffinitiuam, debet grauamē sufficiens exprimere: alioquin non tenet appellatio.
20 Appellatione facta à sententia in causa matrimoniali, qualiter sit concludendum.
21 Appellatione facta à sententia diuortij lata per iudices delegatos, si iudex appellationis in cōtumaciam partis latam sentētiam cōfirmauerit, demum pars se excusauerit, quomodo concludetur.
22 Appellante à sententia delegati, non prosequente intra tempus, quomodo sit concludendum.
23 Ordinario proferente diffinitiuam, & dato ad causam appellationis eam infirmante: qualiter sit cōcludendum.
24 Appellatio ante sententiam diffinitiuam ab interlocutoria vel grauamine illato seu processu facta, multipliciter consyderatur.
25 Grauamine illato super exceptionibus in causa appellationis non admissis, datur distinctio.
26 Exceptione peremptoria, in vim dilatoriæ proposita, & non admissa, si appelletur, an super tali appellatione dandæ sint literæ.
27 Appellatione facta propter dilatoriam non admissam, vel propter grauamen multe illatum, & propter processum iniquum, &c. qualis fieri debeat conclusio.
28 Appellatione facta à delegato sedis apostolicæ, vel subdelegato ipsius, &c. vbi semel fuerint literæ impetratæ, super quibus sit appellatum, qualis debeat esse conclusio.
29 Appellatio à subdelegatis delegatorum apostolicæ sedis, cuius conclusionis esse debeat.
30 Appellante intra tempus legitimum appellationem non prosequente, qualiter debeat appellatus suam narrationem facere.
31 Exceptio in causa appellationis, multipliciter proponi potest.
32 Modus proponēdi exceptionem in materia appellationis, quas consyderationes requirat.
33 Literis super aliqua quæstione obtentis, si coram delegato processum est, & super eodem ad ordinarium trahatur, qualiter sit excipiendum.
34 Forma conclusionis in multis casibus, quibus excipitur contra literas quibus contradicitur.
35 Exceptio excommunicationis si opponatur contra rescriptum, dicendo quòd tempore impetrationis impetrans erat excommunicatus, an sit per hoc rescriptum vitiosum.
36 Sententia excommunicati publicè, non tenet.
37 Lis se offerens, vt processus contra se habitus reuocetur, si à iudice hoc denegante appellauerit, qualiter concludetur.
38 Clericus conuentus pro quadam summa pecuniæ, quam quia soluere nequit, offert cessionem bonorum, nihilò minus à iudice excommunicatur, quid sit de hoc concludendum.
39 Conclusio facienda vbi appellatur, quia iudex admittit aliquem ad causam sine mandato: nec iudex vult apostolos concedere, sed appellantem excommunicat.
40 Impetrare volens literas super appellatione, quæ debeat consyderare.
41 In literis, quæ super appellationibus impetrantur, non debēt verba cōsueta in narratione omitti.
42 Conquerens de procuratore non admisso, quæ debeat in narratione proponere.
43 Officiales curiæ cauere debent ab exceptionibus fictis appellantium.
44 Vtraque parte à diuersis iudicibus appellante, quibus verbis sit pronunciandum.
45 Duobus grauaminibus sese compatientibus vel non compatientibus, in appellatione prolatis, quibus rescriptis vtendum sit.
46 Decano & priore datis executoribus, si vno absente, nec se excusante alter procedit, propter quod appellatur, qualiter concludendum erit.
47 Executore excedente fines mandati, & assignante stallum in choro, &c. propter quod appellatur, quomodo concludetur.
48 Forma concludendi vbi appellatur, quia procurator per errorem impetrat non super grauamine, sed super alio.

Officium eius, ad quem appellatur, quod sit.

DE officio Quoq; eius, ad quē appellatur, aliqua perstringamus. Et certè ad eius officium spectat appellationē sibi oblatam recipere, & diligēter eius formam inspicere, & videre an fuerit intra decem dies appellatū, vel fuerit appellationi renunciatum tacitè vel expressè: vt extra, de app. Romana. §. si verò. [a] Postea debet videre vbi ante sententiam appellatum est: ex qua causa fuerit appellatum, an videlicet fuerit talis, quæ probata, legitima esset: & an causa sufficiens sit proposita: vt dixi s. §. proxi. & §. in quibus. ver. sed quam dices. & ad hoc debet partes citare. extra, de app. per tuas. de consti. ecclesia. nisi quādo appellatio recipitur à iudice, & terminus præfigitur ad prosequēdam appellationem. Nam terminus ille habetur loco peremptoriæ citationis. extra, eo. sæpe. de citatione partis appellatæ no. s. de cita. §. viso. ¶ [1] †Cognito igitur an causa sit sufficiens, recipiat libellum: vt j. de libel. concep. §. nunc dicendum. versi. fin. & fiat litis contestatio, prout no. s. de lit. conte. §. ij. versi. sed cum in causa. & iuretur, & inquirat de veritate causæ: vt in præd. c. Romana. §. quod si obijcitur [b] & si eam veram inuenerit, debet pronunciare illum iuste appellasse: & postea debet de tota causa cognoscere, & eam mediante iustitia terminare. Et idē faciat subdelegatus vel delegatus ab ipso, si cognoscet de principali. arg. extra, de rescr. super literis. in fi. extra, de testa. c. Ray. Si autē nō probatur causa: tunc pronūciabitur appellatio iniusta: & debet appellantē in expēsis cōdemnare, & ad eum, à quo appellauit, remittere: vt ille in causa procedat. Hoc probatur extra, de app. vt debitus. in fi. & c. cùm in ecclesia. extra, de offi. dele. insinuāte. extra, de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. cū venisset. in fi. & ij. q. vj. in fi. ¶ [2] †Si autē à sentētia diffinitiua fuerit appellatum: nō habet laborare inquirēdo an ex causa fuerit appellatum. Nam à diffinitiua etiam sine causæ expressione appellari potest: & sic sufficit dicere tunc, appello ab iniqua sentētia, vt sæpe dictum est. Debet ergo tūc libellum recipere: vt j. de lib. concep. §. nunc dicēdum. versi. sed nunquid. & negotiū ipsum diligēter examinare, modis quibuscūq; poterit: vt xxx. q. vlti. iudicantē. Et debet sentētiam prioris iudicis confirmare vel infirmare, corrigere seu emēdare: & hoc in totum, seu in partē, vbi sentētia plures cōtinet articulos, quæ dic vt s. de sententia. §. vt autē. versi. in iudice. Debet autem præmissa facere secundùm allegata, quinimo debet etiam rationes & testes audire, & recipere, quos partes volunt super nouis articulis inducere: quia in causa appellationis potest non oppositum opponi, & nō probatum probari: sicque secundùm causæ merita debet sententiam proferre. Hæc probantur C. de app. eos. §. si quis autem. extra, de test. fraternitatis. & de fide instru. cum Ioannes. Et dic vt s. de teste. §. satis vtiliter. versi. illud autem. debet etiam reuocare attentata post appellationem: vt j. §. proxi. ¶ [3] †Sed qualiter se habebit iudex appellationis, si altera pars se contumaciter absentat? Dic quod nihilò minus in causa procedat & pronunciet. C. de temp. ap. l. fi. Sed hoc prosequere, vt extra, de app. per tuas. & c. interposita. §. fi. ¶ Vtrum autē succūbens in causa appellationis, siue sit appellans, siue appellatus, condēnabitur in expensis. notatur j. de expēsis. §. nunc vidēdum. ¶ [4] †Itē nota quod si iudex appellatus videt fuisse malè appellatum, & bene pronunciatum, videt etiam appellantē paratū plures exceptiones & cauillationes opponere & appellare: consulunt quidā quod non pronunciet super causa appellationis, sed consulat quod sentētia executioni mandetur: vt sic non valeat appellari ab eo: sed contra hoc, est remedium j. §. proxi. versi. & nota quod. ¶ [5] †Sed pone, petit fundum à P. appellatus: pēdente appellatione percepit fructus, nūquid iudex appellationis condemnabit P. etiam ad fructus medij tēporis? Dic quòd sic: vt ff. de vsu. tutor. in prin. ff. de rei iud. l. fi. ff. de neg. gest. Nam fructus post litē cōtestatam percepti veniunt iudicis officio: vt ff. de dispu. & allega. adno. in fi. §. quid de fructibus. ¶ [6] †Potest autem non solum pronunciare sententiam iustam vel iniustam, vt s. de sent. §. vt autem. ver. in iudice. imò etiam potest illi addere: vt extra, de test. Raynu. prope finem. ibi: censuit, & c. argu. tamē contra, C. de app. eos. [c] ¶ [7] †Debetque iudex appellationis litigatorum consuetudinē sequi: vt præd. c. Raynu. extra, de eo, qui mit. in possess. causa rei seru. c. cum venissent. quod prosequere secūdum papā prout no. extra, de consue. c. j. Itē de officio eius, ad quē sine appellatione causa remittitur. dixi s. de remis. §. fi. ¶ [8] †Sed quæritur quando iudex appellationis possit priori iudici inhibere, ne procedat in causa, vel ne sententiam exequatur? Respon. aut appellatur post sentētiam diffinitiuam, aut ante. Si post; aut proponitur coram iudice appellationis non esse appellatum, aut

[a] ¶ De officio. §. si verò. lib. vj.

[b] ¶ Obijcitur. li. vj.

[c] ¶ App. eos. Vide quod plenè dixi super præ. versi. in iudice. proxi. allegato.

tum, aut appellationē esse nullā, vel alias ad ipsum iurisdictionē non pertinere, & tunc nō debet prio ri iudici aliquid inhibere, nisi prius constet appella tum esse. extra de appel. Romana. §. si verò voca- a tus[a]. Et nisi prius cognoscat, an sua sit iurisdictio. extra de rescript. super literis. etiam si appellans à iudice capiatur: vt in decre. Alexan. eo. tit. vt pro- b batio[b]. Postquam autem vocatis partibus, cognouerit appellatum esse, vel suā iurisdictionē esse, statim poterit inhibere; vt in præd. §. si verò. Et sic intelligitur extra de offi. deleg. pastoralis. §. præterea. Ibi enim loquitur de appellatione à sententia. Et hoc verum est, ꝙ vbi constat appellatū esse, potest inhibere, nisi in quibus appellatio inhibetur: puta à sententia super notorio crimine; vel de quo quis in iure conuictus & confessus est, & similibus: tunc enim iudex appellationis non potest inhibere priori, ne sententiā exequatur, nisi postquā cognoscere cœperit an appellatio sit recipienda vel nō: & an sit casus in quo potuerit appellari: vt in præ. c. Romana. §. si autē post sententiam. Si autē ante sententiam à grauamine appellatur: tunc nō prohibebit priorē iudicem procedere, nisi sibi constet appellatum esse, & ex causa legitima, & incipiat cognoscere de veritate causæ appellationis: & tunc statim inhibeat: vt eo. c. §. quod si obiiciatur. & sic intelligit extra de rescrip. dilectus filius Io. qñ scilicet nō negabatur appellatū, nō ex causa legitima, sed appel. causa, quia scilicet trahebatur vltra duas dietas, dice- c batur esse falsa[c]. Alij dicunt ꝙ hæc locū habēt, qñ ad Metropolitanū appellat. qui in subditis suffraganeorū iurisdictionē nō habet, nisi in certis casib⁹. extra de offi. ord. pastoralis. ix. q. iii. §. i. secus in de- d legato,[d] qui, vt dicunt, statim cū literas super appellatione à grauamine interposita recipit, inhibere potest priori iudici ne procedat. & sic intelligūt præ. c. dilect⁹. & facit extra de resti. spo. audita. Sed prius dictū verius est, & illud papa approbat: &c. audita. nō loquitur in literis sup appellatione obtentis: vnde aliud ius est in eis, ꝙ si forent super ap- 9 pellatione obtente. ¶ †Quid si iudex app. nō sit metropolitanus, nec delegatus, sed est aliut superior, puta episcop⁹: ad quē a sñia sui archidiaconi appellatur. Rñ. nisi contraria sit cōsuetudo, pōt quandocunque voluerit priori iudici inhibere, etiā antequā incipiat cognoscere: & forsitan etiā hoc posset, etiā si non fuisset appellatū. ff. de iudi. iudicium sibi vel etiam eo, qui maius imperium &c. Cū talibus talia competant ex delegatione episcopi. Alij tamen cō- e tra[e]. ¶ Sed nunquid in eo casu, in quo dixi iudicē appellationis inhibere posse, debent partes vocari? Rñ. sic; vt in præ. §. si verò vocatus. & C. si vt se ab- f sent. absti. authen. si omnes[f]. ¶ †Quid si extra iudi- 10 cium appelletur, nunquid iudex, ex quo de veritate appellationis cœpit cognoscere, pōt inhibere eliquid ei, à quo, vel cōtra quem est appellatum? Rñ. non: quia propter app. alicuius non debet quis sua possessione priuari: & quia per app. iurisdictio tantum ad superiores transfertur, vt dicam j. §. proximo. ¶ An autē iudex, à quo appellatur, cui inhibitum est, ne procedat, debeat supersedere, & quādo? Dicā infrà §. proxi. & illa iunge cū istis. Formā verò inhibitionis vide suprà de cit. §. dicto. ver. porro 11 & seq. ¶ †In summa nota quòd præsentata appellatione iudici appellationis, notarius eam in suo quaterno debet scribere in hac forma:

FORMA. P. in præsentia talis iudicis constitutus, asserens se à sententia talis iudicis appellasse, libellū appellationis eidem præsentauit continentiæ talia. Demum ponat totum tenorē: & postea subiungat sic, qui quidem libellus oblatus fuit ad cōm. P. dicto iudici, & ab eo receptus, anno, mense, die, hora, & loco talibus. ¶ Quod si superior recepta appellatione velit cognoscere per se, procedat, vt suprà scriptum est. Si autem velit alteri committere audiendam notarius sic scribat:

FOR. Dominus talis causam app. interpositā per talem, à sentētia vel processu talis commisit die tali viua voce vel per talem cursorem audiendam, & fine debito terminādam. Vel sic: Talis cursor dixit tal, ex parte talis, &c. Qualiter autē fiat ipsa causæ commissio dic vt s. de iudice dele. §. sequitur. versi. 12 cæterum. ¶ †Porrò, si quis nō potest curā suo iudice appellare, quia nō pōt habere eius copiā: vt iij. q. vj. c. biduū. vel quia absens est, fortè in curia Romana: & ideo appellat corā alio iudice, puta corā auditore palatij: instrūm poterit cōfici in hac forma.

FORMA. Vniuersis & singulis hoc publicū instrumētum inspecturis, talis iudex vel auditor salutē in domino. Nouerit vniuersitas vestra, ꝙ talis in præsentia nostra cōstitutus, præsente notario & testibus infrascriptis appellationē quādam interposuit in hoc verbo: Corā &c. Ponat totus tenor. deinde sic subiiciat: In cuius rei testimoniū, in memoriā futurorū hoc præsens & publicū instrumētum, manu talis notarij nostri cōfectū fecimus sigilli nostri munimine roborari. Et ego talis notarius, &c. Acta sunt hæc anno, mēse, die tali, hora, loco, indictione talibus, præsentibus testibus rogatis adhibitis. Vel ipse notarius in ipso instrumēto loquatur. vel forma instrumētum vt j. in tractatu li- 13 bello. in titu. de appel. §. i. versi. illud quoque. ¶ †Sed quid si dum causa appellationis vel etiā negotium principale discutit, fertur noua lex: nūquid iudex appellationis vel etiam causæ principalis iudicabit g secūdū illā? Dic[g] ꝙ si facta est ad alterius partis petitionē, nō valet in hac causa: imò iudicabit secūdū antiquā: vt in aut. coll. viij. in medi. li. nō fieri sacras lusi. §. si verò dum causa. & §. cū autē. Idē etiā est, vbi proprio motu, nullo petēte, facta est, si sit post latā sententiā, siue postquā partes allegationibus renūciauerint, & relatio facta est. nō enim valet tūc, etiā si in ea dicat ꝙ ad prætenta trahatur: vt in aut. cui. ea. vt cùm de app. cog. §. i. Et sic intellige extra, de cōsti. cognoscētes. & ca. fi. & C. de legi. & cō- h sti. leges. quia lite pēdēte nihil est innouādū. extra, vt lite pēdente. c. fi.[h] ff. nil noue. app. pen. per totū. 14 ¶ †Vt autē hoc mēbrū[i] plenius prosequamur, no- i ta ꝙ cùm pars, quæ se grauari sentit, ad superiorem appellat. superior quādoque super ipsam appellationē literas cōcedet: in quibus decēs, clara, & aperta narratio fieri debet, & cōpetēs, & iuri cōsona querelæ cōclusio, sequi debet: vt j. versi. inferūtur. & sequē. Super quo cùm plura sint negotia ꝙ vocabula, vt ff. de præscri. verb. natura. & extra, in procemio Decr. in principio ibi. tot noua litigia, &c. certa regula tradi nō potest: tamē aliqua super aliquibus, quæ frequētātur, etiam si nō plenā de omnib⁹ tradamus doctrinā. extra, vt lite nō côtes. quoniam frequēter. in prin. ff. de legi. nā ad ea. stylum Roma- k næ curiæ. qui iuri cōmuni innititur, prosequētes.[k] extra, de fide instru. pastoralis. extra, de cōfir. vti. vel inuti. bonæ. §. fi. quæ tanquam magistra omniū, ab inferioribus est sequēda. xxij. di. omnes. in fi. extra, de summa tri. damnamus. prope fi. Quod iuris autē sit de aliis formis: diximus s. de rescri. præsentatio. 15 §. ratione formæ. ¶ †Sciēdum est itaque ꝙ quādoque appellatur à diffinitiua: quandoque ab interlocutoria vel grauamine vel processu. Si à diffinitiua à quocunque prolata appellatur, super appellationis literæ impetrentur, & sic in narratione dicatur:

FORMA. A. clericus nobis cōquerēdo monstrauit ꝙ cùm inter ipsum & B. super hoc corā C. iudice quæstio verteret, idē iudex perperā in causis procedēs, iniquā tulit diffinitiuā sententiā cōtra eū, à qua ad nostrā audiētiā appellauit. & cōclusio ta- l lis erit: Mādamus quatenus in appellationis causa legitimè procedētes, sententiam ipsam cōfirmare vel infirmare, appellatione remota, curetis, sicut de iure fuerit faciēdū.[l] Veruntamē si episcopus de causa cognouit, tūc nō ponitur perperā. Itē hæc cōclusio datur, siue semel tantùm ab eadē parte, siue bis extiterit appellatū. puta, episcopus tulit diffinitiuā cōtra A. clericū, qui appellauit ad metropolitanū, & metropolitanus in totū eandē sentētiā cōfirmauit: à qua si denuò appelletur, præcedēs cōclusio nō mutatur. Si verò appellatur ante sentētiā, & etiā post, eadē erit cōclusio, sicut s. & idē est si appella- 16 tio nō sequatur: vt j. ver. porrò ¶ †Si verò diuersis diffinitiuis à diuersis iudicibus prolatis, vtraque pars

a ¶ Vocatis. lib. vj.

b ¶ Probatio. quam hodie nō habem⁹.

c ¶ Falsa. Et sic quod ibi dicitur quòd ad iudicē appellationis pertinet cognoscere ad quos iurisdictio debeat pertinere, exponitur, id est, de veritate causæ appellatiōis: per quod patet ad quos spectet iurisdictio. vide quod ibi scripsi in vlt. gl.

d ¶ Delegato. Sup. papæ.

e ¶ Contra. Quod videtur verius. arg. de excess. præla. c. ij. & in aut. de defen. ciui. §. nulla. facit qđ scripsi de offi. ord. pastoralis. super i. gloss.

f ¶ Si omnes. Facit infrà §. pe. ante fi. ver. sed quæro.

g ¶ Dic. Sed Compost. cuius fuit iste versi. in decre. ij. de consti. vt ibi dixi. Materiam autem huius versi. vide de ele. licet canon. lib. vj. in gl. ad futura. cum his quæ super ea scripsi & remissiōes alias ibi dedi. ADDE vt per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure.

h ¶ C. fi. Vide quod ibi scripsi super j. gloss.

i ¶ Membrum. Non loquitur de proxi. versic. qui fuit additio.

k ¶ Prosequētes. Sic ad literam ꝙ hic versic. præcedit, & ꝙ sequitur præter allegationes iurium, habeo in stylo prædicto, parte secunda reuocatoriarum & sub eodem ordine vsque ad versicu. quod si in causa. & eius prima forma in stylo continuatur. versi. nunc dicamus media de diuersis locis partis primæ recipit.

l ¶ Faciendum. Si duos libellos dederat actor, & iudex vno contextu tamen diuisim condemnauit super vtroque: an hæc forma sufficiat contra vtramque, cùm singulariter de sententia dictum sit: vide in regula. pluralis. de reg. iur. lib. vj.

appellat: puta vnus iudex condemnat, alter absoluit, vel vnus confirmat, alter infirmat, vel aliàs fuerunt diuersi processus, vt extra, de re iudica. c. fina. tunc conclusio talis erit:

FORMA. Mandamus quatenus, si ita est, de vtroque processu legitime cognoscētes, illum, quē legitimū inueneritis, approbetis reliquo sicut iustū est, reprobato. Vel sic, de vtroque iudicum processu legitime cognoscentes, quod iustum est vel fuerit

17 app. remota curetis &c. ¶ †Item vbi eius processum fuerit: quia videlicet post appellationem a diffinitiua interposita, iudex spreta appellatione excōmunicauit appellantem: tunc conclusio talis erit:

FORMA. Mādamus quatenus si dictā excōmunicationis sententiā post appellationē ad nos legitime interpositā, inueneris esse latā: eam denuncians penitus nō tenere, nec diffinitiuam cōfirmare vel infirmare &c. vt extra, de reli. domi. cùm dilectus. Et prędicta determinatio, s. legitime, refert ad hoc, s. si appellatio interposita a diffinitiua excōmunicationis sententia subsequatur.[a] Si verò post latā diffinitiuā intra decēdiū purè & simpliciter excōmunicat: et postmodū cōdēnatus appellat intra idē decēdium ab huiusmodi sententia, conclusio talis erit:

FORMA. Mādamus quatenus excōmunicationis sententia, sicut iustū fuerit, iuxta formā ecclesiæ relaxata, in causa appellationis procedēs legitime diffinitiuā ipsam cōfirmare vel īfirmare &c. vt s. Debet enim relaxari excōicatio, cùm liget, ex quo purè latā appellationē præcessit: vt extra, de app. ad præsentiā. ix. q. iii. c. i.[b] Vel sic: Mādamus quaten⁹ eo prius sufficientē cautionē præstāte, q̄ ipsi diffinitiuæ sententiæ parebit, si eam cōstiterit iustè latā. extra, de offi. dele. cùm cōtingat. de offi. ord. ad reprimēdam. vel eo sufficiētem iuratoriā cautionē præstāta, q̄ ecclesiæ mādatis parebit, iuxta formā ecclesiæ sententiā excōmunicationis relaxās diffinitiuā cōfirmare vel īfirmare. extra, de offi. dele. prudētiā. §. sextā. Sed si post latā diffinitiuā, excōmunicatio sub cōditione infligat, s. nisi, diffinitiuæ intra certū tēps litigator pareat, & intra idem tempus, & intra decēdium fuerit appellatum: tunc conclusio talis erit:

FORMA. Mādamus quatenus, si est ita, prædictā excōicationis sniam denūcians nō tenere, diffinitiuā cōfirmare vel infirmare, &c. vt s. Nā tūc appel. excōicationē suspēdit: vt extra, de app. pterea.

18 & etiā pronūciatū. ff. ad Turp. l. i. §. fi. ¶ †Porrò si appel. pręcedit diffinitiuā, tūc nō dabitur litera, sed de iniusta excōicatione secuta cōquereretur, nisi exprimat grauamē: & tūc formabit literā super appellatione interposita à grauamine. Et conclusio erit talis, qualis in appellationibus interpositis ab alijs grauaminibus cōsueuit apponi: vt sic dicatur:

FORMA. Mādamus quatenus, si est ita, reuocato &c. audias cām: vel in ipsa causa procedas, &c. quod dic vt j. ver. nūc dicamus. & seq. Nec debet tūc poni in cōclusione, q̄ diffinitiuā cōfirmare vel infirmare pcuret. Nā si a iusto[c] grauamine, quod exprimēdū est, fuerit appellatū, totū reuocari debet. quod si secutū est, & si diffinitiua etiā secuta dicat, verūtñ si nō fuerit ita vt appellās narrat in clausula illa: Alioquin. nō debet subijci q̄ fiat remissio ad iudicē, q functus est officio suo: vt s. de remis. §. sequit. in prin. Sed poterit subijci: alioquin sniam ipsam, sicut est iusta, facias p cēsurā ecclesiasticā firmiter obseruari: sicut alias dicem⁹. Tñ cùm appellatio ante diffinitiuā interponit, & diffinitiuā subsequēter: dicūt quidam etiam nō expresso grauamine, literas cōcedendas, si hoc modo narretur:

FORMA. A. cōquerit q̄ cū inter ipm & B. coram tali iudice quęstio verteret: idē iudex perperā in causa pcedēs, post appel. ad nos legitime interpositā, iniquā tulit diffinitiuā sententiā cōtra eū. & cōcludit: Mādamus quatenus, si est ita, de appellationis causa legitimè cognoscētes, sententiam ipsam cōfir. vel infir. &c. vt s.

19 ¶ †Sed certe cum appellatur ante diffinitiuā, semp est grauamē sufficiens exprimēdum: alioquin appellatio nō tenet. extra, de ap. c. vt debitus. & c. cum cōtin. quare hæc forma multū non est approbāda.[d] Vel pōt dici: sic Mādamus quatenus sniam post huiusmodi appellationē latā in eū denūcietis penitus nō tenere: vt extra, de ap-

20 pel. dilecti filij prior. ¶ †Quòd si in causa matrimoniali appellatur a sententia, siue petatur sententia cōfirmari, siue appelletur ab ea, conclusio erit talis:

FORMA. Mād. mus quaten⁹, si ita est, de snia ipsa legitime cognoscētes, quod canonicū fuerit, appellatione postposita, statuatis. & si excōicatio subsequaf, adiectiones, de quibus s. diximus in cōclusione procedāt: vel tūc sic narretur, & cōcludatur:

FORMA. A. sua nobis petitione mōstrauit, q̄ cùm inter ipsam & B. laicū diœcesis talis corā epo tali authoritate ordinaria, matrimonialis quæstio verteref: idē eps iniquā sniam tulit cōtra eā: à qua ipsa ad nostrā audiētiā appellauit: sed dict⁹ eps, eius appellatione cōtēpta, promulgauit excōicationis sniam in eā. Mādam⁹ quaten⁹ si dictā excōicationis sniam post appellationē ad nos legitime interiectā inueneris esse latā, denūcies penitus esse nullā, ac de diffinitiua cognoscēs legitime quod canonicū fuerit, &c. Et nota q̄ modus iste seruaf in causa matrimoniali. Si verò in alia causa talis processus habeaf, oīa debēt narrari vsq;, denūciās nullā esse.

21 iunge, diffinitiuā cōfir. vel infir. &c. ¶ †Itē si appellatū est a snia diuortij lata p iudices delegatos, & iudices appellationis in cōtumaciā partis latā sententiā cōfirmauerint: demū pars absens ad iudicū pręsentiā veniēs, & absentiā suā excusans intra decēdiū appellauit, sic cōcludas: Mādamus quaten⁹ de cā prioris appellatiōis, ordine iudiciario cognoscētes cōfirmetis vel infirmetis, sicut iustū fuerit sententiam à primis iudicibus promulgatam. extra, de in inte. rest. ex literis. sed & si diuersæ diffinitiuæ in causa matrimoniali latæ fuerint: tunc sic concludetur.

FORMA. Mādamus quatenus de vtroque processu legitime cognoscētes, quod canonicum fuerit, &c. ¶

22 †Quod si appellās a snia delegati nō prosequatur appellationē intra tēpus: tunc sic diceretur:

FORMA. Decanus & capitulū ecclesiæ Beluacēsis sua nobis petitione mōstrauerūt, q̄ cum inter ipsos ex parte vna, & B. ex altera sup hoc corā tali authoritate apostolica, quæstio verteref: idē iudex cognitis causæ meritis, tulit diffinitiuā sententiā p eisdem: à qua licet pars altera ad nostrā audiētiā appellasset, appellationē talem interpositā nō est intra tēpus legitimū prosecuta: Mādamus quatenus si ita est, appellatione huiusmodi nō obstāte, sententiā ipsam, sicut est iusta &c. vsq;, obseruari. Potius verò dicitur, à qua pars altera frustratoriè ad sedē apostolicā appellauit. & licet ipsi appellationi dicti iudices detulerint reuerēter, eam tamē nō est intra tēpus legitimū prosecuta. Mandamus quatenus, si ita est, in causa ipsa, &c. Alioquin partes, &c. impetrantē &c. extra, de app. cùm sit Romana. & c. pastoralis. & ij. q. vj. et qui. & vide s. §. nūc breuiter. & j. ver. quod si appellans. ¶ Vtrū autē delatio locū habeat, quādo a diffinitiua appellatur: vide s. §. qualiter autem. versic. porrò. ¶ Si verò appellatum sit[d] ab ordinario, concluditur sic:

FORMA. Mādamus quatenus reuocatis, &c. alioquin partes, &c.

23 †Quod si vnus iudex, puta ordinarius, profert diffinitiuam, & alius datus in causa appellationis eam infirmat, sic dicetur:

FORMA. A. sua nobis petitione mōstrauit q̄ cùm inter ipsum & B. super hoc corā tali authoritate apostolica quæstio verteref: idē iudex cognitis causæ meritis, pro eo diffinitiuā sniam promulgauit: à qua pars altera ad nos vocē appellationis emittēs, cognitionē ipsius causæ à nobis obtinuit delegariq; delegatus sniam ipsam perperā infirmauit: propter quod ipse duxit ad nostrā audiētiam appellandū. Mādamus igit quaten⁹ de vtroq; processu legitime cognoscētes, illo, quē illegitimū inueneris, infirmato, reliquum sublato appellationis obstaculo, firmare procures. Iudex enim appellationis nonnunquā in peius sententiam reformat. ff. de app. l. j. nec tūc ponitur clausula illa, testes autē, &c.

¶ Sed si in causa appellationis processus similis habeatur, concluditur sic: FORMA. Mandamus quatenus de vtroque processu legitimè cogno

---

[a] ¶ Subsequatur. Quando dubitatur quæ præcesserit, ex communicatio, vel appellatio, vide in regula, cùm sunt. de reg. iur. lib. vj.

[b] ¶ C. j. Concord. quod not. de sent. excom. venerabilibus. §. porro. in gl. post diffinitiuam. li. vj. & vide quod super ea dixi.

[c] ¶ A iusto. Sic est in stylo. & intellectus est, id est, à grauamine, quod iustificet appellationem.

[d] ¶ Approbāda. Dicitur in stylo, licet ab aliquibus toleretur. quod statim sequitur, addidit author.

cognoscens, quod canonicum &c. vt s. versi. quod si. ¶ Quod si diffinitiua lata fuerit contra non citatum, & etiam excõicatio, sic dicetur:

FOR. A. sua nobis petitione monstrauit, quod cũ B. contra eũ super hoc ad talem nostras literas impetrasset: idem iudex cõtra ipsum absentẽ, non per cõtumaciã, nec citat. nunquã tulit diffinitiuã: & si distributiones non pareret eidẽ excõicationis sententiã promulgauit: quod cũ ad ipsius peruenit notitiã, statim duxit ad sedem apostolicã appellandum. Mandamus quatenus in appellationis causa procedens, legitime diffinitiuam ipsam confirmare vel infirmare &c. Vel sic: Mandamus quatenus si ita est, eidem iuxta formam ecclesiæ beneficiũ absolutionis impendas, & in app. causa procedens &c. vt s. proxi. ¶ Item si iudex in causa cõuentionis & recõuentionis vicissim tractatis, tulit sententiam partim pro aliquo, & partim contra eum: & ille in eo quod lata est contra eum, appellat, sic concluditur:

FOR. Mãdamus quatenus reuocato &c. vsque ad attentatũ. Iunge in causa &c. alioquin partes &c. appellantẽ. &c. ¶ Si verò post app. interpositã à diffinitiua, is, à quo appellatum est, sententiã exequatur, sic dicetur:

FOR. Cũ igitur postquã B. lator præsentiũ ad sedẽ apostolicã a sentẽtia iudicis talis appellauerit, ... ipsam duxerit executioni mandandam, in possessionem rerum. & quibus quæstio vertebatur, appellantis aduersarium inducendo, volumus & mandamus vt possessionẽ ipsam restituatis eidẽ. Alioquin noueritis nos tali mãdasse, vt vos ad id ecclesiastica censura compellat: vt extra de iureiur. venientes. in fi. & vide infra §. proxi ¶ Conclusiones autem super reuocationis, quando appellatur à diffinitiuis secundùm diuersitatem negotiorum diuersimode variantur. vnde has exempli

24 gratia sufficiat posuisse ¶ † Nunc dicamus, quando ante sententiam diffinitiuã ab interlocutoria vel grauamine illato, seu processu appellatur: quo casu aut est appellatũ à delegato sedis apostolicæ, seu à subdelegato eius, aut ab ordinario, seu ab eo qui ex sua iurisdictione vel non ex apostolica delegatione cognoscit. Item aut est appellationi delatum, aut non. Si quidẽ dicit delatũ appellationi, siue ab ordinario, siue a quocunque appellatũ fuerit, nõ est necesse grauamẽ exprimi: sed sufficit sic simpliciter in narratione poni.

FORMA. Cui appellationi iudex idem detulit reuerenter. & conclusio talis erit: Mandamus quatenus si est ita: partibus conuocatis audias causam &c. Alioquin partes ad ipsius iudicis &c. extra de appella. ex insinuatione. in fin. Et hæc conclusio locum habet, cùm ordinario iure procedetur. Sed si iure delegato, talis erit: Mandamus quatenus si ita est, in causa ipsa procedatis iuxta priorum continentiam literarum. ¶ Si autem non sit appellationi delatum, exigitur quod sufficiens grauamen, & vnum so-

a lummodo, & non plura exprimãtur [a]. ¶ † Et quoniam consueuit super

25 exceptionibus non admissis, grauamen inferri: distingue: quia aut impetrans super appellatione, conqueritur de peremptoria, aut de dilatoria

b non admissa, super quo primo aliqua disputemus [b]. Si ergo dicatur peremptoriam coram iudice, a quo appellatum est, fuisse propositam, talis videlicet quòd ea probata liqueret per consequens de toto negotio principali. Si est de re transacta, vel iudicata, vel amicabili compositione sopita, cùm ipsa litera obiecta non fuerit necesse litis contestatio fieri, non est necesse quòd impetrans de lite contestata faciat aliquam mentionem, imò sufficit sic narrari.

FOR. Cùm inter A. & B. coram C. iudice quæstio verteretur. A. excipiendo proposuit coram eo, quòd cum lis fuerit per amicabilem compositionem sopita eius aduersarius non erat super eodem amplius audiendus. Et quia idem iudex exceptionẽ huiusmodi nõ admisit nostram audientiam appellauit. vide s. de rescri. pñtati. §. ratione formæ. ver. porro licet. Idẽ etiã est, cùm impetratũ fuerat rescriptum super beneficio vel præbenda, & contra ipsum obiecta est exceptio statuti de certo canonicorũ numero iuramẽto firmato, seu de indulgentia cõcessa, quod nõ teneatur ad receptionẽ de quibus nõ est facta mentio in rescripto: vel si impetrans beneficium dicitur indignus, expresso eius crimine vel defectu: quæ omnes exceptiões sunt peremptoriæ: cum per eas quicquid in rescripto petitur, perimatur, dic vt s. de excep. §. dicto in princ. & ver. sed quero de excep. & re. in pr. versi. porro. Si verò alia quæcunque exceptio peremptoria proposita fuerit: in eo casu etiam potest impetrans simpliciter conqueri, quòd post ipsius obiectum exceptionis, iudex procedebat in causa: cùm ea obiecta etiam necessarium sit ad litis contestationem & causæ ipsius examinationẽ procedi. Et propter hoc, est litis contestationis mentio facienda: vt si eam proposuit post litem contestatam, dicatur sic:

FORMA. Lite contestata excipiendo proposuit coram eo, quòd cùm &c. Et si ante litis contestationem obiecit eandem, nihilò minus oportet vt de litis contestatione mentio fiat, ne videatur in vim dilatoriæ & ad impediendum processum vel litis contestationem proponi. Vnde cùm dicit, talis excipiendo proposuit coram eo: adiiciat prout erat litis contestationem probare paratus. extra de appel. c. interposita. & quia iudex &c. vt suprà vsque, appellauit. Et in his omnibus casibus secundùm vsum curiæ Romanæ, mandatur quòd post talem appellationem attentatum est, solummodo reuocari. & conclusio talis erit:

FORMA Mandamus quatenus si est ita, reuocetis in statum debitum quicquid post appellationem huius inueneritis temere attentatum: alioquin partes ad priorum &c. vt infra versic. porro. si quæ determinatio huiusmodi apponit, semper cùm ab interlocutoriis vel grauaminibus appel

26 latur. ¶ † Si aũt peremptoria exceptio proponit in vim dilatoriæ: & quia non admittit, appellat: super tali appellatione non dantur literæ, nisi fortè de sentẽtia vel trãsactione vel cõpositione excipiat. Super quo vide s. de excep. § nũc videndũ. versic. hoc quoque nota. In casu verò, vbi aduersarius appellantis corã iudice, à quo appellatũ est, super re ad se pertinẽte, vel in re sibi competente agebat, nec dependebat ex rescripto ius ipsum licet ad prosecutionẽ illius literas impetrasset. Et generaliter, vbi post obiectũ peremptoriæ esset litis cõtestatio facienda, vel etiã post litem contestatam, nõ videt satisfactũ iuri, vel partibus consultũ, si solũ mandatur reuocari quod post appellationem attentatũ fuerit cõtra eũ. Nam põt esse quod post appella. etiam nõ admissam, nõ fuerit vltrà processum, nec aliquid temere attẽtatũ: vnde nec partibus nec iuri satisfactũ est: si solũmodo cõcluditur, reuoces &c. imò quicquid primus iudex, à quo appellatũ est, debuisset facere, si exceptionẽ ppositã admisisset: hoc debet facere iudex, qui de appel. cognoscit. Vnde si corã primo pposita exceptiõe perẽptoriæ, ante litis cõtestationẽ, vel post litẽ cõtestatã obiecta ad causæ examinationẽ & sentẽtiæ plationẽ debuisset pcedi: Cũ de qua re cognoscit siue cognouit iudex, de ea sit pronũciare cogẽdus: vt ff. de iud. l. de qua re. de causa pos. & ppriè. cũ super. ff. de arbi. l. item si vnus. §. principaliter. Eodẽ modo iudex appella. pcedere debet ad oĩa suprà dicta: extra, de appel. vt debitus. in fi. ij. q. vj. in fi. q. videt ergo secũdũ hoc in cõclusione sic addendũ

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato &c. vt s. proxi. vsque attentatũ. Iunge, in causa ipsa, præuia ratione procedẽs, quod iustũ fuerit, appellatiõe remota, decernas, faciẽs quod &c. extra, de excep. dilectæ. seruata tñ distinctiõe, de qua tangitur j. versi. proxi. vtrũ videlicet à delegato papæ sit appellatũ: & tunc dicat, in causa ipsa procedas, vt in priorũ cõtinẽtia literarũ. An verò ab eo, qui nõ ex apostolica delegatione cognoscit: & tunc si ante litis cõtestationẽ fuit appellatũ, cõcludit, reuocato, &c. Si verò post litẽ cõtestatam, cõcludit vt s. dixi, in causa ipsa præuia ratiõe pcedẽs, quod iustũ fuerit, &c. quod tamen secus sit, vbi super beneficio obtinendo literæ fuerint impetratæ: quo casu sufficit si concludat solũ, reuoces, &c. vt superius expressum est: cùm hoc totũ ius impetrãtis pendeat ex rescripto. Vnde sufficit appellanti, si solũ reuocet, quod occasione literarũ, & ex ipsis literis fuerit attẽtatũ: nec oportet quod tunc dicat, quod erat litis cõtestationẽ legitimè probare paratus: quia ex rescripto pen-

27 det totũ ius eius. ¶ † Porrò si appellat propter dilatoriã nõ admissam, quæ debuit admitti, vel propter aliud grauamen iniustè illatũ, vel propter iniquum processum, & appellat ab eo, qui ex sua iurisdictione vel nõ ex apostolica delegatiõe cognoscebat, expresso in narratione grauamine tali, quo expresso vel pbato appel. legitima cẽseret. extra, eo. vt debitus. & c. cùm causam. cõclusio talis erit:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato in statũ debitũ quicquid post huiusmodi appellationẽ inueneris temere attẽtatũ audias causam, & eã, appel. remota, debito fine decidas: faciẽs quod decreueris p cẽsurã ecclesiasticã firmiter obseruari. Alioquin causam ad illius iudicis, à quo appellatũ est remittas examẽ: appellantẽ in expẽsis legitimis cõdẽnãdo. testes aũt, &c. extra, de cõstit. cùm M. in

28 fi. de rescri. ex parte. ¶ † Si verò appellat à delegato sedis apostolicæ, vel à subdelegato ipsius, vel à delegatis legatorũ missorũ de latere: si semel super eodẽ negotio literæ impetratæ fuerũt ad iudices, à quibus postmodũ extitit appel. talis erit cõclusio:

FORMA. Mandamus quatenus si ita est, reuocato, &c. vt s. proxi. vsque, attentatũ. Iunge. in causa ipsa ratione præuia procedas iuxta priorũ cõtinẽtiã literarũ. extra, de libel. obla. c. ij. & de except. c. dilectæ. de rescri. ex pte decani. in fi. & tribus c. seq. de offi. deleg. in finiẽte. in fi & c. significãtibus. in fi. de pcur. dilectus de appel significauit. de ope. no. nun. c. pen. Alioquin ptes ad priores iudices remittas: appellãtẽ, &c testes aũt, &c. Et si post talẽ appellatio. ad excõicationẽ pcessum fuerit, sic dicet:

a ¶ Exprimãtur. Vide j. pe. col. in prin. versic. itẽ cùm duo.

b ¶ Disputemus. Dicit in stylo, in quo doctrina breuior.

FORMA. Mandamus quatenus si dictã excõicationis sententiã, &c. vsq; attentatũ. Iunge in causa ipsa appellatione remota praeuia ratione procedatis iuxta priorũ cõtinentiam literarũ: alioquin partes, &c. appellãte, &c. testes, &c. vt j. ver. caeterum.

29 ¶ † Quod si a subdelegatis delegatorũ apostolicae sedis appelles: tũc fit mentio in conclusione de literis, iuxta quarũ tenorẽ procedẽdũ est: quae fuerũt ad delegatos directae: hoc obseruato, vt si delegatus cõmisisset totaliter vices suas, & subdelegatus grauasset, & ab eo ad sedẽ apostolicã appelles: sic cõcludas:

FORMA. Mandamus quatenus si ast ita, reuocato, &c. procedas in causa, iuxta directarũ ad delegatum continentiã literarũ. Alioquin causam ad ipsius subdelegati remittas examen extra, de iudi. quia V. Si aũt totaliter non cõmisit, & subdelegatus grauauit, appellari debet ad delegatum, qui propante causam subdelegauit eidẽ: & si iterum delegatus appellantẽ grauauerit, & ideo appellatur ad sedem apostolicam: tunc proxime praecedens conclusio, vsq; ad, alioquin. non mutatur. Super quo vide §. nunc tractemus. ver. caeterum. Si aũt appel. causa siue exceptio nõ sit sufficiens, sic cõcluditur:

FORMA. Nos igit appellationẽ huiusmodi friuolã reputãtes, mandamus quatenus ea nequaquã obstãte, in negotio ipso praeuia ratiõe procedas iuxta priorũ cõtinentiã literarũ. extra, de dila literae. & de excep. significauerũt. in fi. Item si post inhibitionẽ iudicis, & post appel. aliquid fit, sic cõcludes:

FORMA. Mandamus quatenus si de inhibitiona huiusmodi, & de praemissis causis appellationum vel earum altera constiterit, reuocato in irritum, &c. vsq; attentatum. Iunge in iam dicto negotio, iuxta priorum continentiam literarũ: vt extra, de appella. significante. in fin. ¶ Caeterũm si remissio fieri debeat, remittendum est negotium ad delegatum, à quo fuit vltimò appellatũ. quod prosequere vt s. de remi. § sequitur. & illa iunge hic.[a]

30 ¶ † Quòd si appellãs nõ prosequitur appellationẽ intra tempus legitimum, appellatus sic narrabit:

FORMA. Et licet dicti iudices eius appellationi duxerint humiliter deferendũ: ipse tñ eam intra tempus legitimũ prosequi nõ curauit. Mandamus quatenus, si est ita, &c. vt s. Sed vbi ponit ibi: appellantem, dicas hic, impetrantẽ. & vide s. ver. quod si appellãs.

31 ¶ † Verũ licet dixerimus qualiter sit procedendum in pluribus cõcludẽdum, qñ ante sentẽtiã propter illatũ grauamẽ appellatur: Sunt tñ quidã speciales casus, qui speciales etiã cõclusiones requirũt. Qñq; enim proponit exceptio fori, qñq; excipitur contra literas, qñq; contra personã litigatoris vel iudicis, excõmunicationis exceptio opponitur. & haec proponuntur vt conuentus se à iurisdictiona iudicis subtrahat, vel vt litigatorẽ repellat. Si igitur exceptio fori proposita fuerit: puta cõuentus coram delegato allegauit rem feudalẽ esse, & propter hoc vult & debet coram domino feudi respondere: vt extra, de foro cõpe. verum. & c. transmissa. de iudi. caeterum. vel rem esse fori secularis: & ipse coram ecclesiastico iudice conuenitur: vt extra, de iudic. nouit. & de foro cõpe. si clericus. vel subditus suffraganei trahitur per simplicẽ querelam coram metropolitano: cùm nõ sit ab episcopo appellatum, vel alio modo ab eo recessum: vt extra, de fo. cõpe. Romana[b] extra, de offi. ordi. pastoralis. in prin. ix. q. ij. Lugdun. & eiusmodi: & tũc cõclusio erit talis:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsq; attentatũ. iunge negotium ad feudi dominũ, vel ad illius iudicis remittas examen, cuius forum fuit allegatũ. Alioquin ad illos, à quibus extitit appellatũ. Et si sit causa feudalis, iunge, iniuncto ei quod dicto tali exhiberi faciat iustitiae cõplementum. alioquin &c. Hęc probant in prae. cõcor.

32 ¶ † Si aũt obiectum fuerit coram iudice, à quo appellatum est, quod negotiũ erat coeptum corã ordinario vel delegato: de quo in illis literis mẽtio nõ fiebat: tunc causam eodẽ modo ad eum remitte, corã quo negotiũ erat coeptũ. Alioquin, vt dictũ est, ad eum, à quo fuerat appellatum. extra, eo. vt debitus. & c. ad haec sicut. sed in modo proponendi exceptionem, est diligenter consyderandum, vt si traliatur coram delegato per literas apostolicas, & excipit de quęstiõe accepta corã eo, quae ex sua iurisdictione vel nõ ex delegatiõe apostolica cognoscebat, excaptio sic formet:

FORMA. Quod cum corã iudice suo, s. tali, lis fuerit inchoata, cùm nõ esset ab eo per appellationẽ vel alio modo legitimo recessum per literas apostolicas nõ faciẽtes de hoc aliquã mẽtionẽ: cõueniri nõ poterat, nec debebat & quia, &c.

33 ¶ † Si verò sup quęstiõe aliqua, obtẽtae sunt literae, & corã delegato processum: & tũc super eodẽ ad ordinariũ trahitur sic excipiet:

FORMA. Quod cùm super ipso negotio, ad talẽ literae fuerint impetratae, & corã ipso processum, lite corã eo pendẽte sup eodẽ corã illo ordinario respõdere minimẽ tenebat: nec est tũc necessarium quod adiciat, nec fuerit tũc ab eo per appellationẽ vel alio modo legitime recessum. & cõcludet vt supra scriptũ est: & vide suprà de rescrip. praesenta. § ratiõe formae versi. porrò licet. ¶ Si aũt appellatũ est, quia iudex nõ faciebat copiã de sua iurisdictiõe, & post appellatiõnẽ suspẽdit vel excõicauit: sic cõcludet:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, praenominati talis processum, & quicquid ex eo secutũ est, vel ob ipsum, sicut iustum fuerit, reuocantes in negotio ipso appellatiõe remota ratione praeuia procedatis iuxta prio-

34 rum, &c. Alioquin ad priores iudices remittatis eosdẽ. ¶ † Si verò excipitur contra literas, quia cõuentus dicit delegatum nullam in eo habere per eas iurisdictionẽ, vel dicit se alterius esse dioecesis ab his quae in literis continentur: vt extra, de rescrip. significante. & c. dilectus filius. j. vel quia impetratae sunt contra A. cum clausula, quidam alij super debitis & rebus alijs. & B. maior & dignior illo A. in literis expresis in iudicium per eos trahitur, vel super re maiori quam sit quaestio, quae in literis est expressa, & excipitur ad se vel ad rem, pro qua conuenitur, literas non extendi: vt eodem titu. c. sedes. vel si coram conseruatore trahitur in causa, quae iudicialem requirit indaginem: vt eodem titu. sedes. extra, de offic. deleg. c. statu-

c mus.[c] & in his casibus & similibus conclusio erit talis:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuoces, &c. vsq; attentatũ. Iunge, causae supersedeas eidem. Alioquin partes, &c. Non enim debent concludi, reuocato, &c. in causa ipsa procedas iuxta priorũ continentiam literarũ: cùm & si ita probatũ fuerit, vt asseritur, secundùm tenorem literarum, cõtra quas praedictis modis exceptũ est, procedi non possit: cùm illarum continentiã ad istam personã vel rem in causam nullatenus extendatur: vt in praedi. ¶ Si aũt obijciatur contra literas quod sunt veritate tacita vel falsitate suggesta impetratae, siue super re iudicata, siue super trãsactione, siue quia praeuentus est ab aduersario impetratore, & huiusmodi, & propter hoc appellet. hoc prosequere vt supra, de rescrip. praesenta. § ra-

35 tione formae. versi. porrò licet. & seq. ¶ † Caeterùm si in personam actoris, excommunicationis exceptio opponitur: quia fortè dicitur tempore impetrati rescripti, fuisse excõmunicatum: tunc quia hęc exceptio, licet sit in personã actoris, literas tamen afficit, ita quod si hoc verum sit, nullae sunt ipso iure: vt extra, de rescrip. dilectus. j. extra, de procur. c. fi. sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus reuoces, &c. vsque, attentatum. Iunge, auditis hincinde propositis quod iustum &c. ¶ Si verò obijcitur simpliciter, excommunicatio in personam actoris. & absq; determinatione temporis dicatur, ex alia causa excommunicatus, & quia non admittitur, appellatur: sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsq; attentatum. Iunge, audias quae partes duxerint proponenda: & auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, &c. & facies, &c. Alioquin, &c. extra, de excepti. dilecti. Plerią; tamen dicunt fore aliter concludendũ quando excommunicatio in personã actoris obijcitur. Dicunt enim quòd aut obijcitur litigatori, quòd excommunicatus erat tempore impetrati rescripti: & tunc licet rescriptum non teneat: ex quadam tamen aequitate vel legalitate Romanae curiae, quae non solùm debet impetranti, verùm etiam aduersario super negotio prouidere, est potius quod prouideat negotija quàm personis: vt extra, de offic. delega. c. fin. sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum. Iunge, audias quae partes duxerint proponenda, auditis hincinde propositis, &c. extra, de appella. ex parta M. Nam & si probetur excommunicatus fuisse tempore impetrati rescripti, absolutione petita modo debito, & obtenta, super iure suo poterit litigare, prout not. extra, de ex-

d cept. pia. in gloss. sed mirum.[d] Si verò dicatur simpliciter excommunicatus fuisse, ita quòd exceptio ipsa tangat personam, nõ rescriptum: cùm non adijciatur quòd excommunicatus fuerit tempore impetrati rescripti: sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsq; attentatum. Iunge, in causa ipsa iuxta priorum continentiam literarum praeuia ratione procedas. extra, de exceptio. c. dilectae. & ideo adijciunt, praeuia ratione. cùm non debeat incontinenti procedi: quamuis literę valeant, quarum impetrationis tẽpore excõmunicatus non fuit capax, nisi primò fuerit absolutus. ¶ Si aũt excõmunicatio procuratori agenti opponitur: conclusio erit talis, qualis est in alijs grauaminibus consueta. Licet enim ille postmodum absoluatur, nõ tamẽ agere postea poterit: vt extra, de proba. c. post cessionem. ¶ Si autem quis non fuit admissus ad probandũ, quòd actor esset excõicatus, & ideo appellauit: iudex verò nihilò minus eum excommunicat, sic concluditur: FORMA. Mandamus quatenus si dictam excõicationis sententiã post appellationem huiusmodi inueneris in talem

a ¶ Iunge hic. Meritò: quia sic fuit in stylo positae.
b ¶ Romana. Lib. vj.
c ¶ Statuimus. Lib. vj.
d ¶ Sed mirum. Hoc est falsum: vt de rescript. c. j. lib. vj. & dic vt ibi not. in gl. nunquid.

in talem temere esse latam, denuncians eam penitus non tenere, ac reuocans in statum debitum, quicquid post appellationem huiusmodi inueneris temere attentatum, audias quæ partes coram te duxerint proponenda, & auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas: faciës quod decreueris per censuras ecclesiasticas firmiter obseruari. Alioquin partes ad dicti talis remittas examen, appellantem in expensis legitimis condemnando. testes autem &c. extra, de excep. dilectæ. Et nota quòd si quis appellat, pro eo quod volens probare aduersarium suum excommunicatum literas impetrasset, non fuit auditus, debet in literis dici, reuoces. sine clausula illa, processurus iuxta priorum continentiam literarum. ¶ Item si appellat, quia iudex non vult audire reum volentem reconuenire actorem, sic dicetur:

❧ FORMA. Mandamus quatenus reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, in causa ipsa. Alioquin partes &c. appellantem, &c. ¶ Quòd si in personã iudicis excipitur, quia fortè dicatur excommunicatus, quidam sic indistinctè concludunt:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, in causa, &c. Potest tamen distingui: vtrũ obijciatur quòd tempore impetrati rescripti fuerit excommunicatus: ex tunc quia hæc exceptio literas afficit, sic concludendum est:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuoces, &c. vsque, attentatum. Aut obijcitur simpliciter, quòd est excommunicatus, vel quòd post tempus impetrati rescripti: tunc sic concluditur:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. in causa ipsa procedas, &c. Alioquin, &c. ¶ † Sententia enim excommunicati publicè, non tenet: vt extra, de re iudi. ad probandũ. quia in eum non cadit iurisdictio: vt not. in præ. glo. sed mirum. ¶ Si autem solùm subdelegato delegati excõicationis exceptio opponitur, & appellatum fuerit: conclusio talis erit:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatum. iunge, in causa ipsa procedas iuxta directarum ad delegatum continentiam literarum: alioquin, &c. cùm literæ illæ valeant ad delegatum directæ. ¶ † Et quoniam de excommunicatione mentionem fecimus, nota sis per hoc amplius, quòd si quis se litis offert, vt processus contra se habitus reuocetur: puta quia dicit contra se, tanquam contra cõtumacem ad missionem in possessionem, vel ad excommunicationem fuisse processum, & offerens intra annũ de stando iuri coram iudice idoneã cautionẽ: ac parti alteri satisfactionem congruam expensarum pro contumacia, si qua sint: petit humiliter excommunicationis sententiam iuxta formam ecclesiæ relaxari, vel in rei petitæ possessionem reponi. & si iudex id facere denegat, propter quod appellatur, conclusio talis erit:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatũ. iunge, eo faciẽte quod offert. Vel melius, eo huiusmodi cautionẽ & satisfactionem præstante, sententiam ipsam iuxta formam ecclesiæ relaxantes, in causa ipsa, &c. vel eo huiusmodi cautionem & satisfactionem præstante in pos. reducto in causa ipsa, &c. vel in negotio ipso ratione præuia procedatis iuxta directarum ad eosdem cõtinentiam literarum. Alioquin idem negotium remittatis ad ipsos appellan. &c. testes autem &c. vel auditis causam, &c. Alioquin &c. Hæc probãtur extra, de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. c. j. ij. & iij. extra, de offic. ordina. pastoralis. ad finem. extra, vt lite non contesta. quoniam. § in alijs. ¶ Sed si è conuerso conquerantur aliquis, quòd excommunicatio in aduersarium eius iustè lata, sit in eius præiudicium cõtra iustitiam relaxata, nulla cautione vel satisfactione recepta: tũc conclusio talis erit:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, dictos tales in pristinam excommunicationis sententiam reducentes ac reuocantes, &c. vsque, attentatum. Iunge, in causa ipsa iuxta continentiam literarum ad dictum talem directarum appellantem procedas: alioquin partes ad ipsius, &c. appellantem &c. Potest etiam dici quòd cùm non debeat postulanti absolutio denegari, dummodo eam postulet, prout debet: vt xj. q. iij. de illis. quòd non sit reducendus in excommunicationem, qui offert ea, quæ petens absolutionem consueuit offerre. & ideo secundum hoc, esset talis conclusio facienda:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, dictos tales, nisi ab eis competens pro manifestis præstetur satisfactio, & idonea cautio pro dubijs de parendo in pristinam excõmunicationis sententiã, &c. vt s. Et hæc additio fit cùm pro damnis vel iniurijs irrogatis, dicitur suum aduersarium excõicatum fuisse. ¶ Si verò pro cõtumacia: tunc dicatur in conclusione sic:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si ita est, dictum talem, nisi ab eo idonea cautio de stando iuri præstetur, & congrua satisfactio pro expensis, in pristinam excommunicationis sententiam, &c. alioquin, &c. appellantem &c. vt suprà. Si verò excõmunicatio in aliquem lata fuerit diffinitiuæ parere nolentem, quamuis conqueratur contra iustitiam in suum præiudicium relaxatam, sic concludatur:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, dictum talem, nisi ab eo sufficiens præstetur cautio de parendo diffinitiuæ, si eam iustè constiterit esse latam: vel nisi ab eo sufficiens præstetur cautio, quòd ecclesiæ mandatis parebit, in pristinam excommunicationem reducẽs, in causa ipsa, &c. vt suprà. & vide versicu. si verò post latam. & suprà, de contuma. versic. sed pone. & versicu. sed nunquid. ¶ † Quòd si clericus petit sibi subueniri super eo, quia cùm conuentus fuisset a quibusdam super quadam summa pecuniæ: & quia soluere nõ poterat, obtulit cessionẽ omniũ bonorũ, tñ iudex ipsum excõicauit, sic concludat:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si vobis cõstiterit, quòd præfatus clericus pecuniam in totũ vel in partem non possit ob paupertatem soluere, s. dictam, recepta prius ab eo sufficienti & idonea cautione, quòd quàm citò ad pinguiorem fortunam peruenerit, pecuniam ipsam soluet creditoribus memoratis: sententiam ipsam iuxta formã ecclesię relaxetis. extra, de solut. Odoardus de restitu. spolia. olim. ij. ¶ Sed si citatus super aliquo crimine coram ordinario, excipit quòd non ad eum, sed ad propositũ & capitulum hoc spectet cognoscere: & quia non auditur, appellat: ordinarius tamen nihilò minus eum excommunicat: sic concludetur:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si dictã excõicationis sententiã inueneris post appellationẽ huiusmodi esse latam, denuncies eam penitus non tenere: ac reuocans in statum, &c. vsque, attentatum. Iunge, Alioquin sententiã ipsam, sicut rationabile est, prolatam facias authoritate nostra vsque ad satisfactionem condignã, appellatione remota, immobiliter obseruari. ¶ Si autem appellatur, quia iudex sine libello vult de causa cognoscere, quæ libellum requirit: & apostolos negat concedere & appellantem excommunicat, sic concluditur:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si dictã excõicationis sententiam inueneris post appellationẽ ad nos legitimè interpositã esse latã, denuncies, &c. vt s. proxi. ¶ Quãdo quis iniustè se excõicatũ, & propter hoc damna grauia pertulisse asserẽs, eo absoluto de excõmunicatione cõqueritur: Ille verò excipit cõquerentẽ excõmunicatũ fore: sed cùm huiusmodi exceptio nõ admittit, app. sic cõcluditur.

❧ FORMA. Mãdamus quatenus si est ita, reuocato &c. vsque, audias. iũge, quæ partes hincinde duxerint proponenda. & auditis hincinde propositis, quod iustũ fuerit, &c. facientes, &c. appellãtẽ, &c. ¶ Si verò delegatus sine causa excõmunicat aliquẽ nõ cõfessum in iudicio, nõ cõuictũ, nõ se cõtumaciter absentantẽ: propter quod appellat: sic concludit:

❧ FORMA. Mandamus quatenus si ita est, dictã sententiam nullam penitus nunciantes, reuocantes in statum debitum quicquid post appellationem eandem vobis constiterit temere attẽtatum in causa, &c. Alioquin partes, &c. ij. q. j. nos in quenquã. extra, de consti. ecclesia. de maio. & obe. inter quatuor. ¶ † Si autem appelletur, quia iudex admittit aliquem ad causam sine mandato: iudex verò non vult apostolos concedere, imò appellantẽ excõmunicat, & suspendit: sic conclude.

❧ FOR. Mandamus quatenus si dictas excõmunicationis & suspẽsionis sententias post huiusmodi appellationẽ inueneris esse latas, denuncies eas penitus non temere, ac reuocans in statum debitum quicquid post appellationẽ eandem tibi cõstiterit temere attentatũ: in eadẽ causa iuxta priorũ continentiã literarũ, appellatione remota, præuia ratione procedas. Alioquin, partes ad prioris iudicis remittas examen appellantẽ, &c. extra, de procu. c. j. ¶ † Inferuntur etiam & alia grauamina, propter quæ appellari consueuit. Vnde nota quòd si aliquis vult super appellatione literas impetrare, cõsyderãdæ sunt personę litigantiũ, & res vel causę super quibus agebatur, & exceptiões, quæ proponebãt, qualitas: & quale sit, quod dicit illatũ grauamẽ: vt his cõsyderatis sciri possit vtrũ iustè vel iniustè appellãs vel impetrãs cõqueratur. ¶ † Item in literis, quæ super appellationibus impetrãtur, in narrationibus verba consueta nullatenus omittãtur: puta si allegatũ est a conuento tẽpus feriatũ, adijci consueuit, cùm esset circa rusticã rem occupatus: vt C. de fer. l. omnes iudices § rusti. Item ad consyderationem causæ additur cùm non vrgeret necessitas, nec pietas suaderet: vt extra, de fer. c. fi. Aduertẽda est etiã quæstio. nã hæc exceptio feriarum, non potest in omni quęstione proponi: vt patet s. de fer. §. quid in eis. ¶ Itẽ si in quæstione criminali vel alia, quę exigit principalis personæ præsentiam: vt extra, de iudi. auris. a conqueratur aliquis, quòd eius a

procurator minimè sit admissus, literæ denegantur. 42 ¶ †Et generaliter cùm quis de procuratore nõ admisso conqueritur: debet sic in narratione proponi:

FORMA. Talis iudex eius procuratorem legitimum non admisit, mandatũ sufficiens exhibentem, cùm causa rationabilis non subesset, propter quam deberet personaliter in iudicio comparere. quod ideo ponitur, quia in illis quæstionibus, in quibus consueuit recipi procurator, potest aliqua causa mouere iudicẽ, vt, procuratore non admisso, præsentiam exigat principalis. Et sic in his & similibus, sunt ea, quæ dictat iuris ratio, & vsus Romanæ curiæ exigit aduertenda. Est enim satis difficile conclusiones in reuocatorijs formare. arg. extra, de testib. constitutis 43 ¶ †Caueant autem officiales curiæ, quia frequenter appellantes fingunt sibi exceptiones, vt iurisdictiones iudicũ, & domini Papæ prouisiones eludant. Verbi gratia, exceptio de loco non tuto, quæ plerunque ad fugam ab impetrante confingitur, nõ debet contra literas super prouisione obtentas indistinctè, ac sine determinatione concedi. Beneficijs enim suis & prouisionibus, impetrans plerunque propter huiusmodi subterfugia fraudaretur. quod esse nõ debet. extra, de commo. c. j. & propter hoc petatur exprimi in literis, quid contra illum, qui in literas super prouisione obtinuit, volebat proponere, ad quod proponendum, locum sibi petebat assignari securum: puta quod dicat se priuilegium immunitatis habere, vel in rescripto fore adiectum, si pro alio non direximus scripta nostra: & ipsam ecclesiam, in qua prouisio petitur, esse super aliorum prouisione grauatam, vel similia, quæ in talibus cõsueuerunt repellere impetrantes: licet in alijs, quæ ex natura sui ab initio habent quæstionem, cùm super his impetratur rescriptum, & propter hoc impetratur vt quæstio cum causæ cognitione & ordine iudiciario terminetur simpliciter, impetrans cõsueuit admitti. ¶ Si conqueratur quòd ad locum trahebatur non tutum, & alium iudex denegabat assignare securum, humiliter requisitus: extra, vt lite nõ contest. accedens. ij. ff. de iudi. si longius. extra, de appel. ex parte. Et in his & alijs pluribus, rigidus sit aliquis, ad impediendas, aut facilis ad expediẽdas literas, prout ex personarum qualitate & causarum cognitione poterit pro sua industria cognoscere fraudem vel iustitiã impetrantis. ¶ Si quis autem dicit aduersariũ suum aliam causam in litera confinxisse, quàm ex qua appellatum coram iudicibus: non est illatim eis iurisdictio 44 auferenda: quia fieret eis iniuria. ¶ †Illud quoque notandum est, quod quãdo dicitur appellatum à diuersis iudicibus ab vtraque parte: tunc melius dicitur, impetrantẽ, quàm appellantẽ in expensis condẽnandum. ¶ Item cùm dicitur appellatum ante sententiam, in fine debet sequi post appellationem huiusmodi. Si verò à sententia, tunc dicitur post appellationem §. ver. in his. ¶ Item cùm appellans[a] dicit suos iudices appellationis de appellatione non cognito partes remisisse ad suos iudices, à quibus est appellatum: & ideo si dicit se appellasse, non valet:[b] quia si probare noluit de appellatione, quam 45 dixit se interposuisse, iudices bene fecerunt ¶ †Itẽ cùm duo grauamina sese compatientia proponuntur, & propter ea non admissa dicitur appellatio, dantur literæ vnicæ super eis.[c] Si verò se non compatiuntur, super altero tantũ dantur, nec aliæ super reliquo dantur: quia si fortè vno nõ probato, pronunciaret causam ad priorem iudicem remittendam propter aliud vellet causam inchoare: & sic iudicium frustraretur. ¶ Item cum in litera illatũ grauamen exprimitur, non debet dici, idem sentiens indebitè se grauari. ¶ Item si appellãs à diffinitiua, dicens quod iudex appellationis sæpe requisitus per annum, & amplius, causam tenuit in suspenso: petat quod si iudex ipse monitus nõ procedat intra tempus præfigendum, extunc alius in causa procedat iuxta traditam illi formam, literæ non dantur: quia cùm appellation. causa intra annũ terminata non fuerit, rata manet sententia. vnde subuenitur ei per exceptionem. extra, de appellationi. cùm sit Romana. ij. q. vj. ei qui. ¶ Item cùm missus in possessionem non potuit anno iam elapso nancisci possessionem rerum, in quibus missio facta est, ne contumax melioris, quàm obediens conditionis existat, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, dictũ clericum in possessionem ipsam, sicut iustum fuerit, inducatis, & defendatis inductum, contradicto- 46 res &c. extra, de do. & contu. contingit. ¶ †Quòd si Decano & priori datis executoribus, priore absente, nec se excusante, decanus procedat, propter quod prior absens appellet, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatũ. iunge, in negotio ipso iuxta directarum ad Priorem & eundem decanum continentiam literarũ, appellatione remota ratione præuia procedas. Alioquin tu fili Prior, cum prædicto decano in negotio procedaos eodem iuxta traditam vobis formam. ¶ Si verò duo, puta archiepiscopus & archidiaconus tertio iudice, puta decano absente irrequisito, & se nõ excusante, in causa procedant, propter quod impetrator appellat, & impetrat super hoc ad aliũ episcopũ, & ipsum decanum sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatũ. Iunge, negotio ipso, iuxta tenorem literarum ad archiepiscopum, & ad te decanum & ad archidiaconum directarum, eadem ratione præuia procedatis. Alioquin tu decane cum archiepiscopo & archidiacono s. dictis in negotio procedatis eodem iuxta literarum continentiam 47 earundem, appellantem, &c. ¶ †Si autem executor excedẽs formam mandati assignat stallum in thoro, & locum in capitulo, propter quod appellatur, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita, ipsius executores, sicut iustum fuerit, reuocato processu, in negotio ipso ratione præuia procedatis iuxta directarum ad præfatũ Abbatẽ continentiam literarum. Alioquin processum ipsum, prout est canonicus, faciatis authoritate nostra, appellatione remo- 48 ta firmiter obseruari. ¶ †Item si procurator per errorem impetrat, nõ super grauamine, propter quod appellatũ fuerit, sed super alio sic, quãdo oportuit appellatum ad curiam mittere. vnde lapsus est annus, qui datur ad prosequendã appellationẽ, & etiã duo menses vltra fluxerũt: quare supplicat sibi super hoc misericorditer prouideri: sic concluditur.

FORMA. Mandamus, quatenus si de huiusmodi errore, & prædicta causa appellationis, tibi constiterit, dictas sentẽtias nullas esse penitus nuncies, ac reuoces, si quid aliud post appellationẽ huiusmodi inueneris temere attentatũ in causa, iuxta prioris mandati nostri ad dictũ talẽ directi tenorẽ, ratione præuia procedas. Alioquin partes ad eiusdẽ iudicis remittẽs examẽ, appellãtẽ, &c. testes aũt, &c. ¶ Item si vir authoritate propria vxore dimissa, impetrat cõtra eam ad iudices super impedimẽto cõsanguinitatis, ea verò petẽte corã eis, ante omnia viri restitutionẽ, ipsi solũm super principali cognoscere volũt, propter quod ipsa appellat, sic cõcludit:

FORMA. Mandamus quatenus si est ita mulieri virũ restitui faciatis, quæ post eius appellationẽ acta sunt, in irritũ reuocantes: postmodũ causam super matrimonio audiatis, & fine canonico terminetis. extra, de resti. spol. ex cõquestione. ¶ Quod si iudex delegatus propter contumaciã reus, res, de quibus agitur, sequestrat: in quibus tñ actor mittendus fuisset in possessionẽ causa rei seruandæ, & reo petente res huiusmodi sibi restitui, actor excipit iudicem non habere iurisdictionem, quia causa alij est commissa: licet in huiusmodi commissione nulla de primis literis mentio fiat, sic concluditur:

FORMA. Mandamus quatenus præscriptam causam, secundùm formam priorum literarum nõ obstantibus posterioribus, terminetis expensas, quas propter hoc reus fecisse dignoscitur, & ab actore restitui facientes. ¶ Si autem appellatũ fuit: quia iudex in causa matrimoniali, nõ faciebat processum redigi in scriptis, sic concluditur:

Mandamus.

a ¶ Appellans. Hic author diuertit à stylo, in quo clarior est sermo quã hic. vbi enim sic dicitur: Si appellauerit quis à iudice, qui de appellatione cognoscere debebat, quia de appellatione non cognito in principali, contra iustitiam procedebat: aut ille erat iudex super appellatione interposita à diffinitiua: frustratoria est appellatio, & literæ denegantur. Habet enim talis iudex sup principali cognoscere. Aut erat datus sup appellatione interposita à grauamine: quo casu si datus erat ad petitionem aduersarij eius, qui modo fortè nititur impetrare, vt ipse dicat quod aduersarius se appellasse cõfingens super appellatione sua ad tales literas impetrauit, & iudex de appellatione non cognito super principali cõtra iustitiam cognoscebat, & propter hoc se appellasse proponat, literæ conceduntur. Si vero quis dicat iudicem à se super appellatiõe, quam ipse interposuit à grauamine impetratũ in hoc ipsum grauasse, quòd de appellatione non cognita, de principali cognoscebat, iste se grauatum innuit ex eo quod productum est ad effectum quod principaliter intendebat. Nã appellans à grauamine, qui impetrat iudicem super appellatione hoc principaliter intendit vt non remittatur ad eum, à quo appellauit: sed iudex super appellatione sua datus de principali cognoscat, secundùm decret. vt debitus. & ideo literæ non dabuntur.

b ¶ Non valet. Hoc esset male dictũ, nisi iustificarẽt sequẽtia, quæ huic verbo pmitti debuissent.

c ¶ Super eis. Cõtrarium dicit s. eod. §. vj. col. ver. si autem non sit. æquũ esset quod hic dicitur: licet & contrariũ habeat æquitatem, vt dixi eod. titu. cùm causam. super vlti. glos. & tot. in cle. eo. titu. appellanti. in vj. glos.

¶ FORMA, Mandamus quatenus si est ita, reuocato in statum &c. vsque, audias iunge, & causam appellatione remota decidas: faciẽs, &c. Alioquin partes ad prioris &c. appellantẽ in expensis, &c. extra de testi. Albericus de proba. quoniã cõtra. ¶ Sed & si appellans ab ordinario, confecto aliquo grauamine, cui appellationi iudex detulit, iusto impedimento cessante: nõ prosequitur appellationem intra tempus legitimum, sic concluditur:

¶ FORMA, Mandamus quatenus si est ita, partibus conuocatis &c. vsque obseruari, &c. Alioquin, &c. appellatum, &c. ¶ Quod si iudex cõtra quem causa suspicionis proponitur, requisitus non vult dare arbitros, qui de suspicione cognoscant: sic concluditur:

¶ FOR. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsque, attentatũ. Iunge in causa ipsa, &c. alioquin partes, &c. extra de offi. deleg. suspicionis. & de appel. cũ speciali. & c. legitima. ¶ Quòd si causa cõmittatur alicui prælato, vel alicui monacho simplici: qui tamen in litera apostolica prior vocatur: & idẽ monachus causam alteri cõmittit: coram quo subdelegatus excipitur quod nõ potest per huiusmodi literas falsitate suggesta obtentas, procedere: & quia exceptio non admittitur, appellatur: sic concluditur:

¶ FOR. Mãdamus quatenus si est ita, reuocetis, &c. vsque, attentatũ, &c. iunge, alioquin partes ad subdelegatũ remittatis, eundem. &c. ¶ Sed & si subdelegatus cõmittit alteri totaliter vices suas, propter quod is, contra quem literæ obtentæ fuerunt, appellat: sic concluditur.

¶ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato, &c. vsque, attẽtatum. Iunge, in eodẽ procedatis negotio iuxta priorum continentiam literarum. Alioquin partes remittatis ad illos, ad quos de iure videritis remittendos, appellamem, &c. C. de iudi. à iudice. extra de offic. delega. super quæstionum. §. j. ¶ Si autem cùm quæstio inter aliquos verteretur, aliquis coram iudice se obtulit, & petit se admitti ad docendũ de interesse & iure suo, & non fuit admissus, licet admitti debuerit, propter quod appellauit. extra de testi. veniens. tunc sic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus quatenus si est ita, reuocato in statum debitum quicquid post appellationem huiusmodi inueneris in eius præiudicium & temere attentatum: audias quæ idem pro iure suo duxerit proponenda, & auditis hincinde propositis, quod iustũ fuerit appellatione remota decernas: faciens, &c. alioquin negotio supersedeas memorato, appellantem, &c. ¶ Et nota, quòd cùm quis rem suam agi conspiciens, postulat à iudice delegato, vt paratus de iure suo docere audiatur, & quia non auditur, appellat: non debet poni clausula, alioquin partes ad priorum iudicum, &c. ¶ Sufficiant præmissa exempli gratia posuisse. quæ autem hic desunt, vide supra de rescript. præsentati § ratione formæ. ¶ Sed pone quòd in commissione quæ fit super causa appellationis, non exprimitur nomen iudicis a à quo dicitur appellatum: [a] nunquid valet talis cõmissio? & videtur quòd non: quia in appellatione debet contineri nomen eius: vt ff. de appella. l. j. §. fina. & etiam in apostillis. ff. de libel. dimiss. l. j. Ad idem ij. q. viij. libellorum. Nam sunt quidam, à quorum sententijs appellari non potest: vt supra §. videndum. Idem etiam dicitur in rescriptis. xxv. q. ij. si qua. & in instrumentis. C. de mand. princ. l. vnica. & in nominatione: vt ij. q. vj. nominationes. ff. de trans. &t. cùm hi. Argu. contra, quia ex quo de causa & de personis, inter quas sententia lata est, mẽtio fit in rescripto: satis videtur de iudice mentio esse facta. ff. de rei vend. in rem. ff. de condi. institu. nominatum. ff. de hæred. instituẽ quoties. §. si quis nomen. Nam & si nomen fundi nõ dicatur, sufficit ponere fines. ff. de censi. forma. licet enim aliquid omissum sit, tamen omnia præsumuntur solenniter acta. ff. de vent. inspic. l. j. Et ad hoc facit ff. de verbo. oblig. cùm seruus. ff. de appella. l. iij. §. fina. & l. appellari. ff. de suspec. tut. scire. ff. de cond. & demonst. cùm tale. §. penult. Et hoc tenet Vber. dicens quòd delegatus poterit procedere. ¶ Item quæritur si constat per testes vel confessionem aduersarij, me appellasse à sententia contra me lata. Nunquid sufficit hoc, vt videar etiam probasse quod intra decendium appellauerim? Et videtur quòd sic: quia intelligor legitime appellasse, ex quo appellatio probatur. argu. C. de contrahen. & commit. stipulat. l. j. Verba enim cum effectu intelligenda sunt. extra de cleri. non resi. relatum. Sed dic contra. oportet enim probare quòd intra tempus legitimum appellauerim. extra de appel. Romana. §. si verò. extra de testibus. significauerunt. ¶ Qui enim solennitatem substantialem allegat, eam probare debet. ff. de publicia. quæcunque. §. quæ à pupillo. ¶ Vtrum iudex appellationis pronunciabit secundùm ius commune, vel secundùm consuetudinem, & secundùm quam, notatur secundùm papam, extra de consuet. super rubri. & vide supra de ferijs. §. j. ver. sed pone.

SVMMARIVM.

1. ¶ Appellatione pendente, quibus casibus liceat aliquid innouare.
2. Appellatione pendente nil innouandum, qualiter intelligatur.
3. Ordinarius potest post appellationem, possessionẽ turbatam reformare.
4. Iudex, à quo appellatum est, qualiter debeat appellatiõe pendente supersedere.
5. Facta per priorem iudicem appellatione pendente tenent, si non fiat inhibitio.
6. Causa appellationis quare maior dicatur quàm principalis.
7. Primo iudice qualitercunque appellatione pendente procedente, si veritas causæ approbetur, reuocantur quæcunque fecerit. & nu. 10.
   Lis seu appellatio, non debet aliquem sua possessione priuare.
8. Officium, vel possessio, vel aliud ius, an per appellationem transferantur ad iudicem appellationis.
9. Iudice appellationis iniustam esse appellationem proferente, ratum manet quicquid primus fecerit post appellationem.
11. Appellatione extraiudiciali facta, quo pacto post talem appellationem per iudicẽ acta reuocari debeant.
12. Facta medio tempore inter sententiam & appellationem, an per appellationem extinguantur.
13. Appellatio in electionibus quid operetur.
14. Reuocatio attentorum, an causa appellationis cognita fieri possit: & sub qua forma.
15. Cognoscere & diffinire de appellatione iusta vel iniusta ad quem spectet.
16. Collatio beneficij per aliquod capitulum, quibus casibus veniat reuocanda.
17. Vitium contractus litigiosi, in quo casu locum habere dicatur.
18. Motio litis personalis, an faciat rem litigiosam.
19. Prohibitio de re litigiosa non alienanda, quibus tantùm fieri debeat.
20. Commodo suæ possessionis, nemo sine causæ cognitione priuari debet.
21. Ad extraordinarium auxilium recurrendum non est, quandiu superest ordinarium.
22. Reuocato in causa appellationis vno articulo libelli, prætextu appellationis, an cæteri omnes reuocati censeantur.

Appellationis effectus quis sit.

NOuissimè de effectu appellationis est videndum. Et quidem effectus is est, vt ea pendente, nil innouetur: sed omnia in eo statu permaneant, in quo erant tẽpore appellationis admissæ. ij. q. vj. appellatione interposita. ff. nil inno. appella. pendẽ. l. vnica. extra de appel. bonæ. & c. secundò requiris. C. eo. l. iij. ¶ † Ex- [manuscript: cip.] cipiuntur tamen quidam casus, in quibus aliquid innouatur. Primus, cùm reus suspectus est de dilapidatione fructuum rei actori adiudicatæ. Nam tunc fructus sequestrantur. ij. q. vj. c. quoties primo. C. quorum appella. non reci. ab executione. extra, de seque. possessio. c. fin. ff. de appella. Imperatores. Secundus est, cùm hæres conuictus super legato appellat. non enim defertur appellationi: imo cauere debet de eo restituẽdo. ff. vt lega. vel fideicom. no. caue. l. postquam §. Imperator. Tertius, si condẽnatus de crimine, appellat, nec potest dare fideiussores quoniã erit in custodia vsque dum veniat ad eũ, ad quem appellauit. argumen. ij. q. j. c. arguta. & C. de appella. eos qui. §. super his. Quartus, in illis casibus, in quibus appellatio non admittitur: vt i. §. in quibus. De hoc ij. q. j. appellatione. Quintus est: nam si excõmunicatus appellat à sententia excommunicationis: post appellationem potest denunciari excommunicatus. extra, de appella. pastoralis. De hoc vt i. §. in quibus. versicu. xxviij. Sextus, secũdum Inno. quia si agatur personali actione, vt ex empto, vel simili, & res petita alienetur, tenet alienatio. Sed contra. ff. nil noua. appella. penden. l. j. C. de appella. appellatione. ij. q. vj. c. appellatione. vbi dicitur quòd status causæ mutari non debet appellatione pendente. Sed dic quod nõ mutatur, nec præiudicat appellationi: quia ita condemnabitur persona, si res petita alienetur, ac si non alienasset. quod dic vt suprà, de interroga. §. si. ver. verum quia. Item contra in authenti. vt nulli iudi. §. super hoc. vbi prohibetur iudex trãsferre possessionem rei petitæ ab vno litigantium in alterum. Sed dic quòd ibi non prohibetur pars transferre in extraneum. ¶ † a Quod ergo dicitur appellatione pendente nil esse innouandum, supple per iudicem. Nam pars non obstante appellatione alterius, potest de iure suo. quod dic vt infrà, versicu. verum. Si verò agitur reali actione de dominio: tunc fateor quòd non tenet alienatio: nõ ea ratione, quia facta est appella. pendente: sed quia res est litigiosa. infrà, ver.

a ¶ Appellatum. De nomine appellati, si non exprimitur in appellatiõe. i. §. qualiter. versic. hoc etiam not.

verum. & supra, de accu. §. j. versi. vt autem. Septimus, quia tenet sentẽtia lata post appellationẽ nec reuocabitur in casu, quem habes infrà, de no. cri. §. j. versic. quid si auditis. Octauus, in casu, qui est suprà, §. in quibus. versi. xvij. ibi: dicitur etiã. Nonus, quia iudex, à quo appellatum est, quandoq; interponit suam iurisdictionem propter periculum animarum, & in fauorem matrimonij: vt extra, de matri. contra interdic. ecclesiæ contracto. c. ij. Quidam tamen illud intelligunt solũ in ordinario. ¶ Decimus, quia licet iudex detulerit appellationi: tamen intromittit se de iurisdictione, absoluẽdo ab excõmunicatione, & cautionem nomine ecclesiæ recipiendo: vt extra, eo. qua fronte. vbi de hoc secundum papam.[a] ¶ † Vndecimus, quia ordinarius potest post appellationem, possessionem turbatam reformare: vt extra, eo. cùm teneamur. ¶ Duodecimus, quia vbi ordinarius ignorat appellatum fuisse ad superiorem, tenet sententia cõtra appellantem per eũ lata. extra, eo. si duobus. ¶ Decimustertius, quia potest appellantem notoriè delinquentẽ punire: vt eo. titu. proposuit. in fi. ¶ Decimusquartus, quia potest tempus legis moderari: vt eo. titu. cùm sit. respon. primo. ¶ Decimusquintus, quia potest appellantem cogere propriam appellationẽ prosequi: vt eo. titu. cõsuluit. primo. in fi. & cap. reprehensibilis. §. j. ¶ Decimussextus, quia si præfixus sit à iudice terminus ad prosequendã appellationem, & appellãs intra illud nõ prosequitur: iudex poterit sententiã exequi vel in causa procedere: vt eo. tit. cùm sit Romana ver. quod si is. & c. ad hoc. & infrà, c. ad aures. Quidam tamen dicunt ꝙ non manet sententia diffinitiua rata, licet huiusmodi terminus sit elapsus: nisi lapsum fuerit tempus iuris: quod non placet. quod dic secundũ papam, vt no. eod. titu. personas.[b] ¶ † Sed cùm suprà proxi. §. de inhibitione iudicis appellationis, dixerimus: vtile est hic vt inseramus qualiter iudex, à quo appellatum est, debeat appella. penden. supersedere: & de reuocatione eorũ, quæ fiunt post appellationem. Quærit̃ ergo an primus iudex debet supersedere, an in causa procedere, quàm citò scit iudicẽ appellationis de veritate causæ appellationis cognoscere, licet hoc ei à iudice appellationis nõ mandetur: & an tenet quod agit, si postea procedit.[c] Respõ. dicunt quidã ꝙ tenet quod facit ante inhibitionem super negotio in principali: quia illud non tangit processum iudicis appellationis. arg. extra, de app. Romana. §. qđ si obijciat̃.[d] vbi dicit̃ ꝙ iudex appellationis postq̃ incipit cognoscere de veritate causę appellatiõis põt inhibere priori iudici ne ꝓcedat. ¶ † Cùm igitur illud sit nouũ beneficiũ, datum iudici appellatiõis: videt̃ ꝙ tenet, quod fit ꝑ priorẽ iudicẽ, si nõ fiat inhibitio, vel priusq̃ ad illũ inhibitio perueniat. arg. extra, de rest. spo. audita. Alias eñ sequi potuisset magnũ inconueniẽs: vt si quis in curia Romana ꝓsequat̃ causam appellationis per ꝓcuratorẽ: & in ꝓuincia causam principalẽ ꝑ se corã primo, qui nõ detulit appellationi, & qui nihil scit de ꝓsecutione appellationis. Iniustũ enim esset, si propter hoc solũ ꝙ superior cognoscit de veritate appellationis, licet postea cõstet ꝙ non sit vera, cassaretur ꝓcessus primi, q in nullo peccauit, cũ nihil sciret. Alij tamẽ dicũt cõtra, ꝙ nõ valet postq̃ secũdus incipit cognoscere de veritate causæ appellationis, licet sibi nõ fuerit inhibitũ: quia satis intelligitur parti inhibitũ, quæ præsens est in prosecutiõe appellationis. Sed & si nõ esset præsens, sed cõtumax, nõ debet sibi cõtumacia sua prodesse: vt extra, de postu. præla. cap. primo: prope fi. imò cõtumacia repræsentat eũ præsentẽ. ff. de re iudi. contumacia. extra, de dolo & cõtu. veritatis. & ex quo ius concedit iudici appellationis, quòd cognoscat de veritate causæ appellationis: vt extra, de rescr. dilectus filius Io. in fin. videtur abstulisse priori per cõsequẽs potestatẽ cognoscẽdi de principali. argu. extra, de offi. deleg. pastoralis. §. ꝓterea. ff. de iudi. cùm prætor. in principio. Itẽ dicit lex, ꝙ per minorem causam non debet præiudicari maioris causæ, cognitioni. ff. eod. qui minorem. ¶ † Et certum est ꝙ maior est causa appel. q̃ principalis: tum propter authoritatẽ maioris iudicis: vt extra, de offic. deleg. sane. & c. pastoralis. §. quia vero. tum quia de pluribus cognoscit, s. de appellatione: & etiã qñq; de principali: vt suprà, §. de officio. Et ad hoc etiam facit decre. vt debitus. vbi dicit, ad priorem iudicẽ remittat. Sed primi his omnibus respondent, & dicunt prædictum §. quod si. loqui postq̃ priori denunciatũ est: vel ipse aliàs nouit ꝙ secundus cœpit cognoscere de veritate causæ appella. ¶ † Illud aũt certum est, ꝙ siue ante inhibitionem, siue post, siue ante sententiã iudicis appel. siue post, primus processerit probata veritate causæ appel. reuocabitur quicquid fecerit. extra, de appella. ex parte. Et hæc vera sunt, cùm in iudicio appellatur. Si verò extra, q̃uis superior incipiat cognoscere de appel. seu de principali, siue alio modo. nõ ideo debet impediri ius primi, vel alterius hominis, quin illud exequat̃ vt prius. Nam lis seu appel. nõ debet aliquem sua possessione priuare. extra, vt lit. pen. per totũ. extra, de re iudi. cùm super. Et de hoc secundùm papam extra, de maio. & obed. dilecti.[e] q̃uis. & hoc ipsum sit in iudicio. Et est ratio: † quia officiũ vel possessio vel aliud ius, nõ transfertur ad iudicẽ appella. sed solùm iurisdictio: qua ratione etiã dici potest, ꝙ si appello, ne quis instituatur in aliqua ecclesia; sed prælatus nihilo minus instituit: si pendente causa huiusmodi appellatio. iterũ imminet institutio facienda, iudex appel. nõ prohibebit prælatum instituere: sed si prælatus me excommunicet, quia illum non habeo pro instituto, non tenet sentẽtia: quia iurisdictio, cuius pars est excommunicata, ad superiorem est deuoluta, vt dixi. Et hoc verum est postq̃ superior cœperit de principali cognoscere, scilicet an ad prælatum pertineat institutio. Nam in appellationibus, quæ fiunt extra iudicium, non quæritur aliter de veritate vel iustitia causæ appel. sed de ipso principali solùm: cùm sint ꝓcurationes ad causam: vt extra, de appel. cùm sit Romana. argu. tamen contra, eo. tit. vt nostrum.[f] Et iunge hic quod habetur j. versi. verũ. ¶ † Porrò si cognoscẽs de principali, à quo appellatur, nõ defert appellationi, quia eam dicit interpositã post decem dies, vel nulla causa expressa, vel iniusta, vel falsa, sed procedit ad sententiã: iudex quoq; appel. procedit, & pronunciat bene, vel ex iusta causa appellatum esse, cassando processum prioris iudicis, & cõsequenter pronunciando super principali, siue bene, siue male, tenet sentẽtia iudicis appel. lata contra ius litigatoris: nec reuocabitur, nisi fuerit appellatum: cùm constet eum habere iudicẽ: vt ij. q. vj. §. diffinitiua. extra, de reg. iur. cùm inter vos. Nec ob. ꝙ lata est contra res prius iudicatas: quia prima nõ tenuit, vtpote post appel. latã. ff. quæ sen. sine app. rescin. l. j. Si verò iudex appel. pronũciet appel. iniustam ex præmissis causis: tunc ratũ manet quicquid primus facit post appella. cui nõ detulit: nisi appellans obtulisset se probaturũ corã eo veritatẽ causæ, nec fuisset admissus: quo casu tenet appella. etiã si falsa sit causa: nec est necesse cognosci de veritate ipsius: vt j. ver. proxi. & ideo cassabit iudex appellatiõis, quicquid inuenerit factũ post appel. nisi notoriũ esset causam appel. esse falsam. extra, eo. cùm sit Romana. Et idẽ dicũt quidã de eo, quod factũ est post inhibitionẽ legitimã: vt s. arg. ff. nil no. appel. penden. l. j. Alij cõtra, & dicũt ꝙ prędic. lex loquit̃ in appellationibus post sententiã interpositis, vel post decretũ cum causæ cognitione interpositum: quia tũc reuocabit̃ quicquid factũ est post appel. priusq̃ de ipsa cognoscat̃: vt ibi. & no. extra, de excep. dilectæ. secundũ papam.[g] nisi patens sit, sententiã fore iniustã. Quod dic vt no. extra, de offi. deleg. c. pastoralis. §. quia verò. vbi not. secundũ Inno.[h] quid iuris sit de his, quæ fiũt post appel. à sentẽtia interpositã. Præmissa aũt obtinent in appellationibus ante sententiã. Regulariter aũt tenendũ est. ꝙ ea quæ appel. interposita attentant̃ reuocant̃. ij. q. vj. c. appellatione interposita. Quod dic vt s. tit. ꝓxi. §. est aũt. & s. eo. §. in prin.[i] vel post nuncij missionẽ. extra, de offi. deleg. cum causa. vel post

a ¶ Secundùm Papam. Ibi scripsi in glo. not. secundùm Innocen.

b ¶ Personas. Ibi scripsi sup verbo, sententiæ. & c. ex ratione. super j. glo.

c ¶ Procedit. De hoc de quo tractauit Innocẽ. in §. quod si obijcitur. statim allegato, scripsi in decre. nõ solum. de appella. lib. vj. super ver. post inhibitionem. vbi quod plꝰ est, teneo quòd etiam insinuatio iudicis appellationis sine inhibitione, nõ sufficeret. ibi vide.

d ¶ Obijcit̃. Lib. vj.

e ¶ Dilecti. Vbi scripsi in gl. sed quod prodest.

f ¶ Nostrum. Vbi traditio sigilli facta post secundũ mandatũ, directè respiciebat negotium principale.

g ¶ Secũdùm papã. Vbi scripsi super ver. reuocato.

h ¶ Secundùm Inno. vbi vide in glos. mirabilis.

i ¶ In princip. Vide quod ibi dixi sup ver. offerens. & qđ sequitur, facit pro opi. quã ibi teneo. & dixi s. §. qualiter. ver. sunt quoq;. non enim in casu, q sequit̃, sufficit verbalis obligatio cautionis: imò realis requiritur, vt probãt illa iura, quæ tamẽ procedũt post tres menses, non prius, inuito denũciante: vt extra, de no. operis nuncia. c. vlt. Intendo ꝙ sicut offertur cautio, vt sequatur, sic sit offerẽda probatio illo casu.

post iter arreptum. extra, de appel. dilecti filij. vel li
10 te pen. extra, vt lite pen. per totum. ¶ † Illud quoq;
certum est, q cùm in iudicio appellat, probata veri
tate pbabilis causæ, vel saltē probato q se obtulit
probaturū, nec fuit admiss?: reuocabitur quicquid
factū est post appel. vt extra, de app. ex parte. &
c. interposita. in prin. & suprà, §. qualiter. vers. sunt
quoq; & i. versi. proxi. sicut & in nunciatione no-
ui operis, sufficit probare q obtulit quis cautionē
de demoliendo opus: vt extra, de no. ope. nūc. c. fi.
11 versi. ij. & ver. sed cū. † ¶ Vbi verò extra iudiciō ap
pellat, non sufficit similiter quo ad reuocationē eo
rum, quæ fiunt post app. quæ fuerit interposita ex
causa probabili, nisi doceatur vera: sed ea probata
vera, reuocabunt quę facta sunt post eam: vt extra
de app. cōstitut?. nisi in cā, quę est extra, de iure pa.
c. pastoralis. Nec etiā sufficit probare q se obtulit
probaturū, nisi prius doceat de veritate causæ: vt
probat extra, de elec. cùm inter canonicos. ppe fi.
ibi: confirmetis ipsius, &c. vbi dicit q electio facta
post appel. probabilē, debet cassari. Ratio diuersi-
tatis est, quia cùm quis appellat extra iudiciū non
est coram quo se offerat probaturū: nisi fortè corā
cōfirmatore electionis, vel coram cōsecratore. Sed
cùm in iudicio appellatur, potest appellans coram
eo, à quo appellat, offerre se paratū probare suam
exceptionē. quæ dic secundū papā vt in præ. c. cū
a inter.[a] & extra, de despon. impu. ad dissoluendū.[b]
b Et tetigi s. de actio. seu pe. §. sup actionibus. ad fi.
ver. sed quid si antequam. Quod aūt dixi, q in ap-
pel. extra iudiciū non sufficit quo ad reuocationē
attentatorū, probare appellatū esse ex causa pba-
bili, nisi sit vera: verū est, cū appellatur propter ex
ceptionē nō admissam: vt in præ. c. cùm inter cano
nicos. vbi nō fuit admissa exceptio illa de morbo
epileptico. Secus autē est si extra ius appellet pro-
pter grauamē, quod sibi qs timet inferri. nam tunc
sufficit probare appellatū esse ex causa probabili:
12 vt extra, de appel. bonæ. secundū P. ¶ † Et not. q
hodie iudex appel. ante omnia, etiam priusquā in-
cipiat cognoscere de appel. debet reuocare quod
fit post appel. à diffinitiua interpositā. extra, de iu-
reiurando: venietes. in fi. extra, de excep. dilectæ. et
de app. ex parte M. in authen. vt nulli iudi. in prin.
& C. & ff. nil no. appel. pē. per totū. nisi in casu, quē
habes j. de noto. crimine. §. 1. versic. quid si auditis.
Idem etiam dicendum est de his, quæ fiunt in me-
dio tempore inter sententiam & appel. quia p ap-
pel. extinguunt. ff. ad Turpil. l. j. §. fin. Idem etiam
est, cùm ante sententiā appellatur de his, quę fiunt
post inhibitionem legitimam: de qua dixi s. §. pro-
xi. versic. sed quęritur. ibi: si autem, &c. quāuis for-
tè causa appel. non sit vera. Si autem non fiat inhi-
bitio, nihil reuocabitur donec constet de veritate
causę appella. vt in decre. Alexan. quarti, de appel.
vt probatio. §. fi. quæ decre. sufficiens est, circa hāc
c materiā:[c] vt extra, eo. tit. sæpe. vbi dicit, cùm cōsti-
terit legitimè prouocatū. & extra, de dila. capi. pri
mo. & extra, de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. cap.
13 fin. ¶ † Quid operetur appel. in elec. not. secūdum
Pap. extra, de elect. cùm inter canonicos. & c. sta-
d tuimus.[d] Item an electio, q̄ fit post appel. sit nulla
vel annullanda. eo. tit. consyderandum. Item si fiat
aliquid post appel. in electione interpositā, an cas-
sabitur solū id, quod fit contra appel. an etiam alia,
quæ postea in electiōe fiunt. eodem tit. cum nobis.
14 ¶ † Vtrum autem attentatorum reuocatio fiat, cau
sa cognita: not. infra, versic. sed quæro. Appellans
autem sic formabit suam petitionem.

FORMA. Peto dñe iudex, reuocari per
vos quicquid factū est post sententiā, à qua appel-
laui: & quod interdicatis ei, ne deinceps aliquid cō
tra appel. attētet quādiu mihi competit prosecutio
ipsius. Non enim iudex ex officio suo, tenet hoc fa
cere: vt in præ. decre. dilectæ. & vide j. in tractatu li
bel. in tit. de appel. §. nunc dicendū. ver. si verò. in
vlt. forma. & ver. sequen. Cōtra: nā ad iudicē app.
non pertinet iudicare, nisi solum vtrū bene vel ma
le pronunciatum sit: vt C. de app. eos. ij. q. vj. in fi.
quæstionis. Quomodo ergo admittet hanc peti-

a ¶ Cùm inter. Vbi vide in glo. quid si cōram.

b ¶ Dissoluendum. In glos. quid si crimen.

c ¶ Materiam. Eam tamen hodie non habem?, sed omnia superiora patēt hodie in decreta. non solum. eo. titu. li. vj.

d ¶ Statuimus. li. vj.

tionem. Item si ipse reuocaret, quæ attenta dicun-
tur, & post appellans nō prosequeretur appel. fin
geretur non fuisse appellatum: sicq; restaurandum
esset. quod reuocasset. quod esset iniquum: & sic es
set quædam absurditas. Item lex dicit, quòd tunc
reuocatur quod fit post appel. cùm meliorē inue-
nerit sententiam appellans. ff. eodē. cùm ex causa.
15 ¶ † Sed dic q ad iudicem appel. principaliter spe-
ctat, cognoscere, & diffinire de appellatione, an sit
iusta vel iniusta: sed ratione accessorij ad eius spe-
ctat officium huiusmodi petitionem admittere, &
exaudire: vt probatur in concor. quæ sunt infrà, in
tractatu libel. de appel. §. fi. versic. in summa. Item
non est absurditas, si id, quod malè actum est, reuo
cetur, & postea idem legitimè fiat: vt xij. q. j. certè.
de poen. dis. j. nouit. Item licet prędicta lex dicat re
uocari, cùm meliorē, &c. nō negat quin & antequā
appellans obtinuerit sentētiam, reuocari possit, vt
supra probatum est. Et hoc no. Papa in præd. cap.
e dilectæ.[e] Vbi autem appellatur extra iudiciū: tūc
improbabitur reuocatio attentatorum, post appel
la. officio iudicis, petendo reduci ad statum, in quo
erant tempore appellationis emissæ: cùm aliàs si
non appellasset, oporteret eū intentare interdictū
recuperandæ possessionis. argumentum extra, de
appella. bonæ. in quo interdicto, necesse est proba
re se possedisse. & spoliatum fuisse: sed hic non ha
bet necesse probare hoc, sed statū dūtaxat, in quo
erat tempore appellationis emissæ. Item pōt hoc
peti, etiam contra non spoliantem, vel rem scien-
ter à spoliatore non recipientem: vt præd c. bonę.
contra quos tamen non habet locum interdictum
vt extra, de restitu. spoliato. sæpe. & c. cùm ad sedē.
Quidam tamen dicunt, hanc petitionem non ad-
mittendā: sicut nec interdictum. Hoc psequere vt
no. in præd. c. bonæ. secundū Papā extra, de maio.
& obediē. c. dilecti. B. Qualiter autem iudex pro-
nunciabit super attentatis, & quando, & super qui
bus, & de multiplici effectu appellationis extraiu-
dicialis, not. plene secundum Innoc. quartū extra,
f de appel. dilecti filij prior.[f] ¶ Item vtrum citatiōe
facta, iudex possit super attentatis quicquam face
re: not. suprà, de offi. iudi. §. deseruit. versic. sed quę
ritur quando. ¶ Vtrum cùm suprà dixerimus in
versiculo, illud autem. ibi: & hæc vera, &c. q lis vel
appella. nō debet quenquam sua possessione pri-
16 uare. adhuc circa hoc quęritur. ¶ † Pone quòd cùm
essem canonicus Parisien. expectans, & sine præ-
benda, vacante ibi quadā præbēda, egi super ea cō
tra capitulum coram iudice competenti, lite conte
stata capitulum illam confert: vel pone q cùm pe-
terem contra capitulum electionem de me factam
in canonicum vel archidiaconum confirmari, post
litem contestatam capitulum contulit præbendā
vel dignitatem illam alij. Nunc quæritur vtrum an
te omnia sit collatio capituli reuocanda, priusquā
de meo iure constet. Et videtur q sic, suprà ver. &
nota q. & argumentū extra, de consti. cùm M. in fi
ne. & de arbitris. ex parte. & de iure patro. ex lite-
ris. Nam & lite pendente nil est innouandum xi.
q. j. quia res. extra, vt lite pend. & C. eo. per totum.
Argumentum contra extra, de in integr. restitu. c.
cùm venissent. ¶ † Item quia vitium contractus li-
tigiosi, locum nō habet, nisi vbi lis de dominio mo
uetur: vt C. de litig. authen. litigiosa. At iura, sicut
est præbenda & similia, non sunt in bonis nostris.
ff. de vsufruc. l. prima. xxiij. q. vij. c. quod autē. pro-
pe fin. extra, de dona. cap. secundo. Ergo de domi-
nio eorum lis esse non potest. Sol. Generaliter ve-
rum est. q quandocunq; dicit quis rem aliquam si-
bi deberi, siue corporalem, siue incorporalē: vt ius
præbendæ, siue præbendam: non autem dicit suā
esse, vel quasi sempet is, à quo petitur, potest illam
alienare sine vitio litigiosi. Item simile est, si petitur
cōfirmatio electionis, aut præbēdæ vel dignitatis.
nam ille, contra quem petitur confirmatio, vel qui-
cunq; alius, habens ius conferēdi eam, potest eam
conferre siue alienare, sine periculo litigiosi, etiam
si ante alienationem fuisset appellatum ad Papam.
Et si dicas q cùm iam per appellationem, esset ad

ADDITIO.
¶ An appellans, qui in electione fuit cōtentus, teneatur ad obseruantiam. c. vt circa. de elec. lib. vj. vide Oldr. consil. clxxxviij. incipiē. quod prosequens. Henr. Ferran.

e ¶ Ca. dilectæ. Ibi scripsi in glos. not. Tan. hoc Innoc. & Hostiē. vide quod no. in decre. prædi. non solum. in iij. glo. & vlt. in fi.

f ¶ Prior. ff. Quia primum c. & in tit. etiam sic incipiunt. vide in gloss. dicit Innocen.

papã delata causa: ergo cassandũ est quicqd post ea extiterit attentatũ: vt extra, de app. ad præsentiã. & c. dilectus. & de excep. dilectæ. de resti. spol. licet ad hoc. Rñ q per ap. causa defertur ad papã, & nõ potestas prouidendi. s. ver. illud autem. & ibi: & hæc vera. Illud aũt quod regulariter dicit, q cassandum est quicqd sit post ap. vt. s. ver. poten. & seq. & in concor. s. hoc eo. versi. postrie. intelligit de his, quæ ad iudiciũ vel causæ processum pertinent: quia si post ap. talẽ recepisset testes, vel sententiã tulisset: illa bene cassarent, si appellatio legitima appareret: collatio autẽ non: qa non pertinet ad causę processum. Nõ enim confert præbendã: quasi litigat⁹: sed quasi alius. Hoc autem bene fateor q pendente causa præsertim appellationis, possessio nõ debet alteri parti auferri: quia possessionem auferre: est de processu causæ. arg. extra, de app. cũ teneamur. in authenti. vt nulli iudi. §. illas. & sic intelligit decre. cum M. in fine. Item non obstat præd. decr. ex parte. Nam ibi lis mota non impediuit electionem vltimò à capitulo factam: sed electio præcedens: vt ibi dicitur. Item non obstat præd. decr. ex literis. nam vbi dicitur ibi: antequã cõtrouersia esset, &c. supplet, maximè. Item non obstat illud generale, q lite pendente nil est innouandum. nã intelligitur vbi lis de dominio pẽdet vel quasi, vt dixi.

18 ¶ † Motio autem litis personalis, non facit eam litigiosam: vt in præ. authen. litigiosa. & s. versi. excipiuntur. ibi: sextò sciendum. Hinc est quòd si episcopus agit contra M. vt amoueatur à sua ecclesia cum cura, quam retinuit post alterius curę receptionem: & hac lite pendente eps confert alij ipsam ecclesiam: lis mota non impediet collationem epi: qa de dominio, vel quasi dictæ ecclesiæ, non agebatur. Si verò de dominio, vel quasi ipsi⁹ rei ageretur: vt si quis agat ad aliquam præbendam, vel aliam rem quam alius tenet: quam dicit esse suã, vel ius se habere, illa per collationem canonicam vel inuestituram: non autem dicit eam sibi deberi: tunc siis, à quo petitur, eam alienet, incidit in vitium litigiosi

19 contractus. ¶ † Nec obstat q iura in bonis nostris non sunt: vnde de ipsorum dominio agi non potest. ergo contractus litigiosi, in eis locum non habet: vt s. Ad hoc etiam respondeo, quòd & si iura non sint in bonis nostris: sunt tñ quasi in bonis, sicut & quasi possidentur: vt ff. de acqui. re. do. seru⁹ §. incorporales. Sed & licet qñ præbẽdam, vel aliã rem peto, dicens eam esse meam, vel quasi, nõ possit per aliquem litigantium alienari, siue conferri: tñ à tertio bene potest alienari licitè, etiam sine vitio litigiosi: cùm prohibitio de re litigiosa nõ alienanda, fiat tantũ litigãtibus, actori scilicet: vt C. de litigiosis. l. ij. & reo: vt eo tit. l. fi. De hoc secundùm

a Papã, de electio.[a] dudũ. ij. & de appel. Romana[b].

b ¶ † Sed quæro verũ qñ papa ita scribit, reuocatis,

20 &c. vt patet extra, de constitu. cùm M. in fi. debet iudex procedere cum causæ cognitione. Rñ. sic: qa non debet quis cõmodo suæ possessionis sine cãæ cognitione priuari. xvj. q. iij. volumus. Quicquid enim dicat rescriptum Principis, iudex tamen debet seruare leges. authen. de iudi. §. oẽs. extra, de re-

c scrip. c. super literis.[c] ¶ Sed nunquid in causa app. põt obijci compensatio? puta, debebas mihi centũ ex causa venditionis: & ego tibi alia centũ ex causa mutui, in quibus tibi fui condemnatus, appellaui, & in causa ap. obijcio compensationem: quæritur an possim? Et videtur q non: quia hęc est processus noua exceptio, non dependens ex veteri. C. de appel. per hanc. in princi. extra, de testi. fraternitatis. Dic contra: vt ff. quæ senten. sine appel. rescin. l. j. §. fin. & extra, de fide instru. cùm Ioannes. Nam & conuentus ex causa iudicati, eam opponit. C. de compen. l. ij. ¶ Sed in causa principali, potest pronunciari compensationem esse faciẽdam, quę fuit facta in causa proposita in modum exceptionis:

21 vt in præcedenti capitulo cùm Ioãnes. ¶ † Sed pone. peti in libello sententiam, tanquam iniustam, reuocari, & attentata post appellationẽ emissam, ante omnia retractari: lite verò super hoc contesta. peto reuocari ex officio attentata, sicut petierã in libello: respondet reus, frater, ego negaui petita in libello. vnde nil debet ex officio reuocari: nisi cùm ordine iudiciario fuerit hoc probatum. argumentum extra de app. significante. Item petendo in libello ante oĩa reuocari, & contestando litẽ, & alia faciendo, videns à dicta petitione recessisse, & viã ordinariã elegisse: Ideoq; illa est prosequenda. Nã quãdiu superest ordinariũ auxilium, non est ad extraordinariũ recurrendũ. ff. de mino. in causæ. j. &

d sic obtinuit.[d] argumentũ ad hoc: vt ff. vt lega. vel

22 fideicom. nom. ca. l. j. §. non solũ. ¶ † Vtrũ autẽ reuocato in causa appellationis vno articulo libelli, prætextu appel. cæteri oẽs reuocati intelligant, & vtrũ iuuet se aliquis ex ap. non solùm prosequẽdo eam, sed etiã excipiendo ex ea, vide secundùm In-

e nocen. quãnũ extra, de app.[e] dilecti. & j. de expẽsis. §. nec videndũ. in fine. ¶ Item vtrũ reuocari debeant, quæ fiunt post iter arreptũ, scilicet post nũcij missionẽ, nota. extra, eodem. dilecti. ij. & secun-

f dùm Vincen. & Papam, eo. tit. vt debitus.[f] ¶ Item an possit quis appellationi renunciare: not. j. deli-

g bel. concep. §. nunc ostendendum. versic. porro. & dicam in constitu. Greg. x. de elec. quis[g].

S V M M A R I V M.

1 Appellatio, qualiter impugnetur.

2 Pactum inter partes de non appellando, multipliciter consyderatur.

3 Pactum de non appellando post litem contestatã & ante sententiam factum, an sit validum.

Appellatio qualiter impugnetur.

h QValiter[h] autem appellatio in iudicio exhibita impugnetur, facile colligit ex præmissis. Si igitur ex præmissis, instrumẽtũ ap. in iudicio exhibetur, excipe cõtra illud: vt s. de edi. instru. §. postremo. Instrumentũ legitimũ sit cõuerte ad formã app. & ad alia. Et oppone, q appellans nõ potuit appellare: qd dic vt s. §. j. Itẽ oppone q nõ est talis casus vel cã, in quo vel in qua potuerit appellari. Item q est app. frustratoria: vel quod app. in rescripto fuerat remota quæ dic vt s. eo. §. in quibus. Item q à tali est appellatũ, à quo non potest appellari de iure. quod dic vt s. §. vidẽdum. Item quod nõ est appellatũ ad eũ, ad quem debebat appellari, vel q ex forma appel. is, qui aditus est, non potest de appel. cognoscere. quę dic vt s. §. nũc tractemus. Item q non est appellatũ intra tempus competens. quæ dic vt s. §. restat. Itẽ q appellatio non est legitima in sui forma, nec appellans seruauit quæ debuit obseruare. quæ dic vt s. §. qualiter. Item q nõ fuit eam intra temp⁹ legitimũ prosecutus appellans. quæ dic vt s. §. nũc breuiter. Item q est vltra bis appellatum: vt s. §. quoties. Item q appellans mortuus est: & ideo in causa appella. non proceditur, etiam quo ad bona, vbi condemnat⁹ est de tali crimine, quod nõ adimebat bona: vt C. si pen. ap. mors inter. l. ij. Item q non fuit à iudice recepta, vel à parte approbata: nec recipi debuit, vel approbari: vt s. §. nũc dicam⁹. & §. qualiter. Item q appellans non detulit suæ propriæ appellationi, nec de ea mentionem fecit: vt extra, de rescriptis. ex parte sublect. Item q non detulit ap. aduersarij: quare sentẽtia nõ valet, nec ei deferẽdũ est: vt extra, de elec. bonæ. j. prope prin. & de app.

1 an sit. ¶ † Et nota q nõ semp verũ est q si nõ detuli appellationi tuæ contra me interpositæ, q nõ teneris meæ contra te interpositæ deferre. Sed qđ dicitur in prædi. c. bonæ. obtinet, qñ sup eodem negotio appellatur hinc in de: vt quia tu primò legitimẽ appellasti, ne aliqd in tuũ præiudiciũ facerẽ. ego vero tuæ appellationi deferens facio illud, contra qd appellasti, & appello ad tuitionẽ eius, qđ cõtra tuã appellationẽ feci. Certè nõ teneris appellationi meæ deferre: vt in c. bonæ. Et sic potest intelligi præd. cap. ex pre. & c. an sit. Et põt hoc intelligi ff. de dolo. si duo. Sed si ego in alio negotio, puta

a ¶ De elec. dudum. ij. in gloss. nunquid in hoc. super versi. dispensatur.

b ¶ Romana. lib. vj.

ADDITIO. ¶ Adde versi. seq. ibi: sed quæro an attentata pẽdente appellatione innouata, à parte reuocentur de plano & sine libello, ex solo iudicis officio? Vide Bal. in l. appellatione. col. ij. ver. quæro vtrum. C. de appel. & Oldra. cõsil. ccvj. incip. in causa in princip. vbi qualiter attentata lite pendente vel post prohibitionem iudicis, veniant reuocanda: & an attentata post appellationem possint peti reuocari litis contestatione sup principali non obstãte. vide do. de Ro. deci. dxxxv. incip. si pars. in nouis deci. Henricus Ferran.

c ¶ Super literis. Facit quod nota. s. §. de officio. versicul. sed nunquid in eo.

d ¶ Obtinuit. Supple, et male. ex quo petebatur in libello, ante omnia fieri reuocationem: super quo vide qđ plene scripsi, eo. ti. non solum. lib. vj. post prin.

e ¶ Appel. dilecti. ij. in glos. dicit Inno.

f ¶ Vt debitus. Vtriusq; quod dictũ ibi vide in glo. dixit Inno.

g ¶ Quamuis. lib. vj.

b ¶ Qualiter. Allegatur ille §. pro vltimo: quia habetur alter §. s. eo. tit. qui etiam incipit, qualiter autem appella. quòd author non aduertit.

a ¶ In princ. Quam hodie non habemus.

b ¶ Secundum T. Dum exponit versus, de quibus §. versicul. xxxvij. dixi in §. in quibus.

c ¶ Iam dixi. no. casus, quos §. proxi. posuit ante vltimum.

d ¶ Disputandam. Similis est quaestio magistri Pithagorae oratoris & discipuli Euathli, quam ponit Aulus Gellius libro v. & in Speculo histo. libr. iiij. c. lv. quae talis fuit: Discipulus, qui conuenerat magistro grande precium die, quo primam causam apud iudices orasset, & vicisset: cùm valde profectus esset causas nõ recipiebat: ob hoc magister litẽ cum ipso ingressus, & contestatus est. Cõcludebatq; contra eum, quòd si vinceret, ille necesse habebat propter sententiam soluere. Si verò vinceretur ille, debebat ex vi pacti praedicti: haec aequè discipulus reuoluebat in ipsum. Iudices videntes hoc inexplicabile, causam iniudicatam reliquerunt. Videbatur tamen diffinire posse per regulam, cùm stat. de regu. iur. lib. vj. quae habetur. ff. eodem titulo. in iure ciuili. & per regulam, in omnibus causis. j. eo. titu.

puta electionis, appellationi tuae non detuli in alio negotio, puta super vinea, contra te appello legitimè. bene debes appellatiõi meae deferre: aliàs cassabitur quod contra eam feceris. Item q appellans renunciauit appellationi: procedẽdo postea coram eo, à quo appellauit, vel aliqd faciendo vel petendo coram eo, vel forte transegit. extra, de offi. delegatorum. & de testi. cũ venissent. ff. de mino. si filius. ff. ad Mace. si filius. vel recipiendo terminum ad soluendum iudicatum. Quae dic vt §. in quibus. versicu. xxix. vel expressè appellationi renunciando vt C. de tem. appella. l. fi. §. fin. ff. à quibus appel. nõ li. l. j. §. si quis. extra, de pact. c. j. ij. quaestio. j. si quis libellos. & in decre. Alexand. quarti, de appellatio. & proba. in princip.[a] ¶ Idem etiam operatur tacitum pactum secundùm T.[b] C. de iureiurand. l. generaliter. §. sinautem. etiam dixi.[c] ¶ † Et nota quòd cùm sit pactum de nõ appellãdo inter partes: aut fit ante lit. contestat. aut post. si post: aut fit ante sententiam, aut post sententiam. ¶ Si ante lit. contesta. dicunt quidam non valere nisi factum sit de omnibus causis: quas habent adinuicem: sicut alias dicitur de pacto. quod si vn⁹ posset in aliquo decipere alium, quòd non posset deceptus cõqueri. ¶ † Quid si quis ita dixerit, si obtinuero, nolo quòd mihi tenearis: reus verò dicit iudici, domine iudex, non cõdemnes me: quia & si facta esset condemnatio, nil posset à me exigi, iuxta praemissum pactum. Actor contradicit, imò es condemnãdus: quia ita demum feci pactum si obtinerẽ, & nõ obtinui. Hanc quaestionem scholasticis iuris relinquimus disputandam.[d] Vel dic valere, si fiat super lite certa, mota, vel mouenda. C. de tempori. appel. l. fi. §. fin. Si verò pactũ fiat post litem contestatam ante sententiam non videtur valere: quia renunciatur iuri, quod sibi competere quis ignorat. §. de conclusio. & renun. versic. cessat autem. ¶ Sed dic contra. Nec obstat quod dixi: non enim ignorabat hoc ius sibi competere, licet ignoraret contra quem sententia ferretur: quod si post sententiam fiat, non est dubium quin valeat: vt in praedicta lege. C. de tempori. appellatio.

A D D E Vt per Ange. consi. clxxxvij. incipiente. A. & B. vbi de Specu. hic facit mentionem.

Bald. De appellationibus. *Rubrica.*

An in causa appellationis sit necessarius libellus. Et an appellatio interposita, habeatur loco libelli, vide j. de libelli concept. §. nunc videndum. versiculo antepenultimo. & in titulo de appel. §. de offic. versicul. cognito igitur. & de litis contesta. §. ij. versicu. sed cùm in causa. G. Si appellatur ab interlocutoria, non est necessarius libellus. quia appellatio facta in scriptis cum expressione causae, habet vim libelli. Sed si appellatur à diffinitiua, & quaestio sit ordinaria, requiritur libellus. G. Vide infrà eodem. §. iudicium dicitur inchoari. vbi omnino vide. ¶ Non sufficit reseruationem alicuius beneficij, vel inhibitionem vel decretum peruenire ad notitiam generalis procuratoris capituli. §. post princip. G. ¶ Ratihabitio debet interuenire, quid & in quo operetur, alias non valet. puta post terminum perimentem id, quod ratificatur. ff. de appella. reci. l. j. in gloss. ordi. versiculo porro. G. Nam terminus iuris quaerendo appellationi appositus: idem vel plus q̃ renunciatio operatur idem quo ad se: vt not. ff. de nego. gest. l. sed si ego plus quo ad aliud. ff. ad Trebellia. l. facto. §. si quis bonorum. & ibi per Iacob. debet etiam id, quòd ratificatur esse in potentia recipiendi substantiam vel qualitatem à confirmante: vt nota. ff. de lega. j. l. talis scriptura. G. ¶ Quo ad appellationem interponendam in capitali, omnis persona est legitima, etiam si vna non intersit. versicul. & praemissa. ¶ Causa subiectorum tangit dominum & praelatum eorum. de appel. constitutus. versiculo item episcopus. G. ¶ A praecepto potest appellari, si interest: aliàs non. ff. de mino. l. ait praetor. §. permittitur. in §. in quibus. versic. sed vnde quid. Gulielm. etiam si fiat in confessum: vt no. ff. de appellationibus l. creditor. §. iussus. in gloss. ordina. Bald. Non tamen à praecepto guarentigiae: quia inhęret contractui, & pars eius est, & habet executionem paratam: vt j. eodem. §. minori. versic. Item illud praeceptum. j. eodem. §. dicunt quidam. ¶ Potestas condemnatus in syndicatu, vel alius officialis, non appellat, etiam de iure canonico. versiculo ij. Gulielm. ¶ Si à pronunciatione de exequendo appellatur, quia iudex, qui pronunciat, assumit partes iudicis, sed ab executione facti non appellatur: quia tunc iudex assumit partes executoris, nisi excedatur forma iuris. versiculo verò. Gulielm. vide s. de sententia. §. pronunciatio. ¶ A decreto alimentorum, quod officio iudicis interponitur, non appellatur: sed à sententia sic, si petatur per actionem. versiculo sed nunquid quando. Gulie. ¶ A sententia arbitri non appellatur, etiam ex conuentione versiculo quid si conuenit, Guliel. Dyn. contra l. consensu. Prima verior: quia non erit propriè appellatio quia debet fieri gradatim: sed arbiter non est in gradu iurisdictionis, sed erit querela, & reductio quaedam: vt ff. qui satisda. cogantur l. arbitrio. secundùm vnam lectu. & ff. de arbitr. non distinguemus. §. cùm quidam. Bald. Vide infrà eodem. §. sed pone quaestionem de facto. Quae differentia est inter appellationem & simplicem querelam à sentẽtia excommunicationis, versiculo, si dices. Guil. quidam pe. ¶ Vbi alicui denegatur audientia, appellatio interdicta videtur. versiculo xxxij. G. ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per praetorem. versiculo sed si dubitetur. ¶ An posit quis inhaerere appellationi aduersarij: Et an propter iniustitiam expensarum litis posit appellari. versic. xxxiiij. & sequenti quaestione de expensis intellige scilicet ab omissiõe: sed à condemnatione vel cassatione sic. extra, quod me. causa. capitulo super eo. per Innocen. ¶ Casus, in quibus appelletur ab interlocutoria, & grauamine, & de iure ciuili. versi. porrò. per G. Dic aut interlocutoria fertur ante litis contestationem aut post litem contestatam, aut post sententiam. Primo casu aut pertinet ad ordinationem processus, aut ad legitimationem personarum. si ad ordinationem causae, vt quia mandat iudex reo q respondeat, an sit haeres, vel possideat: vel statuit nimis breuem dilationem ad respondendum libello: & tunc non potest appellari. & hoc per regulam, quae dicit quòd ante litem contestatam non habet locum appellatio. C. de sen. & inter. om. l. fi. Si verò interlocutoria pertinet ad legitimationem personarum: tunc potest appellari: vt si iudex pronunciat se iudicem: vt C. ne fil. pro pat. authen. habita. per glo. vel si pronunciat aliquem legitimum principalem. ff. de mino. l. ait praetor. §. permittitur. extra, de appella. c. ex parte M. Et hoc per regulam, quae dicit, quòd ab interlocutoria appelletur vbi grauamen eius non potest tolli per appellationem à diffinitiua: sed illud est huiusmodi. C. de procura. l. ita demum. ergo &c.

¶ Secundo casu, scilicet post litem contestatam: tunc datur secunda, quę dicit quòd in medio, non est locus remedio appellationis. C. de episc. au di. l. secunda. Hoc fallit si iudex interloquitur super exceptione peremptoria, vel super aliquo capitulo praeiudiciali: quia tunc cùm trahit secũ praeiudicium in principali potest appellari. ff. de minod. intra vtile.

¶ Sed an a breuitate dilationis appelletur? Respondet glos. C. de dila. l. à procedente. quòd non. Non obst. ff. de accusa. l. Titia. quia ibi post interlocutoriam, quae absoluebat ab obseruatione iudicij, nec post dilationẽ ad agendum expectatur alia sententia diffinitiua. Item illa interlocutoria, trahit secum suam executionem. ff. quod met. cau. l. metum. §. sed licet. Et datur doctrina, q istis casibus potest appellari de iure ciuili, vbi interlocutoria trahit secum suum effectum: qua ratione ab interlocutoria, qua pronunciatur, libellum ineptum, posit appellare de iure ciuili: & ab interlocutoria, qua pronunciatur, appellationem esse desertam. Item cùm iudex pronunciat aliquem esse torquendum, vel comminatur, vel ad torquendum se parat, vel excedit modum torturae. ff. de appel. reci. l. ante. ¶ Tertio casu quando post sententiam iudex interloquit: tunc siquidem exequendo, an appelletur tunc: dictum est superius. Si verò aliter interloquendo: tunc videtur quòd posit appellari: quia non speratur alibi reparari. Bald. Vide §. titu. proximo mediato de multis interlocutorijs. & in titulo de senten. in principio.

¶ Interlocutoria suspenditur per appellationem interpositam non per interponendam. l. intra vtile. ff. de minoribus. versicul. fin. Gul. ¶ Si iudex quotidie grauat, semper tempus appellandi est in initio: vt si cogit ad locum non tutum. Si autem pronunciat, tunc à die sententiae currit tẽpus appellandi ab interlocutoria vel à diffinitiua. argu. ad princip. ff. de vsufru. accre. l. j. in fi. G. Alij dicunt q à die, quo editur sentẽtia, aliàs quo modo sit formare appellationem: sed hoc non placet, secundùm G.

¶ Sed qualiter prosequitur appellationem, si non potest docere de sententia? Dic vt not. de fide instru. c. G. perpetuus. per Innoc. ¶ Si quis dicat, si me grau bis, vel ne me graues, appello: praepostera appellatio est, & non valet: sed debet repelli illato grauamine. Si autem dico sic, peto reuocari grauamen. aliàs appello. bene valet appellatio: quia est à grauamine iam illato. Bald. ¶ Clausula, appellatione remota: operatur quo ad iudicem, à quo, vt non teneatur deferre appellationi: non autem parti adimit ius appellandi. G. Vide quod plenè notatur in authen. de iudic. vet. pe. collat. vj. in glo. ordi. G. & j. eo. §. quid operetur clausula, hanc clausulam vt deroges iuri nullus opponit nisi princeps, sed vt deseruiat iuri ipsam apponit omnis ordinarius. C. de sen. l. fi. Bal.

Incipiunt quædam dicta extrauagantia, conferentia ad materiam appellationis.

CONfessus in tormētis, vigore cōfessionis est condemnatus: quæritur an sit necessaria appellatio. Et videtur q̄ non: quia non fuit ordo seruatus: nā talem confessionem debent præcedere legitima indicia: & debent subsequi perseuerantiæ. ff. de quæstio. l. maritus. & no. C. de custo. reo. l. ij. C. de cōfessis. l. j. Solutio. Dic q̄ valet sententia, nisi appellet. Casus est notabilis in d. l. maritus. vide s. tit. proxi. §. ad mortem. & s. de confessis. §. iij. ¶ Sed quæritur an credatur instrumento, quo cauetur quod talis fuit sponte cōfessus? Respondeo, de confessione bene statur instrumento q̄ spōte hoc non probatur per instrumentum, sed sola iuris præsumptione. Facit quod not. Innoc. in c. super hoc. de renunciatione. ¶ Minori xxv. annis factum est præceptum guarentigiæ, sine authoritate curatoris: quæritur an sit ipso iure nullum, an verò per appellationem rescindendum, ao vero per restitutionem in integrū. Et videtur q̄ sit nullum ipso iure, sicut in filiofamilias: vt nota. in l. finali. §. necessitatem. C. de bonis quæ libe. In contrarium videtur: quia contract⁹ valet: ergo & præceptū ei additum ad robur & executionem contractus. Nec enim hoc est figura iudiciorum. argu. ff. de bonis paternis. l. seruus. & idē in filiofamilias. argu. notatur in l. j. C. qui admit. ad bo. pos. Item valet confessio minorum, licet detur restitutio, secus in sentētia. Et ratio differentiæ est, quia confitendo consentit, secundùm Dy. Item illud præceptum est in interlocutoria: vt nota. in authen. de litig. § ad excludendas. C. commi. vel episto. l. interlocutio. licet habeat executionem paratam vt not. Cyn. C. de confes. l. j. Sed minor patitur interlocutoriam, maximè voluntariæ iurisdictiōis: vt est tex. ff. de minori. l. ait prætor. §. permittitur. quod verū credo q̄ valeat, si carebat minor, id est, adultus, curatore. Nec habet locum appellatio: q̄a est præceptum conuentionale. Restitutio tamē in integrum implorari potest, & obtineri, probata læsione. ff. de minoribus. l. ait prætor. vide s. eo. tit. §. accepto. & j. §. sed nunquid ex. G. ¶ Tutori tutorio nomine est factum præceptum guarentigiæ: quæritur an contra pupillum executioni mandatur. Et videtur q̄ non: quia confessio tutoris, cui adhæret præceptum, non nocet pupillo. ff. de admi. tuto. l. Lucius. §. tutelæ. C. de dona. l. non abstulit. Nam quando tutor confitetur per modū contractus, & proprio motu, non nocet pupillo: sed tantùm cùm in iudicio cogente & mandante iudice vt not. Cy. in d. l. j. C. de confes. In contrarium videtur q̄ tutor nomine pupilli rectè cōtrahit. ff. de euic. l. iij. Solu. Aut præceptum opponitur promissioni, aut confessioni. Primo casu valet præceptū: quia ex promissione tutoris, pupillus obligatur, si concernat administrationem. Secundo casu secus. ff. si cer. pet. l. ciuitas. Sed in generali procuratore maioris, videtur vtrunq; valere. ff. de insti. l. fi. Bal. ¶ Sed nunquid ex præcepto guarentigiæ oritur actio? Videtur q̄ sic: vt l. fi. §. necessitate. C. de bonis quæ libe. in glo. ordi. In contrarium videtur q̄ non oriatur, nec officium iudicis. C. comminat. vel episto. l. iudex. Solutio. Aut illud præceptum est factū formiter: & tunc illa actione debeat agi. ff. de iureiu. l. si duo patroni. §. penulti. Aut informiter, & sine causa: & tunc non valet præceptum: vt not. Dy. ff. de lega. j. l. filiusfamilias. §. diui. Nam causa soluendi, præcedere deberet præceptū, & non subsequi: vt l. iudex. ¶ Vel dic q̄ ista præcepta tabellionum (qui sunt etiā iudices chartularij) non habent executionem de iure communi: quia isti sunt iudices sine executione, & sine administratiōe: nisi fiat prorogatio in vero iudicio. ff. de iudi. l. j. & ideo præcepta eorum non habent executionem paratam: sed per statuta locorum mandatur executioni officio iudicis: à qua executione potest appellari: quia nō est executio rei iudicatæ, imò inchoatur ab executione mandati: si tamen instrumentum non esset liquidum, prius debet liquidari, q̄ executioni mādari. C. de senten. quæ sine certa quanti. l. fi. & l. j. C. de compen. l. fina. quæ liquidatio poterit peti officio iudicis: quia est para præambula executionis. Vide s. eo. §. minor. Bal. ¶ An contra præceptum guarentigiæ potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ: videtur q̄ non: quia l. in cōtractibus. loquitur in confessione contractus, non in confessione iudicij. & ista confessio fit coram iudice, & sic in iudicio: vt no. C. de confes. l. vnica. nec potest infringi, quia non sedent pro tribunali notarius: quia hoc non requiritur, cùm fiat de plano. ff. de interroga. actio. l. noluit. §. j. in prin. quia propriè non fit in iudicio, quod fit coram notario, absente iudice. de libe. causa. l. iubemus. & de iure fis. l. instar. lib. x. Sed ad hoc respōdeo: quia iste notarius duplex publicum gerit officium, C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. §. his tabellionibus. Solutio: dico q̄ cùm de iure communi hæc exceptio apponitur, & omnes aliæ: cum omnia sit de his discussum: similiter vbicū q̄ res incipit à præcepto. nam causæ disceptatio subsequi debet. ff. de noui oper. nunci. l. de pupillo. §. meminisse. & ibi not. Bal. & j. de re mili. §. idem iudex debet. ¶ Sed quid si iudex fecit executionem guarentigiæ, reiecta exceptione nō tanq; falsa, sed tanq; exigente longiorem terminum: an postea poterit retractari executio, si exceptio vera iudicetur? videtur q̄ sic: vt ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hæc verba. extra, de pur. vul. c. j. ff. si mul. ven. no. l. j. §. j. extra de iureiu. c. debitores. ff. de appel. l. cùm ex causa. In contrariū ff. man. si fideiussor. §. in omnibus. sed ibi in diffinitiua, quæ trāsijt in rem iudicatam. Solu. Cognitio summaria non derogat veritati. ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. quod si super rebus. & l. penul. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. Bal. sed nunquid à tali interlocutoria, qua exceptio repellitur, potest appellari? Respondeo, sic cum causa, & in scriptis. C. quorum appel. ab executore. §. fi. & patet in c. dilecto. de appel & notatur in c. cupiētes. de elec. lib. vj. in glo. Gulie. Bal. Nota q̄ iudex appellationis non debet iudicare, nisi visis actis primi iudicis: nec valet sententia, non visis, nec productis actis. C. de edendo. l. ij. per Accur. ¶ Ergo ago contra te vti possidetis: pendente iudicio expello te: via me accusare criminaliter de vi: an potest? Dic q̄ non. Et si iudex te exaudit vel pronunciat super accusatione procedendo, vel me interim condemnat, appello. C. de appel. l. ij. secundum secundam lecturam. quod est notabile. Bal. & sic possessorium ciuiliter motum facit supersedere iudicium criminale. Sed Io. nnes ponit ibi casum per l. ij. ff. vi bo. rap. s. q̄ agens ciuiliter, interim non potest agere criminaliter, non quòd processus sit nullus, sed quod potest annullari per appellationem. quod etiam est no. scilicet q̄ exceptio dilatoria præposterationis obiecta & reiecta, non reddit processum nullum: sed causa appellationis de nouo ventilatur. Item si non opponitur, processus non vitiatur: vt no. ff. de euic. si mancipium. §. si communi. Bal. ¶ Quidam appellat ex pluribus causis, non protestans q̄ non adstringit se ad omnes probandas: tandem nō probat, vel non prosequitur nisi vnam: quæritur an videatur appellationem deseruisse propter alias causas desertas vel non probatas. Dic q̄ non: quia vna bona causa sufficit. ff. de appel. l. appellan. §. non solent. secundùm Accurs. ¶ Illa ergo protestatio, non adstringens se, &c. non est necessaria: vt notatur Institut. de excusa. tuto. § si plures. nisi quando quis videtur se adstringere: vt quia vnum illorum veniat qualificandum ad aliud. argu. ff. de institurio. l. habebit. secundùm Bart. ¶ Quandoq; etiam non videtur quis se adstringere quin possit qualitatem detrahere. ff. de noxali. l. in delictis. §. si detracta. ¶ Sed quid si quis appellando allegat vnam causam tantùm, & probat aliam, an sufficiat? Videtur q̄ non. C. de petit. hæredit. l. hæreditas materteræ. Sed dic q̄ contrarium loquitur in appellatione à diffinitiua. ff. de appel. scio. Et idem dico si in libello appellatorio quid simile fiat: secus in libello causæ primæ: quia est de substantia illius libelli: vt not. in l. j. ff. de edendo. vide in Clemen. appellanti. de appel. ¶ Sed an est necesse q̄ appellans offerat libellum conuentionalem appellato coram iudice ad quem? Videtur q̄ non. Nam si actor appellat: sufficit sibi libellus, quē obtulit iudici, à quo. Si autem appellat reus: tunc reus non debet offerre, libellum, sed recipere. arg. ff. de eden. l. ij. & l. si quis ex argentarijs. § fina. arg. ff. iud. solu. cùm apud. & hoc tenet Inno. de offic. dele g. cum contingat. Alij hoc fatentur si in causa prima non desyderatur libellus: quia appellatio non mutat naturam litis: sed consuetudo seruat q̄ offeratur libellus, super quo fundatur processus causæ. Bal. Vide j. eo. § iudicium dicitur inchoari. ¶ Et nota quod si in libello vel in ipsa appellatione erretur, error potest corrigi. C. de appel. si quis libellos. l. si tempora largiuntur. ff. de adul. l. accusatus. & l. edita. C. de eden. ¶ Et nota q̄ lex vocat appellationem libellum appellatorium. C. de appel. l. eos. §. pe. & l. si quis libellos. Aliquando vocat appellationem vocem appellantis. eo. tit. l. litig. & l. locati. B. ¶ Sed pone q̄ quia appellat bis ab eadem sententia intra decem dies, puta statim viua voce, & sequenti die in scriptis, sicut quotidie fit: tandem prosequitur appellationem secundam, & non primam. Elapso anno à tempore primæ appellationis dicit appellatus appellationē esse desertam, & non prosecutam: appellans dicit econtra, se prosecutum secundam, & licuisse sibi geminare appellationem, & exigere secundam: & annum à die secundæ computari. Quæritur quid iuris. Videtur q̄ appellatio prima sit deserta: quia eam non est prosecutus. arg. ff. de fideiusso. l. stipulatus es opus. ff. de collat. bonorum. l. non tamen q̄. quo facto videtur sententia non confirmari. In contrarium videtur, quia bis appellās, duo iura habere videtur: & obtinendo

tinendo vnum, non perdit reliquum, quod est longioris vitæ. ff. de serui. vrba. prædiorum. l. si domus. ff. mandi. l. si mandato. §. interdum. ff. de castren. pec. l. pater. Sed ad hoc respondetur quod illæ non sunt duæ appellationes, sed est vna in substantia. Nam per primam rescinditur sententia, non per secundam: vnde secunda non est secundum virtute appellationis, sed est magis prosecutio & approbatio primæ appellationis: & ideo tēpora primæ computanda sunt. Et si decimum debet mitti ex forma statuti intra xx. dies computatur tempus à die primæ appellationis: bene tamen fateor quod non nocet geminare appellationem: sed frustra fit per posterius quod potest per prius: nisi forte secunda appellatio esset plenior prima. arg. ff. de litere. insti. si ita scriptum fuerit. & ff. de vulg. subst. l. fi. §. j. vel nisi appellaret denuò, emendando vel mutando. C. de appel. l. si quia libellos.

16. de hoc in cle. j. de do. & contu. Bal. ¶ Sed pone, statutum dicit, quod ille qui appellat, debeat mittere in communi sex denarios pro libra intra decem dies: & proceditur in appellatione. modo quidam per errorem calculi, soluit aliquantulum minus. Item non processit ad alium actum quam ad citationem, quæritur an sufficiat. Et videtur quantum ad primum, quod modicus error non vitiet. ff. de cond. & demon. l. quis. & arg. ff. de ædil. edic. cui debes abest. Quo ad secundum videtur quod sufficiat citatio: quia citatio est de processu iudicij vt Insti. de pœ. te. liti. §. fi. ¶ Item in causa appellationis idem operatur citatio, quod in prima causa contestatio litis: vt no. C. de tē. ap. l. fi. §. illud. In contrarium videtur, quo ad primum quod error vitiet. ff. de appel. reci. l. semper. Item ad secundum, quod non videtur sufficiens prosecutio, simpliciter citatio facit in aut. de litigiosis. §. omnem. ¶ Nam citatio dicitur esse præludium iudicij, non principium: vt no. in aut. in medio lit. nō fi. sa. for. alias, iussiones. §. fi. collat. viij. Solu. Quo ad primum passum, dico quod decimum non est sufficienter solutum. Nam debuit integraliter à principio solui, vel suppleri donec tempora suffragabuntur. Quo ad secundum dico quod sola citatio sufficit, nisi sit circundata: quia citatio est de processu. Facit quod not. in l. j. ff. de minus vo. & de actio. & obli. l. cōstat. & C. de præscri. lon. temp. l. j. de præscri. xxx. annorum. l. sicut. per Gul. Item attende bene quid verba dicunt, & ad quid terminus assignatur, vt ff. de contrahē. empt. l. qui fundum. quæ est multum not. sed videtur quod non sufficiat citatio, nisi libellus appellatorius fuerit oblatus iudici: quia lex dat hunc ordinem, quod primò offeratur libellus conuentionalis iudici: deinde emanet citatio super libello porrecto, non super porrigēdo. C. de præscri. xxx. annorum. l. sicut. C. de annali exceptione. l. fi. Ad quod ego respondeo, quod nulla lex dicit quod de substantia citationis sit, quod libellus primò offeratur iudici sed solum est de bene esse. de dila. c. ij. per Bernar. glossatorem. facit in aut. de litigiosis. §. ad excludendas. Sola autem libelli oblatio facta iudici, non sufficit, secundum Barto. C. de in ius vocan. super rubrica. Bal. ¶ Sed pone

17. quæstionem de facto: quidam petijt rescissionem laudi dicendo peto rescindi remedio appellationis: an ponetur pro nomine reductionem ad arbitrium boni viri? Respondeo, satis imperite loquitur ille: tamen libellus debet exponi congrue. argu. ff. de iureiur. l. sed & possessori. §. ij. & quod not. ff. familiæ erciscundæ. l. j. §. & puto. Nam verba ex toto repugnant. ff. de hære. insti. l. talem. §. fi. quia reductio species est appellationis. ff. de arbitris. l. non distinguemus. §. cum quidam. in fi. Bal. Vide §. de arbi. §. an processus. & §. eo. titu. §. sententia arbitri. ¶ Sed quid econtra si ille, qui verè appellat, non fuit vsus verbo appello, sed dixit reclamo ad superiorem? Dic quòd sufficit, mente considerata, secundum Speculatorem. arg. C. de testamē. l. quoniam indignum. Simile nota. C. familiæ erciscundæ. l. quoties. Itē si dixit, conqueror. argu. l. si ab arbitro. ff. qui satisdare cogantur. Bal. Sed

18. pone quæstionem de facto, dicit statutum quòd condemnatus de homicidio, non possit appellare: modo Titius commisit homicidium, cui Seius ad euadendum de manibus curiæ præstitit operam, & inde damnatus est. Quæritur an possit appellare. Hic videndum est quis dicatur condemnatus pro homicidio. Et videtur quòd omnis particeps delicti, siue participet consensu & consilio, siue facto & opere, et qui accommodat ensem ad hoc faciendum, siue operam, vt qui præstat auxilium vel fauorem in ipso actu, vel postea. ff. de mino. l. auxilium. §. in delictis. in verbo, pro adultero. hoc enim verbum pro homicidio, non solùm significat veritatem, sed paritatem. ff. de sicarijs. l. j. §. diuus. & similitudinem: vt no. ff. de verb. signi. l. mentis. & facit C. de confessis. l. j. in verbo, prædicarōs. & C. de interdi. l. si tutor. Sed mihi videtur quòd condemnatus ex isto capite, s. quòd præstiterit auxilium fugæ, non condemnetur ex eadē specie criminis: vt ff. de pœ. l. Metrodorum. Nam & dictio pro, causam immediatam significare consueuit: & ita consului in simili quæstione Ægidij domini Sabinensis, cuius constitutio dicat quòd omnes bannitò admittantur ad gratiam, præter con-

19. demnatos pro homicidio. Bald. ¶ Ad priores siue antiquos pertinet quædam electio ad præsidium illius ciuitatis, i. ad potestatem, vt C. de præscri. lon. temp. l. fi. pertinet confirmatio. Modo pone quòd Potestas committit prioribus vices suas, qui ratione proprij officij eligūt, & rationem commissionis confirmat, à qua confirmatione iste electus & confirmatus vult appellare: Quæritur an debeat appellare ad Potestatem?, an ad superiorē. Item quæritur an Potestas potent committere prioribus vices suas. nam si non poterit, appellatio ab impossibili nō est necessaria. ff. de app. l. si cōstat. & videtur casus quòd valeat commissio, & quòd ad ipsum committentem sit appellandum. ff. quando ap. sit. l. j. §. solent. Sed certe ille §. hoc non dicit. nam ibi non fuit commissio præsidis: quia ibi decuriones illud per se fortè fecerunt ex consuetudine loci: vt notatur in aut. de defen. ciuit. §. interim. sed ibi fuit nudum consilium cadens super certo. Vnde ad consulentem appellatur, non obstante quòd consuluerit, & non obstante etiā quòd interfuerit vt consiliarius, nō vt vocem habens, vt ibi dicitur. Quod ergo non valuerit commissio & remissio facta in priores, probatur: quia videtur electa probitas & industria personæ. ergo delegari non potest. ff. de offi. eius, cui man. est iurisd. l. j. in principio. Nec potest quis committere animi sui motum: vt notatur ff. de arbitris. l. sicuti. Nec potest quodlibet officium delegari: vt not. in aut. de tabel. §. nos autem. Non obstat l. item eorum. §. si decuriones. quia ibi concessio facta decurionibus à iure, fit eia generaliter, & in rem, non in personam. Item fit intuitu eorum, quibus conceditur, non intuitu tertij: & ideo alteri committere non possunt. Solu. Aut ista commissio cadit super certo, puta quód cōfirment Titium: & valet: quia ipse propriè facit, qui committit. ff. de manumis. vindi. l. pater ex prouidentia. Aut super incerto quód eligant, quem volunt, & confirment: & tunc est dubium an ista vaga remissio valeat? Et videtur valere: quia remittens habet ordinariam potestatem à lege, non delegatam. ar. ff. de iurisd. om. iud. l. more maiorum. quod verum credo: quia confirmatio est actus iurisdictionis, quam Potestas potest delegare. C. de senten. ex breuic. reci. l. fi. in glo. Item requirit modicam industriam, non exactam peritiam, sicut requireret officium prædicandi. arg. not. per Innocentium de offi. deleg. c. quoniam apostolicus. Item quia hoc expedit publicæ vtilitati, quod possit alij committi. C. vbi & apud quos. l. fin. in ratione sui. si commissio fuit limitata ad certam personam: ipse committens grauat. & ideo ad alium si appelletur in genere: tunc ad committentem. Similem distinctionem facit C. loc. l. cùm in plures. §. seruus. & not. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. j. ¶ Et nota quod electi à superiore, vel domino, vel ciuitate ad aliqua regimina, tenetur ea acceptare: vt not. in d. §. interim. & ff. de muner. & hono. l. si quis magistratum. & si grauantur, debent appellare. ff. de appel. l. lij, qui ad ciuilia. Vnde iudices communis Perusij & Potestas. extracti ad regimen castri huius ciuitatis, non possunt renunciare. Idem in eo, quem ciuitas deputat in causa vertente inter se, & suum ciuem: de quibus habetur C. de sentent. l. cùm sententiam. in glo. & C. de sen. quæ sine certa quant.

20. l. ij. in fi. glo. ordi. Bald. In feruore tempore rebellium, fuit ordinatum per consilia communis, quód eorum vxores essent & intelligantur exbannitæ communes. pro eorum parte dicit quod illud statutum est nullum, & petitur declarari tanquam nullum, & si esset aliquod appellatur. Quæritur quid iuris. Et videtur quod statutum sit nullum. ff. qui, & a quibus. l. & si priuatus. ff. de appel. l. si constat. ff. de polluti. per totum. vel saltem sit iniquum: & obstat exceptio doli. argu. ff. de exceptione doli. l. j. in fin. quia nec debet fieri lex post factum, sed ante factum. C. de decur. l. pen. lib. x. nec debet alius pro alio forbanniri: vt no. in aut. vt nulli iudi. §. quoniam vero. In contrarium videtur quod non possit appellari quia ab iniquitate statuti non appellatur. ff. de appel. recipiendis. l. fi. Nec debet dici iniquum cùm publicæ vtilitati expediat, & contra publicam vtilitatem, non procedit appellatio. ff. de ap. recipiendis. l. constitutiones. Item valet statutum post factum, emanans etiam contra certam personam ex causa. ff. de capi. dimi. l. amissionē. §. j. secundùm vnam expositionem. & lex quandoque fit super vna persona. ff. de capti. l. v. §. fi. & lex, etiam dura, seruanda est: vt l. prospexit. ff. qui

21. & à quibus. quod verum est si publicè expediat. Bal. ¶ Quia verus contumax appellauit: iudex ob reuerentiam superioris vel iuris imperitiam detulit appellationi: quæritur verum non obstante, quod detulerit, suam sententiam exequi possit, an videatur à se suam iurisdictionem abdicasse. ¶ Circa quam materiam nota casus quatuor. Nam interdum appellationi defert lex & iudex: & tunc nihil innouari potest. Interdum lex, & nō iudex: & tunc aut ratio impediens est manifesta, & potest exequi, vt hic not. in l. j. ff. nil no. app. pen. Aut ratio est occulta, puta erat verus contumax, tamen hoc non apparebat iudici: & tunc dicit Ioannes And. hoc notum videri quod iudex à quo non in figura iudicij informet se de veritate, & sic postea exequatur, vt ipse notat in cle. j. de dolo & contu. quod verum credo: quia in hoc procedit vt executor iuden non est iste actus de processu causæ, nec citatio cequitur. arg. no. ff. de bonorum possess. l. iij. § pe. & per Innoc. de appel. c. ex ratione. Interdum non defert lex, sed iudex à quo: & tunc aut est certum quod non debet deferri, aut est dubium. Primo casu aut appellatio est prohibita fauore publico: & tunc debet fieri executio. C. quorum app. non recip. l. nulli. Item forte si appellantis odio, vt in vero cōtumace. nam & hoc casu contempta maiestas prætoris iudicatur. ff. de iurisd. om. iud. l. si familia. Idem si propter litis naturam, vt in possessorio: quia factum prætoris iuri derogare non potest. ff. de ferijs. lege. j. Si verò est dubium: tunc qui detulit appellationi omnem iurisdictionem à se abdicare videtur. Facit C. de relat. l. j. ff. de app. l. ad principem. & l. ad Imperatorem. imò leges istæ nil faciunt: quia loquuntur in remissione, quæ fit ante sententiā, non in dimissione & absolutione. Nam iudex, qui dat apostolos dimissorios, super appellatione à diffinitiua, videtur absoluere interim ab obseruatione suæ iurisdictionis arg. ff. de minoribus. l. intra vtile. ideoque dimissorij vocantur apostoli. Item quid aliud est dicere defero appellationi, nisi superiori iudici cedo locum? Vnde qui cedit, hoc actu legitimo & solenni abdicat à se iurisdictionem & interdictionem: & transfertur in superiorem, tanquam in suum succedaneum. l. pen. ff. iudi. solui. & facit in ratione sententiæ cap. cū appellationibus. §. si verò iudex. de appel. lib. vj. Bal. Et ex hoc collige vnā

nota dignū, q aliquando non valet appellatio iure appellationis, tamen valet iure dilationis: vt ibi per Archi. Bal. ¶ Qui appellat quadā tali præsumptione, præsumitur habere malā causam. ff. de euic. l. Herennius. §. Caia. in gl. ¶ An testes examinati in prima causa, non tamē publicati, possunt aperiri in causa appellationis: an verò pereunt. nam quia idem videtur iudiciū, videtur valere. Sed quia diuersa est instantia, videtur cōtrariū: vt l. gest. C. de re iud. & ff. q in fraud. credi. l. iij. Sed nō videtur q hęc quęstio procedat: q2 sententia videtur ipso iure nulla, si iudex nō publicauit processum: vt not. in l. prolatā. C. de sententijs. nisi loquaris nō de testib⁹ pductis in principali, sed sup incidēti. ar. ff. de compensa. l. quod in diē. §. si rationi. Credit q iudex appel. posset publicare & emendare vitiū in hoc actu, sicut & in alijs. arg. legis, per hanc. C. de tem. appella. Bald. Quidā pmisit repræsentare Titium dño Potestati: Ptās cōdemnauit Titiū: ille Titius appellat: iudex appellationis vult cogere promissorē vt sistat eum: quæritur an possit? Dic q no. l. pe. ff. iudi. sol. ¶ Sed si non est appellatū: an potestas possit cogere ad sistendū? Dico etiam q no. ff. de fideiuss. l. Græce. §. post litem. qđ est no. Bal. ¶ An in causa appellationis veniāt expensæ reficiendæ: dic q sic: vt l. a proconsulib⁹. in fi. C. de app. Si autē succūbat appellatus: tunc dicit Accur. C. de re. cre. l. generaliter. §. si iudex. q non condēnatur in expensis. quod verum est in contrarijs sententijs: quia sñīa dabat ei titulū litigādi, nisi esset euidēter iniqua: vt no. Archidia. in c. cordi. ad finē. de appel. lib. vj. & ibi vide peū. ergo ex primis actis & psonis perpendā ex quib⁹ patet qualis sit iniquitas. ¶ Per appellationē ab interlocutoria trāsfert cognitio ad iudicē ad quē: & iudici a quo est impositū silentiū ad procedendū ipso iure, qñ talis est interlocutoria, quæ præiudicat in principali negotio. ff. de minu. l. intra vtile. Si autē esset interlocutoria alterius naturæ: tunc pōt procedere iudex à quo sup alijs capitulis. C. de re. cre. l. generaliter. §. si iudex. donec ei inhibeatur per iudicem ad quem: quam inhibitionē non pōt facere antequā appellatio corā eo introducatur & citetur appellatus: quo facto etiā si dubitatur, an sit appellatio recipienda vel nō, debet fieri inhibitio. de offi. deleg. c. pastoralis. per Inno. & no. in c. Romana. de app. lib. vj. per Archid. & probatur C. de app. l. iij. Bal. ¶ Nō admissus ad opponendū, eo ipso est grauatus. arg. ff. de re milit. l. iij. §. si ad diē. Item si admissus ad opponendū. & nō admissus ad probandū: cum se obtulisset pbaturū, eo ipso est grauatus: quia mos ei geri debuerit. ff. de probat. l. circa. Vnde quia in eo iuris ciuilis obseruātia defuit, meritò appellat: & iudex appellationis ex hoc grauamine debet pnunciare eum iustè appellasse: & tollere grauamen de medio, faciendo id, quod si iudex primus fecisset, nō grauasset, scilicet admittere exceptiōes, & recipere pbationes: sed si postea ex receptis apparet q appellās in causa principali caret iustitia, pronūciabit cōtra eum in facto principali. & sic idem vincet, & vincetur, de appel. Romana. p Archi. Hostiē. Bal. appellās à diffinitiua vigore cōfessionis, cōdemnatus non tenetur exprimere causam quo ad substantiā appellationis: sed quo ad hoc, vt iudex à quo teneatur ei deferre, sic: vt in cap. Romana. p Archi. Et q possit appellare, probatur tripliciter. Primò, quia lex dicit q error confessionis potest reuocari in causa appellationis: ergo supponit q possit appellari. C. de erro. aduo. l. fi. ¶ Secūdò, q2 lex dicit q cōfessus & conuict⁹ nō appellat ergo secus in cōfesso tantū. C. quorū appella. non recip. l. fi. & l. obseruare. ¶ Tertiò hoc expresse legitur & not. ff. de app. l. creditor §. iussu. Sed hoc videtur falsum. nam à cōfessione non appellatur. Item certū est q à cōfessione oritur actio. ergo non tollitur per appellationē, licet ex alio genere probationis non oriatur actio. ff. de iureiu. l. sed & si. possessori. §. pen. ¶ Solutio. Dico actionem natam, sed reuocabiliter: vel forte fingitur non nata ex cōfessione, postea secuta sñīa. argu. ff. iudic. sol. l. cūm quærebatur. vide j. eo. §. quæstio talis est. & §. pen. & j. de confessis. §. confessus potest. & j. tī. pximò §. iiij. ver. sententia verò præceptu. vide j. eo. dicunt quidam & j. de regu. iuris. §. item nota q in confessis. ¶ Appellatio debet interponi coram iudice a quo, si eius copia haberi non pōt, debet appellari corā iudice ad quē, vel corā viris honestis: vt in cap. appellatio. per Archid. Si verò tantus est horror q loqui nō audeat, habetur pro appellante. C. de relat. l. j. secundùm vnam lecturam. In dubio potius statur appellationi q sententiæ. in capi. si à iudice. de appel. lib. vj. per Archid. & facit ff. de excusati. tuto. l. dicim⁹. in ratione sui. Et nota q appellatio est fauorabilior quā sententia in principio litis: in medio est par: in fine autem est fauendum sententiæ, si acta patiuntur. ff. de euict. l. Herennius. §. Caia. ¶ Capitulum expensarum venientium ex interlocutoria non reficitur per appellationem a diffinitiua: quia prosecutio expensarum nil facit ad negotium principale: vt in capi. fi. de appella. lib. vj. per Archid. ¶ Postq iudex à quo dedit appellanti apostolos dimissorios, non potest reuocare interlocutoriam. Idem per Archi. Bal. ¶ An quando appellatur ab interlocutoria, quæ habet vim, diffinitiuæ vel eius vigorem possit appellari illico viua voce, & sine expressione causæ grauaminis: videtur q sic: vt notatur in cap. peruenit. extra, de appella. in Nouella. Et sic debet intelligi quod notatur ff. de appella l. scio. vide j. eo. §. si iudex pronunciat. ¶ Dubium fuit an sufficiat petere apostolos sæpius in eodem instanti? Et videtur q non: vt notatur in simili ff. de pigno. actio. l. si conuenerit. Nam & qui semel petit, semper insistere videtur. ff. de vsuris. l. mora. ergo non sufficit semel: sed ter diuersis vicibus petere debet. argumen. ff. de verbo. obliga. l. qui Romæ. §. cohæredes. Sed contrarium est verum. Bald. ¶ Dubium fuit an sufficiat porrigere scriptam & non lectam sententiam appellationis coram iudice. argumen. quòd non. ff. de legatis iij. l. fideiusso. § primo. C. de senten. ex breui. recitā. lege prima contra. ff. de excu. tuto. l. scire oportet. §. penulti. hæc veruntamen de productione huius scripturæ debet constare per publicum instrumentum vel testes, secundum Archidiaco. ¶ Dubium fuit an valeat ista appellatio, appello ex nunc prout ex tunc, si non admiseris exceptiones meas. Et dic quòd non: quia tempore incongruo factum, non trahitur ad tempus congruum. l. fina. C. qui admittuntur ad bonorum possessio. Item hic non fuit ordo seruatus: quia grauamen præcedere debet, secundum Arch. Iaco. ¶ Dubium fuit an si dicen, appello: & tu notarie scribas: an sit appellatio in scriptis? Dic quòd non: quia appellatio est prius consignata quam scripta. nam ista scriptura est de re facta, non de re fienda. Simile dicimus in sententia: vt not. in lege. prolatam. C. de sententijs. lege secunda C. de senten. ex breui. recitā. ¶ Iudex appellationis, si iudex sententiam nullam pronunciat eam nullam: vt lege quædam mulier. ff. familiæ erciscundæ. sed non pronunciat super principali libello, quando appellatur ab ordinario. sed remittit causam ad primum iudicem ordinarium. Ita dicit gloss. C. de appella. lege eos. Huic consensit Iacob. de Aret. nisi sit nulla propter intolerabilem iniquitatem primi iudicis: quia tunc ad eum non debet fieri remissio. argumen. lege eos. & hoc per legē absentem C. de accusa. Barto. dicit quòd non habet necesse remittere: sed potest pronunciare, per legē quædam mulier. familiæ erciscundæ & per l. Cornelia Pia. de iure pa. & ff. de mino. l. verum. §. ex facto. Bal. ¶ Ille qui comparuit, non debet recedere inexpeditus vel illicentiatus. hoc verum, nisi superueniat impedimentum. tunc enim si est præcisum, vt febris, non erit contumax: vt l. quæsitum. ff. de re iudi. Si autē sit causatum, vt periculum rei familiaris: tunc erit contumax: vt not. Archidia. in c. si post ꝫ. de elec. libro vi. & ibi per Ioannem. Andr. in Nouella. Contra quod est quod not. Accurs. ff. de appella. l. ex consensu. §. fina. vbi colligitur quòd ille non est verus contumax, sed quasi contumax. & idem not. ff. si quis ius dicen. non obtempe. l. j. in fi. & ad hoc l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus causis in posses. ea. & hoc est verius. Bald. vide infra de expen. §. penulti. & de duobus § penul. & infrà eo. §. veniens. & supra de dila. §. ij. & de posi. §. an quis. ¶ Qui casu impeditur appellationē prosequi, deserere non videtur. C. de appel. l. præses. C. qui pe. tu. l. cum à matribus. de pignoribus. c. significante. Et dicitur appellationem deserere qui non petit apostolos. Item qui petit, sed in termino statuto non cōparet ad eos recipiendos. Item qui cum petijt, & recipit apostolos, tamē intra terminum sibi præfixum non comparuit coram iudice ad quem. Nā potuit ei statui terminus ad appellationem introducendam coram superiore: vt not. in d. l. præses. sed non ad eam finiendam: vt not. eodem titu. l. iij. ¶ Hunc autem terminum appellationis introducendæ tres personæ præfigere possunt. scilicet appellans sibi ipsi. Item appellans appellanti, scilicet cum eo iudice motus concurrat. argu. l. qui de die. ff. qui satisda. cogantur. Idem ipse iudex. & adde quod not. in c. cordi. in verbo. principis. per Archidia. & in c. secundo de appella. in cle. Bald. De termino ad prosequendum, vide j. eo. §. an appellans possit. ¶ Lata est sententia de consilio sapientis electi de partium voluntate, quæritur an possit appellari. Et dic quòd sic. C. de appel. l. ij. secundùm lecturam secundam. Nam in causa appellationis poterunt noua probari. C. de app. l. eos. §. j. & l. per hanc. C. de tempo. ap. A cōsilio autem non appellatur, sed bene cōtradicitur. C. de relat. l. ij. Si autem contradicitur, debet dari terminus ad iustificandum formam contradictionis: & si non potest eam iustificare, proceditur ad transmissionem puncti ad consilium sapientis. C. de relatio. l. ij. in fi. Et eodē modo proceditur, quādo quis vult exēplificare acta, vel instrm̄ cū authoritate iudicis, & extat cōtradictor. nā debet sibi termin⁹ dari ad suā cōtradictionē iustificandam

iustificandi per d.l.ij.quæ hoc expressè dicit cõiuncta l.fi.eo.ti.Bal.vide s.de legi.§.præceptū.& s.de arbi.§.arbiter facit.
41. ¶ Nota q dicit Inn.in c.cum in iure peritus.de offi.dele.q si sententia est lata præsentibus & nõ cõtradicẽtibus partibus.et in ea continetur q lis sit cõtestata &c.q creditur iudici,ex quo pars non contradixit nec appellauit.Et videtur casus in l.fi.qñ ap.sit.& glo.ordi.in l.4.C.de relation.Sed contra tenet Bar.in c.qm̃ cõtra.de proba.& videtur casus C.de relatio.l.fina.vbi dicit quod per originalia debet fieri fides,s.per sumptum ex actis authenticis iudicis.C.de app.l.eos.§.super his.in verbo ex.vt ibi per Bar.& nõ per nudā assertionem iudicis.& hoc verū in his quæ desiderāt figurā iudicij,vt sunt decreta iudicum & arbitramẽta arbitratorū:in quibus omnia præsumuntur solemniter acta quasi sint extraiudicialia,vt no.C.de fi.instrumen.& iure hastæ fisca.l.4.lib.x.& per Innoc.extra de eo qui fur.or.susce.c.innotuit.& per Dyn.in cõsilio quod incipit,Ptholemæus Manẽtis.& in laudo arbitratorū fuit iudicatum q præsumeretur pro eo:& q pbatio cõtrarij incūbat petenti reductionem.Sed in vera appellatiõe dic vt no.C.de ap.l.hi qui ad ciuilia.Bal.Vide s.de sen.§.vbi apparet lata.et j.de regu.iur.§.item oõ.quod decre.& Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.in quæstione quæ incipit,quæro vtrum arbitramentū.Bal.s.de arbi.§.de emologatione.vers.ego verò.
42. ¶ Quæritur quis restituat minorẽ læsum in appellatione?Dic q in appellatione interponẽda iudex à quo restituet.ff.de in integ.resti.l.pe.& fi.ff.de mino.l.si fine.§.fi.Sed in ap.interposita iudex ad quem:q:a in eū fuit transfusa iurisdictio.C.quõ & quã.iud.l.si præses quasi deserta.Sed contra hoc est:q:a deserta appe.statim sine aliqua pnunciatiõe redit iurisdictio ad primū iudicẽ.& no.C.de ap.l.eos.in princ.Sed tñ ideo q restitutio in integrū hoc facit:q:a est de appẽditijs appellationis.arg.ff.de procu.l.qui pprio.§.item quęrit.Item adhuc durat iudex in pnunciãdo super desertione,vt in c.fi.de ap.in cle.& hoc tenet Iac.Bu.in l.fi.C.vt intra cer.tem.vbi est casus sc̃dm Iaco.per glo.Facit C.de ap.l.quoniã.in verbo mos.& l.si cõtra.in verbo rector.Primꝰ tñ iudex animaduertit,vnde videtur q primo iudici sufficiat hoc perpendere ex gestis.vide j.eo.§.appellatio potest corrigi.& §.qñ quis pronunciat.Bald.
43. ¶ An libellus primæ causę possit emendari in causa appellationis?Dic q nõ:quia sumitur post litem contestatam in veteri,vt no.C.de app.l.ij.Nam appellatio non rescidit litem contestatam:imò auget.C.de procura.l.ita demum.nec tollit effectus quos secum trahit litis contestatio:imò auget.ff.de admini.tuto.l.chirographis.§.vltimo.Bald.
44. ¶ Pendente appellatione nihil potest innouari contra appellationem,sed vigore appellationis sic.Vnde in causa appellationis fit sequestrum,vbi in prima sufficeisset sola præstatio fructuum,vt notatur C.de appellatio.l.ij.Item quod poterat fieri personaliter appellatione pendente nec fit per iudicem,vt ff.vt lega.no.l.postq̃.§.Imperator.secundũ Dyn.Item extra seu citra appellationem,bene potest aliquid fieri,vt notatur ff.mandati.l.creditor.in principio.B.Item an datio possessionis possit fieri pendẽte appellatione?Determinatū fuit Paduę q non:q:a ipsa datio possessionis est de substantia processus,vt notatur in c.cũm M.Ferrariensis.de constitutioni.per Ioannem Andream in nouella.vide j.eod.titu.proximo.§.an appellatione pendente.¶ Casus talis est:Habebam licentiā capi faciẽdi Titiū debitorẽ meum:ab hac licentia Titius appellauit,& nõ fuit prosecutꝰ intra tps pfixū à statuto elapso termino primus iudex vigore illius licentię fecit eum capi ad instantiā meā anteq̃ iudex appellationis pnũciaret appellationẽ esse desertā.Quęritur an valeat captura:nam licet captura nõ sit executio:est tñ ei similis:adeo videtur q non possit pendẽte appellatiõe fieri,vt no.C.de ap.l.añ.in gl.parua.Sed videtur dicendū q valeat captura,vt no.C.de ap.l.eos.in prin.scilicet si tempus erat præfixū iudici & causę appellationis,vt C.vt omnes tam ci.q̃ cri.l.j.§.fi.facit de ap.l.si contra.vide s.eo.§.condẽnatus ad mortem.& j.de solutio.§.ij.q nõ sit incipiendū à captura debitoris,sed primo debeat moneri,vt s.de citatione.§.citatio rei per capturam.& alia multa ad carcerationẽ permissa & prohibita,vide in remissionibus infrascriptis,videlicet s.de contumacia.§.an excommunicationis.& de renun.& conclu.§.penult.& de sententijs.§.sed an captura.& §.an possit quis capi.& §.Titius fideiussit.& s.tit.proxi.§.creditor.
45. ¶ Nota q sententia non debet formari nisi inter appellantem & appellatum:quia solus appellās & appellatus sunt partes:licet alij præiudicetur,sc̃dm Compostel.de electione.l.latumꝰ.in verbo,appellari.Bal.
46. ¶ Dicit statutū q homicida condemnatur in mille,& expellatur perpetuò de ciuitate:modò Titius fuit detentus:& tandem condemnatus de homicidio à qua condẽnatione appellat,& vult dare fideiussores vt relaxetur.Quæritur nunquid possit?Et videtur q nõ:tū quia in prima lite nõ dedit fideiussorẽ,& appellatione pẽdente nihil est innouadū:tū q:a est pœna corporalis vbi nõ interuenit fideiussor.Sed tu dic fideiussorẽ admitti.C.de app.l.eos.§.sup his.& qđ ibi no.p Cy.Secꝰ si veniret pœna imponenda in corpus,vt fustigatio mutilatio vel mors:quia tunc nõ recipitur fideiussor:q:a nõ põt fieri executio nisi in præsentem.Bal.
46. ¶ Quęritur quis debeat pbare in causa appellationis?Rñd.aut de iure cõi est fundata intentio appellati:& tunc appellans debet pbare.C.de ap.l.hi q ad ciuilia.& l.cioes.Aut est fundata de iure cõi intẽtio appellãtis:& tũc appellatꝰ debet pbare:q:a iuris præsumptio trãsfert onus pbandi in aduersariū.secus in præsumptione iudicis:q:a nõ trãsfert onus pbandi nisi in ætate,vt no.ff.de mino.l.de ætate.Aut de iure cõi neuter habet intentionẽ fundatã:& tũc aut vterq; prosequitur appellationẽ:aut altera pars tantum,aut neutra pars,si vtraq; pars ille pbabit in cā appellationis q et in prima causa:q:a nullo iure cauetur q interpositio appellationis transferat onus pbandi seu pbationis:& probat:ur per acta primę causę.ff.de probatio.l.quoties.in fin.C.de appel.l.ampliorẽ.Itẽ & per actitanda de nouo,vt l.eos.§.j.& l.per hanc.C.de tẽp.appel.Si verò vna pars prosequitur,altera nõ:tunc prosequẽs debet in se assumere onus probandi:alias nõ posset ferri diffinitiua.vt notatur C.quomodo & quando iudex.authen.qui semel.sed currerẽt fatalia,sicut in casu sequenti.Aut nemo psequitur:& tunc videtur deseri appellatio.Deseri dico,scilicet ab appellãte,nõ ab appellato,vt rata sint sententia tẽporibꝰ decursis.C.eo.l.si cõtra.& l.quãdoq;.sc̃dm Bar.in l.j.ff.si tut.vel cura.ap.
47. ¶ Dicit statutū q iudex appellationis debeat diffinire causam intra duos menses:modò appellatio est deserta.Quæritur vtrū teneatur pnũciare?Rñd.nõ,vt no.C.de ap.l.eos.in glo.notab.forma.Bal.
DIffert Autē supplicatio ab appellatiōe: quia appellatur intra decem dies: supplicat vsq; ad bienniū: vt s. §. j. ver. solus. Aliǰ dicunt q supplicare debet, q̄ primum potuit cognoscere se læsum fore: vt extra, de in integ. resti. ex literis. extra, de frigi. & male. c. j. & c. fi. ¶ 1 Item seruus potest pro domino supplicare: sed non appellare. ff. de appel. serui. C. de preci. impera. offe. l. j. & l. vniuersis. Item generaliter omnes liberi possunt supplicare: serui nō, nisi pro se & domino:[k] vt ibi, & ff. de his q sui vel alie. iur. sunt. l. j. & ǰ. ff. de iudi. vix certis. Item differūt in casu, quē habes ī. titu. proxi. §. videndum. versi. & not. ibi: itē is, qui. ¶ 2 Item pendēte appellatione, nil est innouandum: vt ī. de appel. §. nouissime. sed supplicatione pendente, mandatur executioni sententia: vt ī. §. j.[l] ¶ 3 Itē ante sentenciā, nō licet simpliciter supplicare vt C. vt lite pend. l. ǰ. Sed appellare sic: vbicūq; gra-

[Glossa]

a *De supplicatione.* *Rubrica.*

¶ Ex oībus practicis authoribus nullus formauit hāc rubricā, præter Io. de Deo caul. rubrica vlti. Legistæ habent de hoc rubricā, quæ non allegat, quia sedet in gropa: in rubrica em̄ de precibus impatori offerēdis. sequit. & est de qbus te. lib. sup. vel non. quia de eā Azo in Summa ibi prosequitur hanc materiam.

b ¶ Præter appellationē. quoniā. ī. §. vltimus est.

c ¶ Perstringam9. Præmittit Azo qualiter supplicari debeat, & dicit hunc ponderādū morē, qui est capello deposito & pallio, flexis genibus, humiliter p̄ces porrigere. vide quod dixi de maio. et obed. his quæ. post prin. et de iureiuran. Et si Christus in gl. arguit Host. Secūdò dic in iure ser uandā l. vlti. C. de preci. impe. offe. vt scilicet breuiter negotium exponatur: inserendo in precibus id solum, quod expedit. in omni autem supplicatione locum habet hæc doctrina, ne dū in ista, de qua agitur.

d ¶ Supplicari. secundū papam, vt ibi scripsi super j. glo. supplicare.

e ¶ Diffinire. Idem not. Accur. in §. aliud. inferius allegato.

f ¶ Præfecti. Diuersas lecturas hui9 verbi vide not. in l. statum alleg. in vlti. glo.

g ¶ Præstat. Et merito: quia non fit executio diffinitiuæ, à qua appellatū est. extra, de iureiur. venientes.

h ¶ §. fin. alleg. Pe. author. & Ioā. de Deo nō bene receperunt sensum illi9 §. sicut Azo, qui dixit q licet supplicare pro eo, quod ordinatio clericorū facit, fit per pecuniam vel aliàs male & contra legem, vt ad meliorē statum reducatur, & præuaricatoris pœna imponatur.

i ¶ Rescripta. Leges quæ ponunt exempla, allegat ibi glo. quæ tamen Azo exprimit vbi ī. de fœmina quæ nupsit vidua, viro inferioris dignitatis: impetrat vt fruatur dignitate prioris mariti. ff. de senato. l. fin. cūm Præpositi sacro cubiculo impetrant vt fruantur post finitam militiam cingulo: cūm ad agros suos vel alias proficiscuntur. C. lib. xǰ. de prępo. sac. cubi. l. fin. Et quod de cingulo dixi, dupliciter ibi exponit glo. Lex autē pōderat quod est dictum, q ad ipsorum desyderium, & ad nullius læsionem id pertinet. Quod autem præmisit, nec aliǰ obsit: intelligit Azo vbi ī. de læsiōe graui. & idem Accur. in prædi. l. allegauit ibi leges nota. & dicit Azo q vltra illas inueniētur in iure, in libris iuris recondita multa similia. alleg. ff. de relig. & sump. fune. si quis sepulcrum. ff. loca. l. habitatores. si vsussu. pet. l. j. §. vlti. circa id quod sequit de damnosis fisco: dicit Azo in illis, expectari secūdam iussionē. in aut. vt nul. iudi. §. & hoc. not. de māda. prin. §. deinde competēs. q §. vult omnino sperni primā iussionē: nisi sit pragmatica sanctio, ex ea tamē q̄uis recipiatur, nil fiat nisi sequat secunda iussio.

¶ Differt autē dictū Ioā. de Deo, vbi ī. in prin.

k ¶ Et domino. i. p nece domini, secundū Azo. hoc vult l. j. præallegata. addit Azo casum l. Iuliæ maiestatis. ff. ad le. Iul. maie. l. muli9. subdit etiam q fortè idem in omni casu, quo seruo permittitur agere vel ad principē cōfugere, per duas leges statim allegatas. addit q si seruo supplicante, supple etiā eo casu, quo non debebat admitti, Idulgeat principis rescriptū: tenet per l. vniuersis. ī. proxi. allegatam.

l ¶ §. j. Quærit. de eatione quare pēdentia appellationis & restitutiōis in integrū impediant executionē & supplicatio ēt intra decē dies facta non impedit. De restitutiōe patet ī tit. proxi. §. vlti. in prin. de reliquis hoc sufficere posset: q prærogatiua harū sententiarū a quibus non appellatur, hoc inducit: vt scripsi de resti. in integ. suscitata. sup glo. penul. Dicūt quidam q supplicatio continet benignitatem petētis & iudicis: & ideo hæc responsio sufficere pōt quo ad appellationem, quæ innititur iustitiæ: sed non quo ad restitutionem, quę benignitatem iudicis & fauorem petentis respicit. ff. de mino. præfecti. Si dicatur quòd supplicatio voluntate recipitur: contradicere videtur. § aliud. in corpo. vt sponsa. larg. Item si dicas quòd per appellationem extinguit, vel suspenditur pronunciatū, vt dicit Iaco de Bel. in prin. §. aliud. hoc est, quod quæritur quare plus suspendit appellatio, q̄ supplicatio. Mihi videtur his tribus, quę diuersa sunt, meritò tribui diuersos effectus: Dico igitur q appellatio, quæ interposita est à sententia puræ iustitiæ innitit: propter quod executio fieri non potest. & si facta esset intra decendium, quo fuit postea appellatum, reuocatur executio per modum nullitatis & attentati. de appel. non solum. lib. vj. Restitutio innititur iuri: habet tamen mistam gratiam: non dico à iudice, sed à iure inuentam. Si lata est igitur sententia contra ecclesiam vel minorem: & ab ea non fuit appellatum iuste fit exe-

cutio sententiæ. Si tamen postea intra tempus iuris petatur restitutio: fateor quod impediret executionem fiendam: sed iam factam non annullat vel reuocat. Verba enim non solùm innuunt quòd ea postulata, licet nondum concessa, nil noui fiat circa rem, vt dicit rubrica Codicis. Absurdissimum enim esset, quòd vltra terminum tardari deberet executio eo casu: & imputet sibi, qui nõ appellauit. Supplicatio tantú habet præsumptio nem contrariam ex persona proferentis, quod appellare non licet. Eo a rum ergo fuit ipsam non partifica ri alteri præmisso rum. Satis enim sibi est quod cõtra id, de quo alter præ dictorum, scilicet Papa, princeps, vel præfectus prætorio poterat legem facere, auditur. De primis cõ stat: de tertio patet C. de offi. pręfec. præto. l. ij. Eligit ergo ius quandam viam mediã: vt ipso citò supplicante fiat executio cum remedio cautiõis, alias sine illo, & vt semel tantùm supplicet. Simile de offi. deleg. quærẽ ti. cum concord.

a ¶ Versus. hos versus posuit Ioan. de Deo vbi s. & in fine primi versus ponebat tempore: & non est congruus versus. Vnde communiter habetur ipse. Est sciendum quod Cyn. in aut. quæ supplicatio. in fi. allegans hunc titulũ, dixit differẽ tias hic notatas inter appellationem & supplicationem non omnes esse veras. quod dixit se dicturum sup l. vnica. C. de sen. præfe. præto. sed ibi non dicit: oblitus, vt puto.

¶ Effectus autem.

namen infertur. extra, de appel. vt debitus. Item supplicatio procẽditur ad noua & vetera: appellatio verò solum ad ea, super quibus interponitur. ff. de minori. præfecti. extra, de in integ. resti. suscitata. & c. ex literis. Item semel tantũ supplicatur. Item in appellatiõe, nulla cautio præstatur: vt s. §. j. in fi. vnde versus:[a] Discrepat appellans ab eo, qui supplicat ipse. Imputat errori proprio, redit hæc ad eãdem. Hic semel auditur causa pendente sausdat.

Supplicationis effectus.

Effectus Autẽ supplicationis est, quia si princeps rescribit ad supplicationẽ, obtinet vicem litis cõtestationis, quantum ad hoc vt perpetuetur vsque ad xxx. annos: secũdum alios vsque ad lx. C. de anna. excep. l. j. & transit ad hæredes & contra hæredes: vt C. quando lib. prin. ob. lit. cõtest. xvj. q. iij. §. potest. circa medium. ff. de actio. & oblig. cõstitutionibus.

b *De expensis.* *Rubrica.*[b]

AD huius Partis tractatum pertinet aliqua de expensis videre: & quoniam ad ea, quæ frequentius accidunt, iura debent adaptari: vt extra, vt lit. nõ cõ test. quoniam frequenter. & ff. de legib. nam ad ea. idcirco de eis, quæ sæpissime in iudicijs petuntur, vtile visum est doctrinam tradere copiosam. ¶ Super quo sciendũ est, quod expensæ quędã fiũt extra iudicium: de quibus aliqua præmittemus, licet extra propositum principale. aliæ in iudicio, de quibus postea supponemus.

S V M M A R I V M.

1. Expensæ extra iudicium factæ, cuius gratia factæ dicantur.
2. Expensæ ratione fructuum factæ à possessore, veniunt deducendæ.
3. Reficere, est iam facto, remedium facere.
4. Malæ fidei possessori ædificanti in area aliena, an sit in expensis subueniendum.
5. Sumptus facti ab illo, qui primò fuit bonę fidei, sed postea defecit: qualiter sint compensandi.
6. Sumptus facti in reficiendo fundum alienum, an, & qualiter sint restituendi.
7. Bonę fidei possessori pro omnibus impensis in fundo alieno factis, est subueniendum.
8. Expensæ extra iudiciũ factæ, qualiter sint petendæ.
9. Expensæ diuersimode factæ, diuersimode sunt considerandæ.
10. Victus victori, regulariter in expẽsu est cõdẽnãdus.

b *De expensis.* *Rubrica.*

¶ Vt dixi in rubrica proxima, practici authores omiserant hanc rubricam, excepto Ioan. de Deo, qui posuit ipsam caul. lib. vj. rub. pe. Modicum tamen de ipsa posuit ibi in fine: sed transtulit se ad Summam Azo. Iustit. de pœna teme. litig. & fere ad literam posuit quod ibi dicit Azo, quod tamẽ est extra propositũ, scilicet de alijs pœnis tractando: de quibus j. tit. ij. nõ de pœna expensarũ. Posuit etiã ipse Ioan. rubricã istam vltimã, in libro iudicum, in qua etiã nil dubium apparuit. Azo in Summa de fruc. & lit. expen. non ingreditur materiã nostram: sed remittit ad rubricã de sportulis. ibi autem tractat de expẽsis in lite fiendis in sportulis & alijs iuxtà de repetendis. & in titu. præ. ver. in sentẽtia. de his vnicũ verbum ponit. prosequitur autẽ materiã primæ partis, in tit. de rei. vendi. pe. col. ver. impensarũ. & Vin. eandẽ in decre. vt prætentæ. de elec. in j. glo. Accur. in l. in fundo. ff. de rei vẽd. in vlti. glo. de qua glos. remittit author & ad aliã glos. Accur. & ad Rof. in fi. versi. qui incipit ex præmissis. Superuenit autẽ copiosus noster Hosti. qui in Summa de do. & contu. §. qua pœna. plenè tractat de his expensis litium: incipiens ibi post princip. versi. puniť etiã cõtumax. & eam prosequitur vsque ad ver. item puniťr. prope fi. §. quẽ ver. allegat author. ad vnũ titũ. j. ver. & nota, cum tñ quicquid ibi est, totũ sub rubrica isto posuit. Ipse etiã Hostiẽ. doctrinã suã extollens ibi in fi. dicẽs quod non inuenit alibi materiã sic discussam: & verũ dixit. in nũc hic plenius fuit author magnus supra Gigantẽ studentes debiles captus quos grauat scriptorũ prolixitas, maximè cùm eadem sæpius repetunť, vt hic: satis poterũt ptrãsire, cũ gl. decre. ad fi. & epilogo & supplementionibus, quæ scripsi super illa.

Expensæ extra iudicium faciendæ, quæ dicantur.

c EXpensæ Igitur, quæ fiunt extra iudicium, Aliæ sunt necessariæ. Aliæ vtiles. Aliæ voluntariæ.[c] ¶ Necessariæ sunt, quæ si factę nõ essent, res esset omnino peritura, & deterior futura. Vtiles dicunť, quæ rem faciunt meliorẽ: deteriorẽ autem esse nõ sinunt. Volũtariæ dicunť, quæ rem exornant: vt puta, picturæ, incrustationes, & similia. De his omnibus sunt exempla extra, de deci. pastoralis. & ff. de verb. sig. impensæ. ff. de impẽ. in reb. dota. fac. l. j. ij. & iii. et l. velut. & l. voluntariæ. & l. vtiliũ. & l. pro voluntarijs. & l. impẽsæ. & l. fi.

1 ¶ † Et hæ impẽsę, quędã fiũt gratia fructuũ percipiendorũ: vt quę fiunt in arãdo & seminãdo. Quędã gratia colligendorũ, vt quę fiũt in metendo & triturãdo. Quædã gratia cõseruãdorum, vt quæ fiunt in horreis parãdis: vt ff. l. iij. §. nos igitur.

2 ¶ † Expẽsæ igitur, quæ fiunt ratione fructuũ, quocũque de prędictis modis deducũtur à quolibet possessore, siue possideat bona fide, siue mala. extra de eo qui mit. in pos. cau. rei ser. c. pen. in fi. ff. de peti. hære. si à domino vel patre. §. fi. & l. plane. in fi. & C. de fruc. & lit. expẽ. l. j. nec vllus casus interuenire poteit, qui hoc genus deductiõis impediat. ff. fami. ercis. fundus qui. xij. j. in fin. & ff. sol. mat. fructus. quia nõ censeť fructus, nisi quod superest deductis expẽsis: vt ibi, & ff. solu. mat. fructus. & de ope. lib. l. iiij. & in pręd. l. de fruct. & lit. expen. & ff. mãd. quia mutua. alias incipit, idemque. §. idẽ Labeo. & arg. in pręd. c. pastoralis. Et not. extra, de resti. spol. grauis. Quod si excedũt fructus, adhuc dico in bonæ fidei possessore horũ rationem habendam. Secus in malę fidei possessore, secundũ quosdam. ff. de peti. hære. quod si sumptus.

3 ¶ † Si autem fiat circa rem principalem, subdistingue: quia aut fiunt in de nouo faciẽdo, aut in reficiendo. Dicitur autẽ quis de nouo facere, cùm de nouo ædificat: reficere verò, est ædificio iam facto, remediũ facere. ff. de iti. actuque priua. l. iij. §. pe. ff. de vsufr. l. vsufructuarius nouũ. Et arg. extra, de Iudæ. Iudæi. & c. cõsuluit.[d] ¶ Si quis ergo facit sumptus circa rẽ principalẽ, de nouo ędificando, aut ab initio fuit bonę fidei, & durauit semper bona fides: aut ab initio fuit malę fidei, & durauit semp mala fides: aut fuit ab initio bonę fidei, sed nõ durauit bona fides:

¶ Circa expẽsas autẽ hic notandũ, quod negotiorũ gestor nõ petit sibi fieri expensas gestionis fiẽdæ. Idẽ dico de cõiuncta psona, petũt autem iam factas vtiliter sibi restitui: & procedit hoc, siue sit extraneus gestor. ff. qd cuiusque vni. l. j. in fin. siue socius de corpore. eo. tit. sicut municipiũ. ij. rñ. siue sit etiã cõmunio sdiuidoi. ff. de nego. gest. quod negotiis. §. fi. qd intellige vt ibi not. & in hoc differũt à procuratore, quod petit fiendas. de ele. cupiẽtes. §. ad hoc, et factas iuxta mãdatũ, licet nõ vtiliter: vt not. extra de proc. cùm pro causa. In gestore igiť, an debeãtur expensę, declarat euetus: vt scripsi post Hostien. de elect. cũ inter canonicos. super j. glo. & not. in decre. cupiẽtes. in vlti. glos. ante fi. Ex his cõcludo, quod si cõtra procursum sit authoritate apostolica vel alterius in ecclesia collegiata aliquis de corpore appellat, licet nomine ecclesię & suo: si tamen non habet mãdatum a capitulo, nec expensas in prosecutione fiendas habebit à capitulo: nec factas recuperabit si succumbat. hoc maxime, quãdo capitulũ paruit illi prouisioni: vel, quod plus est, satis est quod restituerit vel cõtradixerit: cùm eo casu pro consentientibus habeantur: vt in regula, qui tacet. lib. vj. vbi cõcor. Administrator ergo, qui facit expensas in negotijs capituli, vt habet quarundam ecclesiarũ mos, tali appellanti expensas administrare nõ debet in dubio futuri euentus. Facit de sponsa. inuenis. vbi concor. j. glo. & ff. de admini. tut. tutor. § fin. & ibi concor. in glo. fin. Si autem capitulum expresse prohibuisset: post prohibitionem factam, expensas etiam vtiles, quas fecisset, non recuperaret: vt in l. fin. C. de neg. gest. vbi autem non fuit cõtradictum, & obtinuit: distinguitur an prosequeretur negotium proprium: & tunc a victo recuperat. an commune: & tũc ab ecclesia: vt not. in decre. cupientes. in vlti. glos. vltra medium.

ADDE, huic vltimæ parti addi. Io. And. Oldr. consi. xxxviij. incip. thema tale est, episcopus.

¶ Ad huius partis.

c ¶ Expensæ igitur voluntariæ. Prosequitur verba Azo. in Summa, vt dixi super rubrica.

d ¶ Consuluit. Incipit hic quæstio, cùm ex maleficio vnius ex fratribus habentibus domum communem, pars eius veniĩ destruenda: quod fieri non

qua

potest sine periculo aliarum partium: nisi fiat aliquod ædificium, cuius ex pensis id fieri debeat. Pro fratribus, allegatur ex facto nocentis, innocentem puniri non debere. C. de his, qui latro. occul. l. vlti. ff. de pœn. absentē, & l. crimen. C. de inoffi. testa. si quis in suo. §. j. ff. si quis ali. testa. probi. l. ij. C. de pœn. sanctimus. ff. de nautis. forsan. cū proponas. Ad idem C. ne vxor pro mari. l. ij. ff. sol. matri. si maritus. Item si pluribus nunciatum est no uū opus, & vnus solus cōtrafacit, ille solus tenetur ff. de no. ope. nū. a cia. de pupillo. §. si plerūq. Pro do b mino vel cōmuni q̄ nō tenentur ad illas expensas faciunt eadem iura. Item nō debet officium publicū institiæ, illis esse damnosum. ff. ex quib. cau. maio. l. videlicet. Item facit ff. d aqua plu. arcē. sed interdū. 4 C. de pœn. si operis. de sent. excō. vt famæ. ff. de fideiuss. si à reo. Bene facit pro dño vel communi, ff. cō mu. diuid. si is, cū quo. & ff. loca. si merces. §. si. vber. c dicit cōmunibus d expēsis illud ędificium fieri debere. Inducit l. ij. C. 5 qui. ex cau. ser. pro præmio lib. acci. vbi seruo accusā ti aliquē de adul terina moneta, de 6 betur libertas. domi nus tamē illius pretiū habet de publico. Ad idē ff. ne quid in loc. publ. l. ij. vbi via public. reficitur à communi.

a ¶ Intelligitur. vt infra dicetur.

b ¶ Dixi. An autē damnatus vt restituat, qui nō ex cepit de sumptibus, tempore executionis id possit. §. de except. §. dicto. versic. sed pone ædificantur. & de senten. excommu. §. vltimo. versic. quid si homo.

c ¶ L. fin. Vide quod vtrobiq; notatur.

ADDE, quando de fructibus, expensæ sint reducendæ, Pau. de Cast. cō sil. liij. per Bal. consi. cxc. j. lib.

d ¶ C. eo. de rei vendi. sic alleg. §.

e ¶ Domum. secundùm Rofre. qui ibi j. versi. quid dicemus. ponit duas rationes eorum, qui tenent contra, scilicet de voluntariis: idem quod prædictum est de bonæ fidei: eum habere in possessore malæ fidei. dant enim simile ff. quod met. cau. sine except. §. in hac. & §. seq. & de l. in rem. §. pe. ff. de rei vend. responsionem ad hoc vide.

f ¶ Impensæ. in c. rei vend. vel peti. hære. & ibi præcedit rubrica de offic. in quo petuntur fructus in eisdem. Et scias quòd Rofre. ipse, in ista materia non format libellos: se excusans in fin. quia hic nulla accusatio competit nec iudicis officium quod intēto loco eius: sed subuenitur exceptionis & retentionis beneficio, si possident: alias omni carent beneficio. licet Gosfani ex sua æquitate, dent etiam possessori malæ fidei vtilem negotiorū gestorum, in quantum res melior facta esset, vt supra. quod ipse reprobat.

ADDE quomodo quis consequatur expensas melioramētorum: Paul. de Cast. consi. cccxxiiij. & an expensæ factæ ad perpetuam rei voluntatē, possint opponi coram consultore: vide Bald. consi. clxxvj. j. lib.

quia factus est malæ fidei possessor. In primo casu, scilicet quando semper fuit bonæ fidei: si possedit rem, consulitur ei de sumptibus per doli exceptionem, vtendo retentione, non auxilio actionis. ff. de dol. excep. Paulus. reprobata sententia M. dicentis sibi dari actionem negotiorum gestorum, per l. fin. de neg. gest. quia illa lex aliter intelligitur.[a] Sic ergo bonæ fidei possessori consulitur, per retentionem, seu per doli exceptionem, vt dixit.[b] ¶ Quod verum est, vbi tot fructus percepit, qui valeant quantum ascendūt sumptus in re facti: quo casu fructus computantur cum sumptibus. ff. de rei vendi. sumptus. extra, de reb. eccle. non alie. ad nostram. & de pign. cùm constet. sic & alibi bonæ fidei possessor nō lucratur fructus in casu, qui habetur ff. de rei vend. emptori. Sed & M. induxit pro se ff. si pars hæred. pet. l. fin. & ff. de peti. hæredi. hæreditas etiā. §. j. & C. de rei vendi. l. ij. & l. damnuo. Sed contra eum, & pro hac sententia, quæ communis est ferè omnium, facit ff. de act. emp. idemq; Iulia. agitasse. & ff. de peti hæred. planè. ff. de rei vend. sumptus. ¶ † Si autem semper fuit malæ fidei possessor, hoc casu de nouo ædificando in area aliena: non subuenitur ei super sumptibus, nec iure actionis, nec officio iudicis, nec ope exceptionis: quia ædificando, donare videtur. Insti tu. de re. diui. §. cùm in suo solo. & quia sibi neminē voluit obligare. ff. commu. diui. in hoc iudicium, M. tamen & Alber. hoc casu dabāt malæ fidei possessori actionem negotiorum gestorū. per l. de neg. gest. si pupilli. §. & si quis. & l. fina.[c] C. eod.[d] l. ij. & l. domum. Sed prædictus §. si quis loquitur quando gessit negotium ipso gestu, & nomine alieno. Nec obstat C. de peti. hæred. l. ij. quia ibi loquitur, quādo ex aliena materia ædificauit. ¶ † Porrò si ab initio fuit bonæ fidei, sed nō durauit: eligitur quædam via media, vt pro sumptibus factis, dum erat bonæ fidei, habeat retentionem. Ex quo verò malæ fidei factus est, conceditur abrasio absque læsiōe prioris status: vt C. de rei vendi. domum. ¶ † Viso quid iuris sit de sumptibus factis in faciendo de nouo: dicendum restat quid iuris sit de factis in reficiendo. Et tunc aut erat bonæ fidei: & sic expensas necessarias & vtiles sibi reseruo, per doli exceptionem vtendo retentione: voluntarias verò potest abradere seu tollere & exportare, sine læsione prioris status. ff. de rei vendi. si autem. §. in re. C. eo. si quis. & l. si in area. Insti. de rerum diui. §. certe. Si enim dominus rei sibi vellet dare tantum, quantum valerent, si abrasæ forent, non habet abrasio locum. ff. de rei vend. in fundo. & l. nisi. Ad idem ff. de pigno. actio. si seruos. ff. de noxa. si seruus deportatus. §. j. ff. de impen. in reb. dota. fac. si pro voluntariis. & l. seq. Si autem sit malæ fidei possessor, si quidem fecit vtiles, permittitur abradere sine læsione prioris status: nisi dominus tantum vellet sibi dare, quantum valere posset eis abrasis: si necessarias sibi conseruat officio iudicis, per retentionem: voluntarias verò nullo modo consequi potest. nam pro eis non habet aliquod consilium: vt in præ. l. C. de rei vendi. domum.[e] ¶ † Ex præmissis igitur patet, quòd quandoq; subuenitur possessori pro impensis per a, hoc est, per abrasionem: vt §. versi. porro. & ver. viso. vel secundùm M. per actionem, vt §. ver. in primo. quandoq; per e, hoc est, per exceptionem doli: vt §. ver. si quis ergo. & versi. viso. quādoq; per o, hoc est, iudicis officio: vt §. proxi. Et hæc etiā vera sunt, in rei vendicatione: in petitione hæreditatis autē, si est bonæ fidei possessor, seruat omnes impensas, siue sint necessariæ, siue vtiles, siue voluntariæ. ff. de peti hære plane. & l. sed & si lege. §. consuluit. quia non tenetur nisi in eo, quo factus est locupletior: si malæ fidei, vtiles & necessarias seruat re existente, seu meliori facta, in qua factæ sunt: & hoc iudicis officio. voluntarias per abrasionem: vt in præ. l. plane. nec distinguitur hoc secūdum quosdam, an sit impensum in re facta vel facienda. Et secundum hoc intellige quòd plene not. Insti. de re. diui. §. certe illud. & ff. de rei vend. in fundum. Et de hac materia not. Rofr. plenè in suo libello, in tit. de offi. iud. quo retinentur impensæ.[f] Præmissa quoq; locum habēt in expensis proprio nomine factis. si alieno: tunc locum habet tit. de neg. gest. ¶ † Et nota[g] q; expensæ, quæ fiunt extra iudicium, peti debet nominatim in libello, secundum præmissa: nisi is, qui eas facit, beneficio receptionis sibi valeat prouidere. ff. cōmo. in rebus. §. possunt. ff. de pign. act. si necessarias. Sed quia in plerisq; locis taxatum est quantum debet iudex habere pro libra: quæ cōsuetudo approbatur à iure: vt §. de sala. §. j. prope fi. versi. in præmissis tamē. Idcirco ne iudex statim illud exigat, cōsuluit do. meus. quod sic subiicias in fi. libelli

¶ FORMA. Item peto expensas hac occasione factas & faciēdas, protestor quas suo loco & tēpore assumabo, & sicut ius poposcerit cōprobabo: nisi fortè iudex inuenerit ipsum[h] causam habere probabilem litigādi. Vel ne ipsum instruas, dic: peto expēsas, si iudici condēnatio videbitur faciēda. in aut. de iudi. §. oportet. col. vj. Et si obijciatur de præmissa cōditione, quæ videtur incertitudinem cōtinere. Respō. nō est verū in hoc casu, secundū eū, vt no. in Summa de do. & cōtu. §. qua pœna. sub §. punit.[i] ¶ † De expēsis aūt in causis electionū factis, tractatur extra, de ele. v: prætcritę. & secundū V. in eo. tit. cū inter cano.[k]

g ¶ Et nota secundùm Hostien. vt §. in prin.

h ¶ Ipsum. scilicet reum.

i ¶ Punitur. Addit tamen ibi aliam formam, omisse conditione, peto expēsas inquantum & sicut iudici videtur condemnatio facienda.

k ¶ Inter cano. De his vide eo. titu. c. cupientes. lib. vj. in vlti. glos. cuius finē declarando hic instare dispono. Sed præmitto q; in decre. cùm inter canonicos. vnicum verbū de his expensis posuit Vincē. quod ibi scripsi super prima glos. in decre. autem. vt prę teriit. multa prosecutus est de quibus dixi in superiori rubric. & de aliis in processu, remittendo submittā. ad primū finem glo. prę. vl ti. io decre. cupiētes. per optime procedit in regulari electo ad prælaturā proprii monasterij sed de electo ad aliam prælaturam: & vt fortior sit quęstio, dicamus illum ordinis mendicātium in concordia electum: ita quòd sa tisfactum est decre. quorundam. de elect. lib. vj. & hic est præmittēdum, quòd in episcopū potuit eligi. Sed si electus esset in abbatem vel prelatum monasterij alteri⁹ religionis, non valeret electio. Dicamus ergo eum tunc postulatum & à papa: hæc omnia patēt in clemen. de elect. c. j. in text. & glo. Et quomodo legat⁹ talem postulationē admittere non posset, dixi §. de lega. in tracta. dispen. §. consequenter. post princi. Quòd autem ecclesia eligens, vel monasterium postulans tenetur ad expensas, facit preda. decreta. vt prætentæ. Item facit quòd de instructore & teste dicitur de elect. cùm non deceat. de rescrip. statutum. in fin. lib. vj. Bene facit l. j. §. j. ff. si vsufr. pet. Vsusfructus enim legatus, eget adminiculis, sine quibus quis vti & frui non posset: scilicet via vel itinere: sic iste eget itinere id est expensis itineris, licet grauius: quia si ecclesia erat exempta vel monasterium etiam non exemptum, ad papam etiam recurri oportet: quod simul cum paupertate electi vel postulati, ignorare non poterunt. Facit ff. de iudi. licet & si susceperit. §. j. & ij. & §. equitij. quem ibi allegat glo. in l. plenum. ff. de vsu & habita. Item legata alicui in militia: legatæ videntur expensæ necessariæ ad ingressum militiæ. ff. de lega. iij. l. penul. §. fin. Fortius igitur in ecclesiastica militia, erit idem. Bene facit de cleri. ęgrot. c. j. Item si aduersario quis contra se ministrare tenetur expensas, ex causa inopię. de accusa. ex parte. cum legibus allegatis ibi in vlti. glos. Fortius ergo ex eadem causa inopiæ, ad prosecutionem sui operis & vtilitatem ecclesiæ: & in proposito illas ministrare tenebitur. Et si dicatur quòd dubius sit euentus, sufficiat clemen. vt lit. pend. si duobus. §. si verò aliter. & ibi concord. vel dicatur quòd eligentibus donare non licet. de dona. c. ij. de his quæ fi. à pręla. c. j. Respondetur ad primum. ff. ad Carbon. l. sed & his. §. an autē. & de ventre in possess. mit. l. j. post princi. & §. mulier. l. extraneo. Per quæ patet nedum filio nato, sed etiam nascituro, & de quo lis est an sit filius, &

venter propter partum nasciturum propter inopiam ministrantur expẽsæ euentu dubio non obstante. Constat autem, quòd æque filius inopi patri, sicut pater inopi filio tenetur ad expensas. ff. de libe. agnosc. in rubrica. & l. si quis à liberis. in princi. Et ex hoc concluditur, quòd sicut inopi filio nascituro propter inopiam, non obstante dubio euentu, ministrantur expẽsæ, vt supra sic & patri spirituali futuro, non obstante dubio euẽtu, ministrandæ sunt expẽsæ, maximè cùm illi dubio dederit principium hi, qui dubium allegãt euẽtum. Ad secundũ respõdetur quòd istud non est donare, sed rem necessariam agere. Bene facit ff. de dona. inter vir. & vxo. l. si quis pro vxore. Cuius casum vide in suffi cien. decreta. relatu. de præben. super vltima gloss. Sic non est donatio, cùm vir paras vxori expensas itineris ad locum, quò illã vocauit. ff. de pactis dota. l. inter socerum. §. conuenit. Facit l. genere ff. de admen. leg. l. rem legatã. in fi. extra, de dona. p tuas. De facto tamen experimur, quòd consanguinei, amici, & deuoti ipsorum in expensis prouident, quod scilicet negotiũ prosperatur. Experimur etiam q væ illis, qui per consanguineorũ pecunias sunt promoti. Idem de illis, qui promoti sunt per nobiles vel potentes. & vide quod dicam super rubrica de rebus eccle. non alie.

ADDE videnda verbe formalia præscri. addi. per Oldr. consil. xxvij. incip. thema tale, vacante quodã monasterio. Et an pecunia expensa pro præsenta. elect. dicatur versa in vtilitatem ecclesiæ: & quomodo probetur expensa. hoc casu vade Federi. cõsil. cxix. Et qñ plures prælati electi litigant inter se, an debeant fieri expensę de bonis ecclesiæ vel suis: & cuius expensis litigatur, cùm quis impetrat prælaturam à papa: & quid si expensæ fiunt principaliter in fauorem litigantis, secundariò ecclesiæ, an ecclesia debeat pati expensas? Vide de omnibus prædictis Ange. consi. cxliij.

ADDE etiam ad materiam additionis Ioan. And. do. Cardi. in consi. v. & in consi. vj. in quibus notabiliter hoc tractat.

a ¶ Mis. Rubrica est de actiõe in factum, quæ datur creditori misso in possessionem ad recuperandos sumptus, quos fecit I re sine dolo. & est in ordine inter edicta.

b ¶ §. proxi. Proximus est iuxta permissiões. facit ad id quod ibi dicã.

c ¶ Ad finem. Vbi de hoc in vltima gl. Et vide quod super ea dixi de inquirẽte ex officio, an illo absoluto teneatur illi ad expẽsas. Et de hoc etiam C. y. C. de iudi. sancimus. in v. q.

d ¶ Iuxta. Est hic sciẽdum quòd id quod sequitur vsq ad §. nunc de expensis. totum alleg. sub isto §. iuxta. quod maximè patet l. decreta. fin. de dolo & contu. sed author allegat §. si ante litem. pro me facit §. §. proximo. ad finem. ibi & vide.

e ¶ Si ante. Post vi de quod dicam j. §. vlt. super versi. hoc quoq.

f ¶ Et Ber. in decreta. G. fin. prope fi. magnæ.

g ¶ Quære. Idẽ Guido de Suzar. in l. properãdum. C. de iudi. qui etiam ibi tenet quòd petentur condictione ex ipsa lege. ff. de condic. ex lege. vna. nisi essent promissæ per stipulationem. nam tũc agetur ex stipulatu. & subdit quòd non credit iudicem peccare, si condemnat in expensis litiũ factis ante litis contestationem, etiã si non fuerint petitæ. per §. si aut: alteruter. vbi be notatur. Pro quo facit quod dictum est suprà.

ADDE quod Pau. de Cast. consi. ccclxxvij. dicit quòd si sunt promissæ, petuntur iure actionis: aliàs officio iudicis.

h ¶ §. proxi. Ergo non est medius ad primum.

i ¶ Pia. lib. vj.

Item de expensis factis a creditore, post custodiam rei, in cuius possessionem missus fuerã. no. in li. Ro. in tit. si credi. in pos. mis.[a] Et super hoc formatur libellus, vt not. j. de eo, qui mit. in pos. cau. rei ser. §. restat. versi. si autem missus. ¶ Item in expensis procuratorum. extra, de procur. cùm pro causa. & vide j. §. proxi.[b] versi. ex his & §. seq. ver. hoc quoq. ¶ In quibus autem causis sumptus ministrãdi, seu aliqui alendi sint: vide j. qui fil. sint legit. ¶ † Quid si iudex siue superior, aliquo denunciante vel etiam prosequente ex officio suo, in aliquo negotio procedit contra aliquem, demum ille cõdemnatur ad restitutionem vel emendationem rei, de qua agitur, nũquid coget etiam restituere expensas prosequenti, siue denuncianti? Et videtur q non: quia victus victori condemnari debet. At iste nec egit nec vicit: vt j. §. nũc de expensis. ver. primo. Contrariũ credo de dol. & cõtu. c. cùm dilecti. ad fin[c]. & de accu. olim. sic enim iudex ex officio suo condẽnat in principali, sicut etiã eodem officio denuncianti siue prosequenti restitui faciat expensas, si illius interfit denunciare seu prosequi: vt j. §. proxi. in princip. Et sic obseruamus in quæstione, quæ coram nobis agitabatur inter commune ciuitatis Mutinæ pro parte vna, & monasterium Nonantulanum pro altera. Nota Fala.

De expensis, quæ fiunt in iudicio.

IVxta[d] Promissionis, seriem vidẽdum occurrit de expensis, quæ fiunt in iudicio. Circa quod notãdũ est quòd expensæ aliæ fiunt ante litis cõtestationem. Aliæ post litis contestationem. Aliæ in causis appellationis. de quibus singulis disseremus. ¶ Vltimò dicemus qualiter & quando sit expensarum condemnatio facienda.

SVMMARIVM.

1 Iudex ex officio suo, pronunciare habet in expensis, sicut & in consequentijs ipsius causæ.

2 Expensæ, an peti possint iudicis officio, ob contumaciam euidenter.

3 In iudicijs bonæ fidei, veniunt sumptus, & fructus, & interesse iudicis officio.

4 Deficiens in probatione dilatoriæ exceptionis, ante litis contestationem propositæ, an debeat in expensis condemnari.

5 Expensæ propter contumaciam partis alterius ante litis contestationem vel post, vsq ad sententiam, indistinctè sunt præstandæ.

6 Expensæ ob contumaciam quando sint prææstãdæ.

7 Causa tali existente q lite non contestata possit super principali non obstante rei abundantia procedi an post terminum veniens audietur.

8 Terminis tribus in vna citatiõe insertis, an in primo vel secundo non veniens, condemnandus veniat in expensis.

9 Condemnatio in expẽsis, quibus casibus etiam ante litis contestationem fieri dicatur.

10 Impetrans iniquè à quo puniri debeat.

11 Citatus contumaciter se absentans, venit condemnandus.

12 Petitorio suspenso, si quis recursum habeat ad possessorium, an possit aut debeat aduersario in expensis condemnari.

13 Expensæ in iudicio factæ ante litis contestatioem qualiter peti possunt.

14 Expẽsis ratione cõtumacię factis, debet iudex prius condemnare q̃ procedere.

15 Citatione facta, si nec reus nec iudex veniat, debeat reus condemnari.

De expensis, quæ fiunt ante litis contestationem.

SI ante Litis contestationẽ expensæ petuntur dicũt quidam q peti possunt iudicis officio. Nam expẽsæ sunt sequela principalis actionis. Vnde † sicut iudex ex officio suo pronunciat in consequentiis ipsius causæ, eodem modo & in expensis. arg. ff. de re iud. Paulus. ff. de fur. eum, qui erit. §. si iuramenta. extra, de offi. deleg. prudentiã. in fi. Nam sicut officium defertur ante litis contestationẽ in citationibus & interrogationibus & aliis, vt s. de offic. iudi. deleg. §. defertur. ita & in expensis. extra, de offi. iudi. c. ij. Præterea iudex citatum ante litis cõtestationem si non comparuit, punire potest officio suo ff. si quis in ius voc. non ier. l. ij. §. j. & ff. si quis ius di cen. nõ obtem. l. ista. §. j. Pari ergo ratione puniet in expensis etiam de le. vt i. ij. si. versi. porro. Nam non prius pandi debet ei iudiciorum aditus, quousq refarcitæ fuerint expensæ. C. de iudi. sancimus. quę loquitur indistinctè ante litis contestationẽ & post.[e] ¶ † Ex his motus dico q ob contumaciam euidentem possunt ante litis contestationẽ peti expẽsæ iudicis officio: aliàs non: vt probatur extra, de rescrip. cæterum. & de procur. audit. & c. constitutis. in quibus condemnatur absens ante litis contestationẽ in expensis. & de do. & contu. cùm dilecti. in fi. T. verò & Vin. Io. & Bar.[f] & alij indistinctè dicunt, q iure actionis sunt petendæ in libello nominatim. arg. ff. de iudi. non potest videri. ff. cõmu. diui. vt fundus. ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciẽdum. & l. item seruus. ff. de iudi. de qua re.[g] Sed hoc potest habere locũ vbi contumacia non est euidens, sed præsumpta, de qua refert contumax quæstionem: quo casu audiendus est. extra, de re iudi. c. cùm Bertold⁹. extra, de eo qui mit. in poss. causa rei ser. cùm venissent. secundũ P. Nec obstat ad præmissa. §. item sciendũ. nec etiam l. item seruus. vbi dicitur q quæ ante litem contestatam acciderunt, non petũtur iudicis officio: sed nominatim libello. Illud enim verum est de his, quæ contingunt extra iudicium, & tanq̃ principalis per se existentia, & in fructibus rei petitæ: vt si vacca petatur, vel vitulus ante litis cõtestationẽ nascatur, & est quid per se, sicut vacca. Secus ergo est in expensis, q̃ contingunt ob contumaciã partis in iudicio. Itẽ illud locum habet in expensis ante litis cõtestationẽ occasione rei factis, vt nominatim petantur in libello, vt ibi. & hoc in iudiciis stricti iuris. ¶ † Nã in iudiciis bonæ fidei veniunt sumptus & fructus & interesse, iudicis officio: vt ff. de dol. eleganter. §. nõ solum. de eo quod cer. lo. in bonæ fidei. & l. si hæres. & l. seq. & C. de act. emp. & vend. l. ij. & iij. quæ dic vt in fine huius §. ver. in summa. Expẽsę quoq factæ circa rem, post litẽ contestatam veniunt officio iudicis vt j. §. proxi. ad fi. ver. hoc quoq. Vtrũ autẽ expensæ extraiudiciales in libello petantur? Dixi s. §. proxi.[h] ad fin. ver. & nota. ¶ † Sed nunquid deficiens in probatione dilatoriæ exceptionis, ante litis cõtestationẽ propositæ debet in expensis cõdẽnari, sicut & proponẽs peremptoriã post litẽ contestatã, & deficiens: vt extra, de do. & contu. finẽ. & j. §. proxi. ver. in hoc respon. Dicunt V in. Accur. & papa q sic indistinctè. arg. extra, de rescrip. c. fi. & de dol. & cõtu. ex literis. extra, de testi. praesertim quẽ. de excep. pia.[i] & c. pastoralis. ibi: p dilatorias exceptiões malitiose

nōnunq̄ &c.& sic curia seruat. B. dicit q̄ si calūnio se dilatoria exceptio an̄ litis cōtestationē ꝓponit, & de hoc cōstat euidēter: tūc debet deficiēs in ꝓbādo, in expensis cōdēnari. extra, de excep. exceptionē. & in ꝑ. cōcor. Secus si de malitia nō cōstat. & maximè si sit iuratū de malitia. arg. hoc in ꝑ. c. finē. ibi: postq̄ altera pars ītētionē suā fundauerit, &c. Ergo an̄ litis cōtestationē nō vr̄ pars excipiēs cōdēnanda: cū habeat a iure qd̄ possit excipere extra, de excep. pastoralis. ff. de re iudi. l. iiij. §. si quis condēnatus. maximè vbi verisimilis causa excipiendi subest. De hoc[a] s. de excep. §. ij. versi. sed nunquid reus. ¶ †Hoc autē certum est, q̄ expēsæ, quæ fiunt propter cōtumaciam partis alterius, ante litis cōtestationem vel post vsq; ad sentētiam indistinctè præstātur, qualemcūq; causam litigandi habuerit is, cui præstatur siue iustā siue iniustam. extra, de do. & contu. cūm dilecti. & de sequestr. poss. c. j. vt lit. non contest. quoniā. §. in alijs. extra, de testa. significauerunt. de appel. sępe. iij. q. iij. §. spatium. in fi. C. de iudi. properandū. §. & si qdē. C. quō & quando iud. aut. qui semel. ¶ †Sed quærit, qn̄ præstandæ sunt expensæ, ob contumaciā? Rn̄. statim prius q̄ audiatur: vt in prædicto §. in alijs. & in prædic. l. sancimus. Vnde si reus nō veniat in prima vel in secunda citatione, cōdemnabitur in expēsis post tertiam citationē, tam pro prima, q̄ pro secunda contumacia. argu. C. de iudi. sancimus. quę loquitur indistinctè, non specialiter in perēptoria. Ad idem. ff. de re iudi. contumacia. extra, de do. & cōtu. ex literis. extra, de procur. querelam. vbi de hoc. ff. si quis in ius voc. non ier. l. ij. §. j. & ff. si quis ius dic. nō obtemp. l. vnica. §. j. Et hoc si in tertia cōpareat: alioquin cōtra eum procederetur: vt in prędicto §. in alijs. & fi. q̄ si etiam in secunda venerit, punietur per primam. Et eadem dico etiā maximè in actore. ff. de iudi. eum quem. extra, de dol. & contu. actor.[b] Nā rei & actoris æqua debet esse conditio. ff. de reg. iur. nō debet. & j. ad fi. huius §. Alij dicunt q̄ reus nō veniēs in prima vel secunda citatione, non debet in expensis condemnari: quia nō dicitur adhuc cōtumax, nisi post peremptoriū tantum. xxiij. q. iij. de illicita. & lxxiiij. distin. honoratus prope fin. vbi de hoc. & extra, de dol. & contu. cūm dilecti. in fi. & de sequestr. pos. c. j. in fi. vbi condēnatur quis in expensis factis à tempore peremptoriæ citationis, licet pluries ibi citatus fuisset, potest tamē agi contra contumacē ex illo edicto, si quis ius dic. non obtem. vt ff. si quis ius dic. non obtemp. l. vnica. De hoc extra, de ꝓba. qm̄ contra. in glo. quæ incipit, quæ cōtinere, &c. & vide s. de cōtu. §. nūc dicamus. ver. sed nūquid[c]. ¶ †Quid si talis causa sit, in qua lite non contestata pōt super principali non ob rei abundantiā ꝓcedi: quod sit in plerisq; casibus, vt s. de testi. §. nunc tractemus. nunquid post terminū veniens, audietur nō refusis aduersario expensis? Videt̄ q̄ sic: quia nō interest actoris, eum venisse, cūm eo absente potuerit in causa ꝓcedi. Dici tamen potest q̄ refert vtrū ille citatus fuerit ab homine, vel à iure. Si ab homine: tūc licet non debeat aduersario expēsas reficere propter rationē præmissam, vt dicunt quidā, tamen quia iudicē contempsit nō veniēdo, eius arbitrio condēnabit̄. argu. ff. si quis ius dicē. nō obtē. l. vnica. ff. si quis in ius voca. non ier. l. ij. extra, de clande. despon. c. fi. §. fi. cum suis concor. extra, de ma. cōtra interdic. ec. contra. c. j. Alij dicūt q̄ etiam parti restituere debet sumptus: nec prius pandi debet ei aditus iudiciorū. argu. C. de iudi. sancimus. quę loquit̄ indistinctè. Interest enim partis, quia forte si venisset, & sic lis finem habuisset. si autem citatus fuerit à iure, puta in casu illius constitu. extra, de elec. statuimus[d]. tunc nec puniendus est à iudice: nec cogendus est sumptus aduersario reficere.[e] Cūm eum teneant quæ contra eum acta sunt, & admittendus solum in eo statu, in quo causam inuenit: vt not. s. de appel. §. qualiter. versic. sed pone q. & seq. non est doplici pœna afficiēdus: vt extra, de iudi. at si clerici. in fi. quia mitius agitur cum lege, q̄ cum ministro legis: vt ff. de arbit. l. Celsus. ¶ †Sed quid si tres termini in vna citatione inserantur, nunquid fit condēnatio in expensis, si non veniat in primo vel in secundo? Dic vt s. de cita. §. viso. versi. sed

a ¶ De hoc. Et vide quod ibi scrib si per gl. si enim. & s. de citat. §. viso. ver. sed qd si tres. qui allegantur.

b ¶ Actor. lib. vj.

c ¶ Nunquid. Et j. §. vlti. versic. hoc quoq;.

d ¶ Statuimus. lib. vj. ibi not. de hoc glos. hanc pœnā. & vide quod super ea dixi. & de do. & contu. finē. sup glo. sed nunquid. post princi.

e ¶ Reficere. Statim reficiet ante illos in fi. li. si fuerit victus: nō obst. qd̄ infrà dicit̄ de duplici pœna: quia condemnatio respectu recipiētis, non est pœna sed interesse: vt scripsi de rescrip. c. vltimo. in fin.

¶Si autem legatum de re demonstrata, non nascitur: vt quia legat centum libr.de reditu talis fundi: si sit vnica pręstatio, supplebitur de reditibus aliorum annorum. ff.quando dies leg.ce.l. Firmio. in princip. si sint plures præstationes, puta singulis annis pręstandæ. facit ff. de annu. leg. annua. in fine. & l.cum quidam. si dari potest de reditibus vnius anni, supplendo de reditibus aliorum, si fiat, nec compelletur hæres aliunde dare: vt in pręl.l.Firmio.in princip. Si autem supplendo etiam de reditibus aliorum annorum illius prædij, solui non potest, vt in themate: quia centum præstari debent, & non colliguntur nisi decem: tunc putat hęredem teneri soluere etiam de alijs reditibus hęreditarijs. & sic verba, de reditibus fundi Seiani, non inducunt conditionem, sed demonstratio-

Et vt

¶ Et vt præscripta[a] sub compendio, stylo repetam clariori: dic q si igitur per aliquod interdictum ad rem & fructus: tūc restituuntur omnes fruct[us] percepti ab eo tēpore, quo interdictum propositum est, & non antea, nisi interdicto vnde vi, in quo veniūt omnes percepti à tempore dilationis: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. ex die. si autē agatur rei vēdicatione, aut is, à quo petitur res, est bonæfidei possessor, aut malæ. Si bonæ, tenetur restituere tātùm extātes ante litis cōtestationem, & non consumptos. post litis verò cōtestationem vniuersos, s. perceptos: vel qui culpa eius non sunt percepti: vt in l. certū. & Insti. de officio iud. §. post inchoatam. Nam per litis cōtestationē fit malæfidei possessor quo ad hoc, vt de cunctis teneatur: vt ibi, & C. de fruct. & litiū expē. l. ij. Si verò est malæfidei possessor si violentus titulū habēs, tenetur reddere omnes fructus, q probātur peruenisse ad eum: tam ante litē cōtestatā quàm post: & excusatur à percipiendis propter titulū: vt in prę. l. si fundū. nisi titulus talis sit, q pro nō titulo habeatur. puta si cōtra legū interdicta mercatus est: & in alijs casibus qui sunt supra versi. si verò cum titulo. Violentus verò tenetur restituere perceptos, & q percipi potuissent per veros possessores: vt extra, de restitu. spolia. grauis. cum suis cōcor. & c. conquerente. & de iure patro. cùm dilectus. prope fi. & de offi. de lega. cū causa. & de app. bonę. ff. de peti. hęre. sed & si lege. §. quod ait. ff. de rei vēdi. si nauis. §. fi. C. vnde vi. si de possessione. xvj. q. ij. nō liceat. quod tamen loquitur in re male alienata: & xcvj. distinct. bene. in secūda col. versi. sed siue is. Præmissa vera sunt, in industrialibus. nam naturales fructus non facit suos, etiā bonæfidei possessor: vnde eos tenetur reddere vniuersos. ff. de vsuris. fructus. ¶ †Sed secundùm præmissa videtur q potius debet quis intētare rei vēdicationem pro re aliqua, quàm aliquod interdictū, pręterquam interdictū vnde vi.[b] Sed hoc nō est verū: potest enim esse q petitor sit potior in possessione, & inferior in causa proprietatis: & ideo nō expedit ei intentare rei vēdicationem, arg. extra, de probationibus. licet. prope finē. ¶ Hoc vlterius prosequi non curo. nam de hoc no. plenè Rofre. in suo libello, in titulo de offic. iudicis, quo petuntur fruct. à possess. de. & in titulo, in act. in fa. quæ contra illos datur, qui possident, & fructus percipiunt. vbi etiam not. de illo, qui missus est in possessionē ex aliqua causa, vtrū faciant fructus suos. Item de hoc plenè in Summa Azo. in ti. de rei vendi.[c] ¶ Qualiter autem formetur libellus super fructibus, no. in tractatu libel. de causa pos. & propri. §. seq. ver. porrò sæpe. & in diuersis alijs locis. ¶ † Item qualiter & qua actione, fructus restituuntur, vide in Instit. de offi. iud. §. j. & ij. ¶ Item vtrum iudex super eis pronunciabit. s. de dispu. & allegat. §. fi. versi. sed nūquid.[d] & de app. §. de officio quoque. versi. sed pone.[e]

De interesse.

SEquitur De interesse videre. Scias igitur q dāna & interesse peti possunt. sicut cōmuni canones: vt extra, de fideiuss. peruenit. & c. cōstitutus. & extra, de foro compe. dilecti. & de sen. excōmu. sacro. & pœna cōuētionalis: vt extra, de arbi. dilecti. in fi. & etiā legalis: vt xvij. q. prima. quisquis. & c. q subdia. xvj. q. j. statuimus. j. quęsti. vlti. quoties. argu. contra extra, de pœnis. suā. S. lu. ibi. verūtamen dominus meus no. in Summa in ti. de sen. & re iudi. §. quid sit. sub §. aliud singulare. in quo quicquid dicāt leges, non videtur secūdùm canones q aliquid peti posset, vltra quàm in veritate interest: vt extra, de dolo & cōtuma. c. j. & melius xij. q. ij. fraternitas. & liij. dist. generalis. in fi. Nam id iuri naturali cōuenit, cui ius canonicū magis innititur: vt ff. de cōdi. indebi. nā hoc. & in prę. c. suam. nisi fortè ex speciali pacto: vt in prę. decretali. dilecti. de arbitris. quod de plano fateor. Sed in eo, quod in veritate interest, bene peti potest: & tūc taxatio expēsarum, & ęstimatio dāni & interesse, diligēter moderāda sunt: nec in hoc casu à legibus, salua sui gratia, discrepant. Et nota q licet papa, vel ꝓpter occupationē, vel ꝓpter creditoris instātiā, in suo rescripto de dānis, expēsis, & interesse faciat mētionē: ꝓpter hoc iuri cōmuni nō detrahitur, quin debitor possit opponere exceptionē de mutuo in casu non concesso contracto, vel de pecunia in vtilitatem ecclesiæ non conuersa, & similes. Non enim intendit per hoc ius alienum lædere, vel vsurariis fauere: vt in consti. Alexā. iij. de except. cùm debitorum.[f] ¶ Et quoniam in causis ecclesiasticis sæpe petitur interesse, ideo aliqua de eo tangamus, videntes primò quid dicatur interesse. Secundò quot sunt genera eius.

nem. vnde solui poterat legatum sine incō modo rei familiaris. Et sic intelligatur ff. de legatis. j. quidam testator. ff. de legatis. ij. Paulo Callimacho. §. finali. in fine. de alimen. lega. l. Lucius. Hoc tamen non procederet in legatario vel fideicommissario, qui grauari nō potest vltra quàm percipiat. ff. de legatis secundo. Imperator. & de legatis tertio. l. nomen. §. vni ex hæredibus. & quod ibi notatur a per glos. & Dyni. sol. pdi. procedant, vbi aliud non appareat de expressa voluntate testatoris, quæ seruanda erit. ff. de condi. & demonst. l. in conditionibus.

a ¶ Præscripta. dicta vsque ad ver. sed pone.
ADDE id quod infra dicit de violento, q violentus qui possidet cum titulo reprobato tenetur ad fructus, etiam qui percipi potuerūt. vide Rotam in anti. deci. cxxx.

b ¶ Vnde vi. Vide, verba sunt Vin. vt rescripsi, de resti. spoli. grauis. super vlti. glos.

c ¶ Rei vendi. circa medium. versi. fructum igitur. & per Ro. etiam eo. titu. ver. vtrum autem de fructibus.

d ¶ Nūquid. & ver. seq.

e ¶ Sed pone, hic poni debuit ver. vltimus. j. §. fi. Est sciēdum q Rofr. disputauit quæstionem. & est x. inter suas, de domino nudæ proprietatis, q vēdicat fundū à possessore: an veniant fructus in sentētia iudicatis? Et in voluminibus habetur quæstio. Breuiter ad solutionem venio, qui soluit sequēdo do. suū distinguēdo an vēdicet talis agēs rem ab vsufructuario, an ab alio. Primo casu possessor non cōdemnatur in fructibus: quia vēdicationi, quę nudā proprietatem aduocat, non deseruit iudicis officiū, sicut nec deseruit actioni, quę sublata est. C. deposi. l. si deposita. & quod ibi nota. Quod dixi possessorem nō cōdemnari, verum est, nisi is vēdicans factus sit dominus proprietatis pleno iure: & tūc eius tēporis quo ad dominiū reuersus est vsusfructus, habetur ratio fructuū: vt patet ff. de vsuris. videamus. & ff. de rei vēdi. l. fructus. §. hac ratione. & ibi ponit glo. hāc opi. quam dixit Rofr. esse domini sui, scilicet Az. sic distinguētem, vt scilicet secundo casu cùm agitur cōtra extraneum nullum ius habētem in fructibus: tūc veniant fructus in rei vēdicatione dicit glo. vt supra, quia illi seruitutem non debeo. quod ibi allegatur, Rof. etiam allegat l. ff. si serui. vendi. loci. §. cōpetit. & ff. si vsusfruct. pe. l. vtifrui. §. quod si fort. Inducit etiam Rofr. l. j. ff. de super. fi. Item regulam, cùm principalis. ff. de re. iu. concor. eodem titulo, accessorium. lib. vj. Cùm ergo competat vēdicatio pro re: ergo & officium iudicis pro fructibus, quod est accessorium. Item constat q iudex percipit rem restitui. ff. de rei vendica. qui restituere. ergo & fructus veniunt. ff. de vsu. videamus. §. infamari. ff. de verb. signifi. plus est. & l. restituere. Allegat etiam ff. loca. & condu. cùm plures. §. messem. qui §. bene facit loquendo de colono, qui nummis colit. Scire debes q verbū Azo. & Accur. omissum per Rof. quod s. addi. Gui. de Soza. improbat dicēs glos. illā falsam: quia ibi nō habetur ratio fructuū aliquo tēpore, cùm aliquos non percepit. Magna subtilitas fuit ista, quasi Azo & Accur. & Rof. loquantur de extraneo prorsus, qui nullos fructus perceperat, nec percipere poterat. quod rudissimum fuisset quærere. Dicat ergo Gui. an extraneus nec dominus fructuarius potuisset per plures annos percepisse fructus rei quam detinebat: estne improbè dictum, dum quæritur an nudus proprietarius vēdicans rem à tali ex officio iudicis consequatur fructus, cùm de proprietate non constet, nec appareat seruitutem in illo fundo reo deberi. Item dicit duas leges ibi s. allegatas non facere. falsum dicit: nonne §. quod si forte. ideo vincit possessor, quia non apparuit agentem dominum? Secus ergo si agens apparuisset dominus, vt etiam ibi not. in vlti. glo. in §. competit. nunne satis est etiam agenti q reus ius non habet? ergo conueniunt proposito.

f ¶ Debitorū. quam non habemus. Et scias q nunc incipiunt verba Inu. quæ ad literā not. in decre. sacro. de sentē. excommuni. & durāt vsque ibi: sed qualiter formabitur. Hostiē. hoc pro sequtur in Summa de sentē. §. quis sit effectus. versic. sed & quia aliquoties. vsque ad fin. Dyn. autem hanc materiam tractat in regula, mora. de re iudic. lib. vj. vbi etiam disputat an sit vnicum interesse, an sit triplex distinctum per species, vt hic sequitur: & tenet, vt prius tenuerat in quæstione, quam hic disputauerat. & incipit, quæstio est vtrum quod est triplex: & quia in volumine habetur, hoc solū infinuo quod cùm damnum possit æstimari singulariter, item communiter & ex conuentione, quæ potest procedere etiam super dubia futura ęstimatione damni: & hoc potest excedere singulare & commune, & ab eis excedi: concluditur ista nō esse ideo, cùm excessus sit diuersorū: non dicit autem quod conuentū pretium rei sit interesse conuentū, nec quòd commune sit interesse, nec q singularis ęstimatio sit interesse singulare: sed dicit q damnum singulariter æstimatū est interesse singulare, ęstimatum cōmuniter est interesse commune, ęstimatum ex conuentione est interesse conuentum. & sic tripliciter. Iac. de Rauen. in suo cōmento l. vnica. C. de sen. quæ pro eo quod interest. vltra princ. ver. vidimus. tenet q est vnicum, s. singulare habens relationem ad personam agentis, cuius propriè est interesse. vnde dici non potest q agens habeat triplex interesse. Habet enim vnum tantum, s. singulare suū. Illud tamen posset esse commune vel conuentum. Hoc etiam prosequitur Cy. super l. prę. io ij. q. vna cùm P. descendens. Dyn. hos apices discordantes in nomine, sed in effectu concordantes disputantibus relinquamus. Hoc scias q multi Iacobi, vt sic loquar, vbi s. hanc materiam tradiderunt, quā Cyn. ibi colligit. & ibi recurre. & j. sæpe remittam. Turbor de Iaco. prædicto & Vltramontanis: quia maximè ruinatores fuerunt Innocen. in tam vtili & prolixa ipsius glos. sustinuerunt. ¶ Est etiam aduertendum q in hoc princi. Innocen. diffiniēdo interesse fuit cautior. Accur. quem Iaco. de Ra. excessiuè reprehendit: quia dixit in l. prę. in glos. quia plenè. q interesse erat damnum emergens & lucrum cessans, ex eo quod aliquid fieri cessatur. Si enim interesse est damnum, de hoc facile satisfieret petēti. Dicit Cy. vbi s. l. j. q. quia de dānu magnū est forū. Sed Iaco. in prę.

Interesse quid dicatur.

INteresse Dicitur æstimatio, vel pecunia numerata, quæ succedit in locum cuiuscunq; rei, si non detur vt debet: vel etiam cuiuscunque facti, si non fiat vt debet: vt ff. de re iudica. si quis ab alio. Et licet hoc interesse quandoq; appelletur pretiū rei, vel æstimatio: vt ff. ad l. Falci. pretia. Est tamen in eo aliquid, plusquam sit ipsum verum pretium rei: quia computatur interesse id, quod nostra interest habere rem, quę dari promissa est: vel habere factum, quod promissum est fieri: vt ff. de acti. empt. l. j. in princ. & plerunque plus est hoc interesse, quàm sit merum pretium rei seu facti. Item dicitur interesse, etiam æstimatio dãni, quod alicui contingit: vel lucri, quod cessat ex eo ꝙ aliquid fieri cessatur: vt in pręc. c. dilecti. & c. peruenit. & c. constitutus. & præter rei æstimationẽ, sæpe contingit rem & interesse peti. quod oportet intelligi de alio interesse, quàm de ęstimatione rei: cùm illa ꝑ se venerit in petitiõe, cùm dicit, peto rẽ.

Genera interesse quot sint.

NVnc Dicamus quot sint genera interesse. Nota ergo ꝙ interesse siue æstimatio siue pretiū, Aliud est conuentum, aliud commune, aliud singulare: vt ff. de act. empt. & vendi. l. j. in princi. ¶ Conuentum interesse est, cùm dicitur, si non fecero quod promisi, dabo tibi cẽtum pro interesse. vel dicit simpliciter, dabo tibi centum. Et hoc semper præstandum est, secundùm quod conuenerit: nisi dolus interuenerit in ipsius cõuentione: iuxta illud. Pacta seruabo. ff. de pac. iuris gentium. §. prætor. & extra, de pac. c. primo. vt not. in Sũma Azo. in ti. de dolo, & rescin. ven. & extra, de emp. & vẽ. cùm dilec. Sed nec ad hoc quis condemnabitur, nisi specialiter petatur.

SVMMARIVM.

1 ☞ Commune interesse, semper in solidum præstandum est.

2 Ad interesse commune, qualiter veniat quis condemnandus vel non.

3 Cõmune interesse, quibus casibus sit æstimandū.

4 Cõmune interesse circa rem, quibus casibus præstetur.

Commune interesse quid sit, & qualiter contingat.

COmmune Verò interesse, est cõmunis ęstimatio dãni, quod cõtingit alicui ex eo ꝙ id quod dari vel fieri debet, non datur vel non fit, vel suo loco vel tẽpore, vel aliàs vt debet, datū vel factū nõ est: & in hoc cõmuni interesse cõputãtur fructus rei debitæ. in qua sit mora, & mercedes & pẽsiones & augmẽtū pretij, propter locū vel tẽpus, & similia: vt ff. ad l. Falc. pretia ff. ad l. Aquil. si seruū. ff. si cer. peta. vinū. ff. de act. emp. & vẽ. ratio. §. fi. l. si sterilis. §. cùm per vẽditorem. Vsuræ etiã in eo cõputãtur: vt ff. de peri. & cõmo. rei vẽ. l. finali. C. de vsur. l. prima. Secũdùm canones tamẽ, cùm omnino sint prohibitę, nullo modo cõputãtur in hoc interesse: cùm nullus ex pecunia sit fructus: vt lxxxviij. dis. eijciens. palea est: & sic videtur ꝙ vbicũq; pecuniã dari est in obligatione, nullū interesse cõmune vel singulare petetur, nisi sit de illis casibus, vbi debetur extra rem, vel etiã circa rem. de quibus iam infrà dicetur. Sed haberetur æstimatio lucri. Ideo autem dicitur hoc interesse cõmune, quia æqualiter omni cõmuni ratione interesset, in eodẽ cõtractu vel facto singulari, tamen ratione plus posset interesse. ff. ad l. Aquiliam. si seruū meū. ¶ 1 † Hoc autem cõmune interesse semper in solidum præstãdum est: siue agatur ex cõtractu, siue ex delicto, vt in prę. l. pretia. & in prædi. l. si seruū meū. In delictis autẽ semper æstimatur: in contractibus verò plerũque: vt in præ. l. pretia. & in prædi. l. si seruū meum. Plerũque, ideo dixi: quia in vẽdicatione venit singulare interesse: vt ff. de actio. emp. l. prima. in principio. Idem est, si aliàs paciscantur partes de singulari interesse. Et intellige ꝙ in prædictis æstimatur cõmune interesse non in lucro, sed in damno: & obtinẽdo in causa reficitur cõmunis æstimatio damni, quod sustinuit ex eo ꝙ id, quod dari vel fieri debeat, nullo modo, vel non vt debet, datum vel factum est. ff. de damno infecto. Proculus. & in prædi. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. & eodem titulo Iulianus. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. finali. ¶ 2 † Et ad hoc interesse ratione damni præcedentis litem contestatam nullus condemnabitur, nisi specialiter petitum fuerit. Quod sic probo: quia si tantùm petatur res, quæ dari vel fieri debebat, videtur velle contentus eo esse quo ad præsentem petitionem, cùm de his, quæ præcedunt litem contestatam, quæ pariter cum re petita debetur. & peti poterant, nullam faciat mentionem: æstimatio autem communis eius damni quod venerit post litem contestatam, bene venit in condemnationem, etiã si non petatur. ff. de ædilitio edicto. ædiles. §. item sciendū. extra, de re iudica. abbate sane. §. pro parte. & §. seq. [a] nec est cõtra, ff. si certum petatur. vinum. vbi innuitur ꝙ si vinum petitum fuerit, tamen fiat condemnatio eius ad ęstimationem eius damni quod præcessit litis contestationem: quia ibi fit æstimatio vini vel damni, secundùm ꝙ communiter valebat tempore quo vinum solui debebat, cùm tamen id semper præcedere debeat litis contestationem: quia ante diem non rectè agitur. ff. quando di. vsusfru. ce. l. j. in fin. & extra, de plus petiti. c. vnico. Solu. Ibi non fuit tantùm petitum vinum. imò etiam vinum cum interesse suo: & sic semper faciendum est: quia quãdo petitur aliquid dari vel fieri, semper debemus id petere dari vel fieri cum suo interesse. Aliòquin si sic non fuisset petitum, si vinum quo tempore solui debebat, valebat centum: sed postea cùm petitur, valet tantùm quinquaginta communi æstimatione, tantùm in quinquaginta, & non in centum condemnatio fiet. Sed si petitum est vinum cum suo interesse: tunc condemnabitur in centum. ¶ 3 † Sunt etiam certi casus, vbi æstimatur commune interesse: & habetur etiam ratio alicuius lucri, licet nõ omnis, sed quod communiter habere potuisset: puta si agatur arbitraria condictione, siue actione de eo quod certo loco vel die quo ꝓmissum est. de qua dicam infrà versicu. & vt hæc. vel si agitur locati, conducti vel ex stipulatione rem ratam habe. vel tutelæ vel l. Aquil. vel interdicto ne quid in loco publi. l. fi. ff. de eo quod certo loco. l. ij. §. fi. ff. locati. si in lege. §. colonus. & in l. in quo. & l. si fundus q. in fine. ff. rem ra. habe. si cõmissa. ff. ad l. Aquil. si seruum. ff. ne q̄d in loco pub. l. j. §. merito. C. arbi. tute. quęq̄d. Alij tamen semper dicũt in ęstimatione, &

¶ Interesse dicitur.

¶ Nunc dicamus.

a ¶ Commune verò. §. sequen. lib. vj.

l. post prin. non sic intellexit. sed dixit vt suprà post prin. ꝙ si interesset damnum, & tu esses mihi obligatus ad damnū: ergo peti posset interesse, quantumcunque esset quod est contra illam legem. Est & alia reprehẽsio illius diffinitionis, inquãtū dicit lucrū cessans: cùm regula sit, ꝙ lucrū nõ venit interesse, de quo dicã j. §. cõmune. versic. sunt etiã certi. De casibus ergo exceptis non debuit fieri regula vel diffinitio. l. aut. vt sine prohi. ma. §. j. coll. vij. primò nõ est sufficiẽs, restringẽdo se ad casum, cùm cessitur fieri. cùm diffinitū etiã locū habeat. Secũdò si factum sit, quod non debuit fieri. Tertiò si non traditū, quod tradi debuit. Quartò, si male traditū. Qointò, si nõ dedit. Sextò, si nõ restitutum. De primo patet ff. de re iu. si qs ab alio. De secũdo in l. interdicto. ff. de vi & vi ar. ff. de furt. infici indo. §. primo. De tertio ff. de act. emp. si sterilis. §. cùm per vẽditorem. De quarto, eo. tit. Iulianus. in principio. & §. primo. & l. idemq;. De quinto. ff. de prescrip. ver. l. naturalis. De sexto. ff. de rei ven. qui restituere. In hoc dixit plenius Cyn. ipse, vbi s. cùm Pe. defendit Accur. q secutus fuit modū loquẽdi communem, quo dicimus, tantum est dãnum meum, emenda. & quod de cessatione defenditur per regulam, qui non facit, quod facere debet. ff. de reg. iur. & extra, de simo. c. nemo. Ego dico Accur. diffinisse interesse, prout est, nõ interesse quod petitur: vnde negari non potest, si damnificatus sum vltra quadruplum, quin illud sit meū interesse: licet non petere possim vltra duplum. Est sciendum ꝙ dñs meus aggrediens hãc materiã vbi suprà, dicebat quatuor prę-mittenda. Primum an interesse sit in obligatione. Secũdum an sit in petitione. Tertium an sit in cõdemnatione. Quartū an petatur certi cõdictione generali. Ad primũ respõdebat, ꝙ quãdo fieri vel nõ fieri erat in obligatione, interesse sic est purè in obligatione. nã q debet rem, nõ debet pretiū. ff. de verb. obli. si seruū. §. sequitur.

Est ergo in obligatione cõditionali. Itẽ alia ratione: quia si nõ fiat, venit incõtinenti interesse in obligatione, eodẽ titulo. quoties qs. de secũdo tenet ꝙ sic postmodum re. Allegat Instituti. de actio. in principiu. & ff. de act. empti. l. prima. Dicebat ergo in obligatione de re tradenda, quod aut ille ante iudiciū est in mora tradẽdi: & tunc petitur interesse ab initio & purè in libello. Aut nõ est in mora ante iudiciū cœptũ: & tunc aut petitur interesse tãtùm & purè: aut rem traditam tantùm, aut vtrũque, vnū purè, alterum sub conditione. Primo casu male petit, cùm nõ debeatur interesse, nisi post moram: cum ratione moræ postea commissæ cõtrahitur obligatio & ex causa quę præcedit iudiciū: vnde rectè fit condemnatio. ff. de pigno. actio. si rem alienam. j. §. finali. ff. manda. si mandauero tibi vt à Titio. Secundo casu, cùm petit rem tantùm, non venit interesse nisi illud, quod venit officio iudicis, post litem contestatam. ff. de ædili. edicto. ædiles. §. Item sciendum. & in prædicta l. Tertio casu quando vtrunque petitur alternatiuè, secundùm eum, rectè petitur, scilicet rem tradi: & si nõ tradat, interesse: sicut querela, vt petitio hæredi. iudicium rescissorium & rescindens. ff. de inofficioso testamento. l. qui de inofficioso. & ibi nota. Et per hoc etiã tantum est factum principale, quod dicit nõ dubiū, quia bene venit in condemnatione. ff. de re iudicata. l. si quis ab alio. in fin. Hoc verum, si continet certam quantitatẽ. Institu. de act. §. curare. aliàs non esse in condemnatione. C. de senten. quę sine certa quãtitate. per totum. Quartum dicit esse casum quod sic. ff. si certum petatur. l. certi condictio. in princip. de quo dic: m j. versicul. qualiter. in fine.

interesse haberi ratione lucri & dãni: quod re vera & cõmuni ratione iudex arbitrabitur cõtigisse: & sic expressè videtur dicere l. C. de senten. quę pro eo quod interest profe. l. i. etiã cõsonat æquitati.[a] ¶ †Hoc autē cõmune interesse, quod est tantum circa rem, pręstatur, si res vendita non traditur, si emptor velit: vt in prędi. l. ff. de act. empt. & ven. l. i. Sed si traditur vitiosa: tunc tenetur etiã ad interesse, quod est extra rem: vt in præ. l. si sterilis. cùm per vēditorē. Itē idē interesse, quod est extra rem, præstatur quãdo ex maleficio agitur: vt ff. ad legem Aquiliam. proinde. & l. inde Neratius. ff. de fur. inficiando. §. i. ff. de condi. fur. l. iij. & idem in actione ad exhibendum. ff. ad exhi. l. si optione. & l. sed & si. Idem in actione ex empto, si malit singulare quàm commune. ff. de actione empt. & vendi. l. i. in prin. ¶ Qualiter autem commune interesse probetur, iam dicetur i. §. proxi. in prin.

SVMMARIVM.

1. Interesse singulare quid sit, & quare veniat.
2. Testes qualiter deponere debeãt in interesse singulari.
3. Interesse singulare, vbi præstari dicatur.
4. Pœna cõuentionalis & legalis, quando debeatur.
5. Tractanti causam, vbi petitur interesse, quæ sint attendenda.
6. In contractibus innominatis non solùm petitur res debita, sed etiam interesse.
7. Res vēdita si non tradatur, agi posse ad interesse, qualiter intelligatur.
8. Interesse in contractibus non seruatis, qualiter sit exigendum.
9. Petitio interesse qualiter sit formanda.
10. Condemnatio ad interesse, qualiter fieri debeat.
11. Damna data, & expensæ factæ, in quibus differãt.
12. Impeditus nuptias facere, propter quod vxorem perdit, an potest interesse consequi.
13. Promittens aliquid certis loco, & tempore, an nõ faciens teneatur ad interessa loci, & temporis.
14. Solutio in vno loco facienda, an possit in alio loco exigi.
15. Iudicis officium qualiter expediatur in causa damni aut lucri.
16. Promittens in contractibus bonæfidei sub certo loco & termino, tenetur ad quodlibet.
17. Interesse incertum qualiter sit per iudicem inquirendum.
18. Interesse singulare, qualiter de facto sit per testes probandum.
19. Interesse ex contractu surgens, qualiter probari debeat.
20. Interesse ex delicto proueniens, qualiter sit probandum.

De interesse singulari.

VISO De cõmuni sequitur de singulari interesse videre. Est autem singulare interesse, æstimatio, quæ venit ex speciali affectu.[b] Sicut est in patre libero circa filium seruũ: vel quæ venit ex speciali vtilitate, vt est in libro vtitatoc[c] vt in præ. l. pretia. & in præ. l. si seruũ. Verbi gratia, obligaui tibi Digestũ, in quo studeram, taliter vt nisi illud intra certũ tēpus redimerem, liceret tibi distrahere & sic distraxisti, postea emi illud ab emptore, qui tandem non vult mihi illud tradere: certè nõ solùm debet mihi condemnari ad commune pretium Digesti, sed etiam ad damnum, quod patior quia illud non habeo: vt in præd. l. i. ff. de act. emp. vbi tractatur de communi & singulari. ¶ †Quod autē sit dãnum illud, & quæ vtilitas esset mihi modò si illud haberem, hoc est in arbitrio iudicantis. Vel pone tale exemplum: vendidisti mihi fundũ, qui fuerat patris mei, & nõ tradis. certè teneris mihi ad interesse non solùm cõmune, sed ad quodlibet, vel etiã ad sigulare. s. quãtum habeo maiorem affectionē circa fundum habendum: quia fuit patris mei priusquam aliquis illũ haberet. ff. de mino. si in emptione. Vel pone exemplum, quia emi domũ, quæ cõiuncta est domui meę. Magis enim mihi est charta, quàm alicui alteri. Vel cõmodaueras mihi Digestum, in quo diu studui, & glossas seu expositiones multas apposui: vēdis illud mihi. certa carius est mihi quàm alteri. ¶ †Sed quomodo testes deponēt in hoc singulari interesse?[d] Respõ. quilibet dicet sic, si domus illa esset mihi coniuncta, vel si librũ illũ habuissem in scholis, vel in eo studuissem, ego darem tantum: & si sic omnes, vel saltem duo dicerēt, probabo meũ singulare interesse, cõmune esse. Probatur sic: quia quilibet ita diceret, ego tãtum darem de re tali: aliter enim interesse per testes probari nõ potest: sed si singulariter alicuius nõ interesset, veniret interesse cõmune, in quo habetur ratio interesse circa rem, & aliquãdo etiã extra rem, ita q̃ nõ habetur ratio lucri: vt i. §. proxi. de hoc §. versi. illud autē. & seq. ¶ †Hoc autē singulare interesse, & sic vbi præstatur, nõ tamen semper. Si enim debeatur aliqd ex certo cõtractu, qui, s. cõtineat certam quãtitatem vel certã rem: vt quãtitatis appellatione cõprehēdatur quęlibet res singularis: vt ff. de leg. iij. quisquis. vel etiã incerta in diuiduo, sed certa in specie: vt si debes hominem, & lex dicat singulare interesse præstandum: sicut dicit in vēditiõe: vt in pręd. l. i. ff. de act. empti & vēdi. cùm aliter pręstari nõ debeat, nisi lex dicat, pręstabitur vsq; ad duplũ cõmunis interesse,[e] & non vltra. C. de sent. quæ pro eo quod interest, prose. l. vnica. §. scimus. & in pręd. l. quisquis. Nec obstat l. ff. de actio. empti & vēdi. ratio. §. sed si per vēditorem. & l. Iulianus. inter eũ. §. si verò sciēs. & §. itē q̃ furē. quia illę leges nõ loquũtur de singulari interesse, sed de cõmuni circa rem, vt totũ debeat pręstari.[f] Si verò singulare interesse ex incerto cõtractu debeatur, vt puta ex eo quod est in faciēdo, vel etiã in nõ faciēdo: vt ff. de verb. obli. Vbi autē nõ apparet, tũc omnino in solidũ pręstãdũ est, quãtũcunque sit. C. de sen. quę pro eo, quod interest. l. vnica. §. in aliis. & videtur eadem lex innuere q̃ in his casibus semper debeatur singulare interesse. ¶ †In poena autē, dic q̃ poena cõuētionalis quantũcunque sit, debetur. Inst. de inuti. sti. §. alteri. legalis autē nõ debet excedere quadruplũ. Insti. de act. §. omnes. Speciale tamē est in spõsalibus: vt ff. de spon. mulier. sicut & aliud speciale est ibi. ff. de verb. obli. Titia. respõ. i. quod plenius prosequere in Sũma domini mei, in ti. de sen. & re iudi. §. qs sit effectus. sub. §. aliud singulare.[g] ¶ †Qui autē tractat causam vbi petitur interesse, diligēter attēdat quid sit in obligatione:[h] qa si rem certã vel speciē dari, est in obligatione, & extat, & siue debeatur ex cõtractu, siue ex maleficio: semper ipsa res petēda est. ff. de actionib. emp. & ex empto. in principio. ff. de verb. obli. vbi autē nõ apparet. §. fi. C. de hę. vel act. vē. qui tibi. ff. de cõdi. fur. in rem. Si autē nõ extat, tũc tãtùm ęstimatio vel interesse petēdũ est: vt in pręd. l. in rem. sed cõtra. ff. de ver. obli. seruus. §. fi. ff. de cõdi. fur. l. iij. vbi innuitur q̃ etiã si nõ extant, tamē petēdę sunt. Solutio. Ibi loqtur quãdo actor ignorabat res illas extare. Vel dic q̃ etiã si corpus rei, quę nõ extat, petitur, bene valet petitio: licet melius sit ęstimationē petere. Et ideo si vis indubitatiuè loqui, petas vel rē vel interesse: & nihilò minus adijcias in libello, cũ alijs dãnis.[i] Sed & si corpus extet tēpore libelli cõcepti, ipsum solum petitur: sed si nõ extet tēpore sentētię vel in tali statu, sicq; dari nõ potest, fiet cõdemnatio ad interesse, quod post litē contestatã cõtingit. ff. ad exhib. de eo. §. si post. ff. de euic. si seruus. §. fi. ff. de dolo. arbitrio. §. nõ tamē. C. de actio. empti. si traditio. Nec est cõtra. C. de fideic. lib. l. fin. vbi redarguitur iudex, qui quãdo agitur ad legatũ, cõdēnat ad interesse. Illud enim est ideo: quia legatũ iam suũ erat. Vnde non erat cogendus æstimationē recipere. Secus autē in re, s. nõ sua, sed sibi debita. ¶ †Hoc autē fallit in cõtractibus innominatis, vbi non solum petitur res debita, sed etiam interesse, etiã si res extet: vt ff. de pręscrip. verb. naturalis. per totã l. Itē si tēpore sententiæ extet res petita, sed postea, antequam eam tradat, pereat, vel aliàs impossibilis sit eius tradi-

a ¶ Æquitati. De hoc satis per Iac. de Rauen. in sua vltima quæstione. & per Cyn. vbi s. in quarta diuisione. Mihi placet quod scripsit Iac. de Bel. super præ. l. in solutionibus cõtrariorum, qui distinguit aut in contrahenda obligatione habetur respectus ad futurum lucrum, & hoc constat: aut q̃a expressum: aut propter locum solutioni destinatũ, vel propter officiũ gestoris, vel alio modo: aut non habebatur respectus ad lucrum. Primo casu semper debetur interesse ex lucro, per l. ipsam. & ff. de eo quod certo loco. l. iij. §. pen. & vlti. & l. in bonæ. & C. arbi. tut. l. quicquid. Secundo casu prosequtur xiij. casus, in quorum primis septem non venit interesse ex lucro, in secundis sex bene venit. Ibi vide. Ponit autem quod regula sit ad negatiuam, quòd non veniat iure veteri vel nouo. Speciales etiam casus cõtrarios dicit esse vtroque iure nouo & veteri, dicēs q̃ illa lex nihil innouat circa id: nisi quod interesse ex lucro non excedat duplũ alterius interesse. & in hoc vltimo contradicit vlti. gloss. Accur. vbi suprà.

b ¶ Visu de affectu. Iaco. de Rauen. in suo cõmento: verbi gratia, non vult fateri interesse affectionis, sed interesse vtilitatis, dicit singulare aliàs vt eius verbis vtar, si amica sua sibi donasset vnã zonam parum valentem, bene iuraret q̃ pro magna summa nollet illa carere. Hoc prosequitur Cyn. vbi s. in i. q. post secundam principalem.

c ¶ Vtitato. Iaco. de Ra. volens sub vno exemplo comprehendere illud triplex interesse, loquebatur de libro manu mea scripto, litera illegibili alteri quam mihi. Posset dari exemplũ in litera recolendæ memoriæ magistri Gui. de Brixia summe medici, qua abundo, & illam legere nescio.

d ¶ Interesse. De hac parte per Accur. vbi supra in gl. per probationes. & satis per Cy. in v. q. & sequē. vel vis in antepe. & pe. q. & vide insta versicu. antepe. & seq.

e ¶ Interesse. Verbũ Innoc. & hic vides quid sentit de quęstione qua quærit quid est illud quod duplatur. de qua Cy. vbi s. in iij. q. & seq. & vide Accur. ibi in i. glo.

f ¶ Præstari. Circa solutionem cõtrarij prædictarum ll. de qua ibi Accur. in gl. magna, vide plenè Cyn. in ij. & in oppositione. & iiij. oppositio instat in solutione l. Titius. cum l. seq. eo. tit. de act. empt. & ven. quinta circa l. cũ fundus vti. ff. de euic. sexta circa l. videamus. § iurare. ff. de in lit. iur. septima circa legē, vēditor. ff. de euic.

g ¶ Singulare. ver. sed nũquid poena. vide per Accur. in glo. antepe. per Cy. vbi s. in nona oppositione. & fuit vlt. Ia. de Rauē. per modũ quæstionis.

h ¶ Obligatione. Da hac parte plenè per Cyn. vbi s. in iiij. principali quęstio.

i ¶ Damnis. Vide s. ver. sed qualiter. & quod i. dicam.

a ¶Innocentium quartum. Satis leuiter ipsum nominat, ac si solum proximum dictum foret ipsius. & simile, suprà titulo proximo, §. vltimo. versi. porro. in fine.

b ¶Autem. Cynus vbi supra, prima & secunda quaestione. post quartam principalem inducit glossam l. certi condictio. in principio. ff. si certum petator. per quam videtur quòd simpliciter posiit peti interesse: per certi cõdictionem generalem, quod post ea in iudicio certificabitur & declarabitur. Et facit quod nota. in l. secunda allegata infrà versiculo proximo. refert Iacobus & Petrus tenere certã quantitatem exprimendam: dicens quòd est casus ff. de re iudicata. si quis ab alio. §. finali. coniuncta l. vt fundus. ff. communi diuidundo. Dicet ergo, peto interesse quòd aestimo centum: in casu autem cùm vltra interesse praeteritum, venit & futurum, dicet, peto interesse quod aestimo centum & plus, quantum contingit illud crescere ante sententiam. Nam secundùm Iacobum si non peteretur, non veniret. ff. si pars haered. peta. l. secunda. in fine. & ff. de rei vendica. l. quae de tota. §. finali. Dominus meus vbi supra circa id, quod prius dixi, signat contrarium da l. vbi autem non apparet. in fine. ff. de verborum obligationibus. de qua Accursius loquitur vbi suprà, in gloss. similibus. in fine. Ibi enim videtur quòd ex stipulatu petatur, respondet, quòd aut dari vel tradi est in obligatione, aut fieri, aut interesse. Primo casu est certum, quia potest oculis inspici, & habet fines ex natura designatos: & tunc agitur ex stipulatu certi condictione: vt in l. certi tio. Secundo casu illud videri non potest. allegat ff. de regulis iur. semper in stipulationibus. Vltimo casu si certũ est ex rerũ natura quãtum sit sed nescitur. tunc illud certificabitur iudicis arbitrio, petitur certi condictione generali. ff. de lega. j. si seruus legatus. §. qui quinque. Nulla enim quantitate adiecta non reciperetur libellus, secundùm eum: per quod apparet quod intelligit certam quantitatem exprimi, & partem expressam relinqui posse. vide infrà de obli. & solu. §. pe.

A D D E vt per nouissimos in d. l. certi condictio.

c ¶Lege secunda. Pro hoc facit quod ibi not. in continuatione Rubricae. tamen ibi Iaco. de Rauen. resistit per §. curare. statim alleg. Satis mihi placet quod not. Accur. Iacob. per l. ij. ad quam etiã respõde vt ibi dicitur in principio. Si ergo certa quantitas est petita vel certificata in processu causę: ad illam fiet cõdẽnatio. aliàs non, nisi in casibus ibi not. vbi non tantum petit actor fieri condemnationem, sed solùm per sententiam declarari reum sibi obligatum ad interesse: puta sine expressione quantitatis. sententiam ferri posse: sicut & fertur super indemnitate, vt in praedicta l. secunda. C. de sen. & interlocut. cum concor.

d ¶Nostra. Vbi de hoc in prima glo.

e ¶Rem. Aliàs vocatur intrinsecum & extrinsecum. Et de hoc satis per Cyn. vbi supra. in diui. ij.

f ¶Patet. Accur. vbi supra in glo. & ita vocat hęc vana.

g ¶P. & G. Vbi hoc not. in prima glo. & ibi dedi remissiones post Hostien. quam dat sequen. versi.

h ¶Soluam. Hoc non capio, si diceret sola quinquaginta tibi soluam, esset intelligibiles vel si dixisset, solum mediam marcham tibi soluam. Dicebat ergo Rofre. de actione ex stipulatu arbitraria. versiculo, sed mirum. quòd videbatur mirandum, quomodo in ea actione posit haberi vtriusque ratio, scilicet actoris & rei in vno eodemque iudicio, & in vno eodemque casu. Et refert Ioannes summae authoritatis glossam haberi vtriusque rationem alio & alio casu, vt sic in diuersis casi-

tio: tamen interesse praestare cogetur. argumẽ. ff. si cer. peta. vinũ. Et sic videtur loqui praed. l. si traditio. vbi dicitur quod precariò possidens res non tradatur, debet cõdẽnari ad interesse precarie: aut restitutio vix potest esse, nisi post latã sententiã: imò post sententiam habet aliquem terminum ad restituendum: vt ff. de iudic. si debitori. & ff. quod metus causa. Pedius. §. quod si homo. Et nota extra de officio delegati. quaerenti. Sed contra ff. de act. empti. & vendi. l. prima in princi. vbi dicitur quòd si res vendita non tradatur, ad interesse agitur. Sed expone. id est, quoddam ac si actum esset.

7 ¶†Si autem factum est in obligatione, ante moram agi non potest. ff. de verborum obligat. si ita stipulatus essem. extra de plus peti. cap. vnico. sed postquam promissor facti fuerit in mora, siue in totum, scilicet quia transit tempus, quod totum aedificari potuit: siue in partem, scilicet quia transit tempus, quo pars potuit esse aedificata: tunc habet duplicem viam stipulator. Primam, vt agat ad faciendum vel complendum opus: vt ff. de operis noui nuncia. stipulatio. §. fine. ff. de praescrip. verbis. l. ob eam. C. de dolo. legem. Secundam, vt agat ad interesse. ff. de re iudicata. si quis ab alio. ff. de verborum obligat. quoties. ff. rem ratam habe. l. ij. & l. si debitum. tamen si promissor velit opus facere, liberatur ab interesse. ff. de verborum obliga. stipolationes. §. finali. & l. continuus. §. item qui insulã. nisi iam sit lis contestata, vel nisi multũ interest stipulatoris vel nisi poena esset adiecta. ff. de verborum obliga. si insulam. ff. si quis cau. & si post.

8 ¶†Hoc etiam nota quòd si quis primò petierit rem sibi dari, vel opus fieri: & plus sit interesse quod consecutus est per primam actionem, vel econtra: adhuc eadem vel alia actione agi ad id, quod residuum est in altera. ff. pro socio. si quis à socio poenam. ff. de vi & vi arma. l. prima. §. si fundus. nisi de his, quae post litem contestatam obuenire possunt. De illis enim vlterius agi non potest. C. de fruct. & litium expensis. l. terminato.

¶Idem dicimus cum M. quod tantùm in re promissa, mandatur sententia executioni: quamuis promissor paratus sit soluere interesse. ff. de rei vendicatione. qui restituere. ff. de verborum oblig. l. vbi autem nõ apparet. §. fin. Nam dolus & fraus, non debent ei prodesse. extra de rescript. ex tenore. Azo tamen not. contra in Summa. C. de actio. empti & venditi. secundùm Innocen. iiij.[a]

9 ¶†Sed qualiter formabitur petitio interesse. Nam si dicatur, peto quod mea interest, non videtur bona petitio, cùm incertum contineat. vnde dicit Vbertus quòd debet petere centum: quia dico mea interesse in tantum. Posset etiam secundùm eum dicere, peto centum, & si quid mea plus interest. argumentum ff. de furt. in actione furtiuae & hoc verum est, quòd certam debet formare petitionẽ, nisi iuret se esse incertum quãti sua interest. & tunc ei subuenitur. argumentũ. ff. de posito. l. j. §. si quis argentum. Vel dic vt supra. versiculo qui autem.[b]

10 ¶†Sed qualiter formabit hic iudex sententiam? Respond. quidam dicunt quòd si talis petitio fuit admissa, peto quod mea interest: sufficit si dicat, condemno ad interesse. argumentũ. C. de senten. quae sine certa quantitate profer. l. ij.[c] extra de procura. auditis. Alij contra dicentes, quòd iudex condemnare debet in certa quantitate, si potest: vt Institut. de actio. §. curare. ¶Qualiter concipiatur libellus, cùm vsurę loco interesse petuntur, notatur infrà in tractatu libell. in titulo de vsuris.

11 ¶†In summa nota quòd differentia est inter damna data, & inter expensas factas: vt probatur extra, de iniur. in nostra.[d] & c. olim. de offic. delega. cum olim abbas. Et scias quod quoddam damnum siue interesse dicitur circa rem: quoddã extra rem.[e] Circa rem est, puta subtraxisti mihi instrumẽta, per quae probare poteram qualiter aliqua possessio fuerat mihi acquisita per me vel per praedecessores meos. Si igitur tractus in causam, non possum probare defensionem meam, propter huiusmodi subtractionem, & ideo succumbo, teneris mihi ad aliud interesse. ff. de act. empti. l. Iulianus. respõ. j. xij. q. ij. si quis de clericis. vel si mihi carnes vendidisti, & eas tempore statuto non tradis: vt ff. de act. empti & vendio. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. Ad duo enim mihi teneris, s. ad tradere, & tunc tradere: vt ff. de arbitr. Celsus. Vnde inspicitur quòd carnes nunc emi carius: & ita hoc interesse est circa rem, nec attenditur illud interesse quòd familia nõ habuerit quid comederet: vt ff. de actio. empti & vendi. si sterilis. §. cùm per venditorem.

12 ¶†Sed quid si propter hoc, quòd carnem non habuit, nõ potuit facere nuptias, & sic vxorem perdidit: nunquid poterit hoc interesse consequi? Dic quod hęc in infinitum non extenduntur, vt ex superioribus patet.[f] Extra rem autem est, si debes mihi frumentum, nec illud tempore suo mihi reddis, ideo familia mea fame perijt: & hoc interesse non semper peti potest, sed pretium frumenti tantùm: vt in praedic. §. cùm per venditorem. Idem autem dixi, nõ semper: quia in arbitraria actione venit: puta quando certis die & loco promisisti ipsum reddere mihi: vt dixi supra §. proximo. versiculo, sunt etiam certi. et iam dicã. hoc enim casu nedum damni, sed etiam lucri ratio habetur. ff. de eo, quod certo loco dari oportet. l. si vt certo. §. finali.

13 ¶†Et, vt hic articulus clarius tibi liqueat, nota quòd si promittis te mihi pecuniam certis loco & termino soluturum: teneris mihi quãtum mea interest mihi solutã non fore eo loco vel tẽpore. ideoque per officium iudicis mihi ad interesse condemnaberis: quia mihi abstulisti loci vel temporis vtilitatem. Idẽque est si ego peto in alio loco à te debitore, quàm vbi te soluere promisisti: quia tibi aufero loci vtilitatem. Vnde tibi ad interesse teneor: vt extra, de plus petit. cap. vnico. extra, de officio delega. P. & G.[g] extra. de foro competenti. dilecti. Haec enim actio vtriusque vtilitatem continet, scilicet actoris & rei, debitoris & creditoris. ff. de eo quod certo loco. l. secunda. & C. vbi quis conue. qui cer. loc. da. promisit. l. vnica. in libr. iij. Quod contineat etiam creditoris vtilitatem patet. Aliàs enim posset contingere, quòd creditor suo debito fraudaretur.

14 ¶†Pone enim quòd debebam tibi certo loco soluere centum marchas: termino elapso, petis à me in alio loco. quod facere potes: quia aliàs ego facere possum quod nunquam tibi soluerem, scilicet nunquam ad locum illum veniendo: vt ff. eodem. l. prima. modò considerabitur quantum plus valet marcha argenti, vbi nunc petis, quàm vbi soluere promisi. Si ergo valet in duplũ, quia vbi non valeret nisi quinquaginta. hic verò vbi me conuenis, valet centum: interesse meum est in quinquaginta vnde interesse meo computato, nihil tibi soluam.[h] Sed tibi in hoc subuenitur: quia tu computabis quantum interest tua, tibi fuisse solutum loco statuto: quod si factum esset, emisses merces, & fuisses lucratus, sicut alij fuerunt cum centum marchis quinquaginta mar-

bus habeatur ratio vtriusq;, refert demum secundùm Azo. in eodem casu id euenire posse his terminis, actoris interest, quia sibi sub pœna in loco destinato, promiserat. ff. de eo quod certo loco. l. ait vtiq;. §. penult. rei interesse quod minoris pretij est, quod promiserat vbi promisit, q̃ vbi conuenitur. Si ergo plus actoris q̃ rei interest, in superfluo fiet condēnatio: vt si sors est cētum, interesse actoris est decem, & interesse rei cōsistit in quinq;: condemnabitur reus actori in centum quinq;. Hæc verba bene sunt intelligibilia, subdens actoris rationem habendam in hac actione, quando scilicet culpa vel mora reo possit imputari. aliàs quia re punietur ipse reus. Dicit autem semper habendam rationem rei: quia locus, quem ex pacto habuit, sibi aufertur. ff. eod. titu. quod si Ephesi. §. j. subdit etiam q quandoq; est alternatiua promissio rerū: vt quia promitto Stichū aut Pamphilum, vtroque existente in rerum natura, promissoris est electio ante petitionē, & post: vt præ. l. ait vtiq;. §. ij. ff. de iure dot. l. plerunq;. in fin. de verb. obligatio. eum qui. §. j. Si autem est alternatiua promissio locorum: vt quia promittis Capuæ dare, vel Neapoli: tunc ante petitionem actoris est electio rei vbi soluat post petitionem licet non sit sua electio vbi soluat. habetur tamen ratio interesse rei, quatenus sua interest, eum alio loco soluisse. Et est idem quando est alternatiua locorum & rerum: vt si promitto Ephesi decem, aut hominem Capuæ: vt prædicta l. ait vtiq;. §. j. & ij. vsque ad §. si quis ita stipuletur. Stipulatio autem non adiecto loco, non erit arbitraria. Soluetur autem vbi domicilium habet promissor, vel vbi contraxit. & intelligitur contraxisse vbi se soluturum promisit. ff. de actio. & obliga. contraxisse. cætera quæ copiosè ibi tractat. ibi videas.

chas. vnde istud similiter computabitur. Vtriusq; enim vtilitatis ratio attendit. vt dixi. Dicitur autem hæc actio certi cōdictio: sed arbitraria appellatur, quia per officium iudicis petitur hoc interesse: cùm enim principale debitū petitur per principalem actionem: puta ex testamēto vel certi cōdictione: tunc debet implorari iudicis officiū vt habeat rationem vtilitatis actoris vel rei iudica. cōdemnatione facienda: vt ff. de eo, quod certo loco da. opor. l. prima & secunda. responso primo. & §. 15 secundo. & l. tertia. ¶ † Qualiter autem expediatur iudicis officium in hac parte, & qualiter habeatur ratio non solùm damni, sed etiam lucri: & quare hoc remedium est inuentum, vide ff. eodem l. tertia. §. penultimo. & §. finali. & l. iij.[a] ¶ † Et hoc in 16 contractibus stricti iuris. In contractibus autem bonæ fidei, si promisisti mihi soluere certo loco vel termino: tunc interesse venit iure actionis: & est in obligatione. ff. eodem. l. si heres. & l. aut si b mutua. & l. in bonę fidei. & l. centum Capuæ[b]. Ex præmissis igitur tu collige q interesse aliud surgit ex delicto, vt in exemplo posito suprà versiculo in summa. ibi: circa rem est &c[c]. Aliud de c quasi delicto. Ex quo habes extra de senten. excommu. c. sacro. versicu. qui si absq;, &c. vbi de d hoc[d]. Aliud ex cōtractu, vt cùm plus petitur loco: vt extra, de plus pet. capitulo vnico. vel cùm soluitur alibi, quam vbi promissum fuerit. Quæ dic vt s. versiculo & vt hic articulus. Aliud ex quasi contractu, vt patet exemplum extra, de electio. vt præteritæ. Hoc autem interesse aliud est interesse singulare, aliud commune. de quibus dic 17 vt supra §. secundo. & §. viso. ¶ † Illud autem sciendum est, q vbi interesse incertum est, puta cùm in eo continetur factum vel non factum: vt ff. de verborum obligationibus. vbi autem non apparet. §. qui id quod. & ff. de regulis iuris. qui non facit. tunc iudex subtiliter debet interesse inquirere: vt C. de senten. quæ pro eo quod interest. l. vnica. §. in alijs. & inquiret per probationes testium, vel e instrumentorū[e]. ¶ Et hoc in contractibus & delictis: vt C. de iu. iurando. l. secunda. ff. de edendo. argentarius. §. finali. & ff. de regulis iuris. quatenus. Institutio. de officio iud. §. fi. & de ver. obl. §. fin. ff. ad leg. Aquili. proinde. & l. in lege Aquil. & l. si seruum. ff. de præto. stipula. §. fina. Hoc tamen fallit ratione delicti aduersarij mei, vt iam dicam, & ratione contumaciæ ipsius in illis casibus 18 in quibus in litem iuratur. ¶ † Sed qualiter etiam de facto probabitur, etiā singulare interesse per te-

stes? Respond. dicent quòd tantum cuiuslibet interesset, qui sic rem notam haberet. Non autem dicent quòd tantùm sua intersit. Item nec est commune interesse, sed singulare omnium, qui haberent rem sic notam, non simpliciter omnium. de 19 hoc suprà in principio huius §. ¶ † Et, vt hæc clariori doctrina monstremus, scias quod interesse quod surgit ex cōtractu, debet probari per testes: vt in concordantijs, quæ sunt suprà proximè ibi: & inquiret, &c. & ff. de minori. si in emptione ergo pari ratione expensę extra iudicium factæ debent per testes probari. Quæ verò in iudicio per sacramentum victoris, vt dixi s. titu. proxi. §. postremo. in princ. ibi quod in hoc, &c. Et hoc interesse debet iudex subtiliter inquirere, vt iam dixi: vnde si quis certo loco se soluturum promittit: arbitraria est actio, vt dixi s. versi. & vt hic articulus vnde tunc interesse per iuramentū probabitur: vt 20 no. extra de foro compe. dilecti. ¶ † Porrò vbi interesse prouenit ex delicto: puta ex dolo vel violentia & rapina: tunc per iuramentum passi dānū probabitur postq̃ de violentia constiterit. C. vnde vi. si quando. C. de iudic. sancimus. ij. q. j. in primis. in j. col. vbi de hoc. extra, qđ me. cau. c. fi. vbi de hoc etiā not. in prædicto c. sacro. & in prædicto capitulo dilecti. Hugo verò & Odoffre. & Pe. de Sa. dicunt quòd sic: vt dicit lex. difficilis est probatio huiusmodi interesse. ff. de pręscrip. l. fin. Si ergo fieret per iuramentum sine testibus, non esset difficilis. Vnde dicunt q vbi interesse surgit ex delicto probari debet per testes, per prædict. legem. quod verum est, si in hoc delicto violentia non sit illata. Si verò violentia interuenerit probata per testes, sufficit probare de singulis rebus f omissis per iuramentum[f] iuxta præmissa. Item diminutiuæ expensæ sacramento probantur. Factæ verò in domibus, & huiusmodi, arbitrio bonorū artificum, & ex testificatione operis: vt C. de donatio. si quis pro redemptione. §. simile etiam. in fine. §. & C. de administra. tuto. l. lex quæ tutores. §. ergo. ver. sed & si parens. ff. de mino. iuxta vtile. in fi. ¶ Quid si aliquis absoluitur: nunquid recuperabit fructus sui beneficij? Respondeo, sic, si iniustè fuit excommunicatus vel suspensus. argumentum. ff. de re mi. l. penulti. ij. quæstione v. super eausa. Secus si iustè: quia tunc non recuperat, nisi hoc in sententia absolutionis adijciatur: vt C. de re mi g li. legatos[g]. Cū durante sententia, debeat eos recipere: vt xxij. di. pręter hęc. & extra. de app. pastora h lis. secūdū V in. q hoc no. extra, de simo. quoties[h].

a ¶ L. iiij. ad literam. Addit hanc remissionem Hosti. in decre. P. & G. vt dixi super j. glos.

b ¶ Capuæ. Hoc etiam not. quòd inuito eo, in cuius fauorem locus appositus est. non potest pręcisè alibi exigi siue solui: vt ff. eodem. l. penulti. Secundùm vnum intellectum eius. & ff. de verborum obligationibus continuus. §. cùm ita stipulatus. quin saltem habeatur ratio interesse, vt dixi.

c ¶ Est &c. An in hanc speciem cadat is, qui dissuasit mihi dare aliàs daturum: disputat Pil. sua quæstione xxvij. & tenet quòd dato quòd constet illum aliàs daturum, non tamen tenetur dissuadens, nisi in fraudem meā fecerit: quo casu tenetur. allega. l. antepenulti. ff. de lega. ij. §. Sempronia. aliàs nō: quia actio de dolo, quæ hoc casu daretur, respicit interesse, & ego nullum damnum sum passus. C. de acquit. posses. l. vlti. in fi. alleg. etiam ff. de damno infect. §. Proculus. facit regula, nullus ex consilio. lib. vj. cum suis concord.

d ¶ De hoc. In gl. j. vbi tractatur an cōtra excommunicantem iniustè veniat interesse electionis propter id cassatæ, vel beneficij propter id non adepti, & vide quæ ibi dixi post Hostien.

e ¶ Instrumentorum. Do. Iaco. Butri. disputauit quęstionem de lege municipali, quæ habet probationem debiti vltra xx. non posse fieri per testes. Promisit mihi Titius damna & interesse, casu quo præter promissionem nō venerent: ago ex promissione petēs quinquaginta pro damnis & interesse promissionē probo per instrumentum, damna & interesse per testes: quęrebat an sit plene probatum? inci pit quæstio, municipali lege cauetur quòd nulla. qui indiget, illam inquitat resistere eum vel insistere non intendo ex causa non scribenda. ADDE vltra ea quæ habentur per notulas l. certi condi. §. quando. post Barto. & Bal. consil. clxxvij. iiij. lib. incipiente, visa petitione.

f ¶ Iuramentum. Hæc vera contra violentem, non cōtra tertium adstrictum ad emendās vt dicam j. de rap. super ver. sed pone.

g ¶ Legatus. Corruptum in V in. corruptè posuit. debet dicere cùm allegat. lib. xij.

h ¶ Quoties. Gloss. erat Io. & Ber. in præ. ca. pastoralis. vt ibi patet in vltima glo. & not. hic author de tribus: quia de gloss. facit festum. Secundò, quia corruptū corruptè posuit, vt s. Tertiò, quia improuisè collocare volens illam sub titu. de fructibus, locauit eam hic, quā s. §. j. in fi. locasse debuisset, vt ibi dixi.

Baldus. De fructibus & interesse. *Rubrica.*

Qui legat sua mobilia, non videtur legare fructus pendentes. Facit ff. quæ in frau. cre. l. fi. §. penult. Item nō videtur legare nomina. ff. de pecu. l. quam Tuberonis. §. in peculio. Item non videtur legare pecuniam sibi debitam. ff. de lega. ij. l. Caius. sed bene videtur legare pecudes, libros, argentum, & margaritas. in §. scias. an versicu. sed pone Prælatus. cum quatuor versicu. sequen. Item videtur legasse lapides & lateres, nisi essent ad certum officium destinatæ. Bald. ¶ An in debito in pecunia numerata veniat interesse, in §. omne verò. in princip. §. viso. versicu. & vt hic. G. ¶ An absolutus recipiat fructus sui beneficij. versi. fin. Alleg. l. penulti. ff. de re mili. C. de hære. l. idem de Nestorianis. G. ¶ Forma, qua deponunt testes super singulari interesse, in §. viso. versi. sed quomodo. G. eo. l. j. per glo. & Cy. in l. n. quæ sit lon. cō sue. ¶ An nomine interesse continentur fructus. j. de sequestra. pos. §. j. ¶ Item an iudex possit supplere de fructibus & expensis. s. de disputa. & allega. §. fina. de senten. peti. §. j. ¶ De materia interesse vide plene per Inno. de senten. excommu. c. sacro. ¶ Super interesse quod est petitum, primò & principaliter debet ferri certa sententia: si secundariò: valet incerta: vt l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. de senten. quæ pro eo

quod interest in rubro & nigro. & in glossa in Rubrica, quæ dicit quòd super interesse fertur incerta sententia. Iacobus dicit quòd videtur contra not. in l. certi condictio. ff. si certum petatur. & videtur casus. C. de inuti. stipula. l. tertia. in fin. Sustinendo gloss. dic aut certum petitur in libello: & tunc debet ferri certa sententia: vt not. C. de senten. quæ sine certa quantitate. l. prima. Aut incertum: & tunc aut loquuntur de sententia condemnatoria, aut de absolutoria. Si de condemnatoria, aut petitur interesse principaliter: & est interesse quod habet originem de præterito: & tunc non valet incerta sententia: vt in §. curare. Instit. de actio. Aut petitur accessoriè vel de futuro: & tunc valet incerta sententia: vt not. in simili. C. de fructu. & lit. expen. l. terminato. Et facit ad prædicta quod not. ff. de damno infecto. l. si quis missum. §. iudex. & C. si quis alteri vel sibi. l. cum propria. per Cynum. Si loquitur de absolutoria: tunc valet. Exemplum, petij interesse non declarando quantitatem, reus suscepit libellum dato mihi termino ad probandum, debui certum probare: vt not. ff. depositi. l. j. §. si quis argentū. ff. de præto. stipula. l. fina. nihil probaui. certè reus absoluetur: tamen quantitas exprimi non poterit. Vnde qualiter incertum deducatur, dicit lex vltima. C. de annali exceptione. de quo dictum est §. qualiter autem deducatur in sententia, dictum est superius. Baldus.

¶ Interesse est quantitas damni vel lucri. Baldus. vide infrà §. nota quòd omne interesse.

¶ Circa interesse taxandum, quale sit officium iudicis appellationis vel primi iudicis. Sciendum est ꝙ obligatio primitiua continet certam quantitatem vel certam naturam: obligatio secundaria & officium iudicis taxat ad duplum, id est, ad interesse singulare, non venit vltra damnum communis æstimationis. Si autem obligatio primitiua non est certæ quantitatis vel naturæ, venit totum quatenus interest verè, quod per subtilitatem iudicis declarabitur: & venit interesse ratione dãni emergentis, & ratione lucri cessantis: vt C. de sentẽtijs, quæ pro eo quod interest. l. j. Verba textus illius legis sunt ita obscura, sicut aliqua, quæ sint in corpore iuris: ideo hic insternus.

¶ Sciendum est ꝙ est triplex interesse, quoddam est interesse, conuentionaliter declaratū, quod vocamus interesse cõuentum. quoddam interesse cõmune, quantum res cõmuniter valet. quoddam est interesse singulare, quia singularem vtilitatem affert res vni, quam non affert fortè alteri.

¶ Item quoddam est interesse taxans. Quoddam est interesse taxatum per formam contractus: vt si promittitur aliquid nomine interesse taxati. ff. de præto. stipu. l. finali.

¶ De interesse taxando omnes concordant, ꝙ interesse taxandum est interesse singulare: quia lex taxat, & taxari mandat ad duplum.

¶ Sed de interesse taxãte sunt opiniones. Placenti. dixit quòd interesse taxans est interesse conuentum, quod non potest excedere vltra duplum simplo computato. C. de spon. l. fin. in princip. Bulg. dixit quod interesse commune. ¶ Nam quoniam nomen interesse simpliciter prolatum intelligitur de communi. ff. ad leg. Falci. l. pretia rerum. & pretium conuentum vel merces non est propriè interesse: quia non ex re, sed ex negotiatione percipitur. ff. ad. l. Falci. l. iij. de hæredi. vend. l. exhæredatus. nec ad ipsum agitur vt interesse: cùm sit in obligatione primæua: sed interesse cõcernit obligationem secundariam. ff. cõmo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. Et si promitto damna & interesse resarcire, non venit pretium. ff. de conditio. & demonstra. l. quibus diebus. §. j. & si absoluo te ab interesse, non ideo videor absoluere à restitutione pretij. ff. de actio. empt. l. emptorem. §. ibidem. & hoc est verius secundùm Iac. But. interesse enim est damnū, vt hic in verbo, damnum reddatur. & de act. emp. l. j. Sed pretium conuentum non est damnum. ergo non est interesse, sed damnum conuentionaliter æstimatum est interesse cõuentum: vt not. Dyn. in c. mora. de reg. iur. lib. vj. Baldus. Sed quomodo probatur interesse singulare per testes, ꝙ ipsi non sint singulares? Respond. si concordant in dicto, & causa non ad diuiduum relata, id est, ad se testem & singularem affectionem: quia tunc testis esset singularis. nec ad genus generalissimum omnium hominum, quia esset interesse commune: sed ad genus subalternum. scilicet hominem talis industriæ, & talis conditionis. ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. cum ista. secundùm glossam. Baldus. Ex coniecturis etiam iudex æstimat. l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. Vide quod not. Institut. de verbo. obliga. §. fina. & l. si. ff. de præto. stipula. quod dic vt nota. per glossam & Cynum in dicta l. prima. versicu. vide Baldum. & nota quòd obligatio primaria taxat secundariam, si primaria habet certos fines: sed si non habet fines certæ æstimationis, nõ põt tunc aliud taxare: quia terminus, ad quem fit relatio taxatus esse debet. Nam incertus numerus non potest alium numerum dinumerare. tunc igitur iuxta facti æstimationem debetur æstimatio simpla. ff. de verbo. obliga. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & quod vltra communem æstimationem singulariter interest, in totum debetur. Sed cùm in factum cadat, interesse commune & operæ pretium ff. locati. l. cum insulam. §. qui ædes. ff. pro socio. l. cùm duobus. §. cū in coeunda. & l. societas contrahitur. ff. de condi. inde b. l. si non sortem. §. libertus. Quare interesse commune non mensurat interesse singulare? Respond. quia in facto non cadit æstimatio vniformis, & sic non cadit interesse commune: nisi fortè sit tale factum quod locari consueuit communiter: & aliud dicitur interesse commune, sicq; inter casus certos, non inter casus incertos iste casus poneretur. argumentum ff. de præscriptis verbis. l. naturalis. §. at cùm do. & l. prima. §. primo. de superfi. in gloss. & argumentum ff. de rebus dubi. l. prima.

¶ Omne autem, quod est certum, aut est certum de se, aut est certum per relationem ad aliud: & sic non ex se, sed per relationem adiunctam: vt l. hæc sententia. & l. in summa. ¶ Quomodo ergo in materia accipiemus interesse? Respond. casu certum appello, quando res ipsa recipit æstimationem communem, quæ cadit vt in plurali, ita quòd persona non facit locum interesse, sed res, id est, bonitas rei. Nam quod vniforme est, satis certum dicitur vel videtur. Sed quod non est aptum natum vniformiter prodesse, sed difformiter, istud non dicitur certum commoditate communi, sed debet fieri certum iudicis subtilitate ex veritate personarum & circumstantijs. Simile ff. de legatis tertio. si fine. & de legatis secundo. l. prima. Arbitrarium est ergo magis quàm taxatū. Sic ff. de testibus. l. iij. §. tu magis. ff. de iure dotium. l. cùm post. §. generi. & l. quæro. ¶ Item quædam sunt res, quæ habent intrinsecam bonitatem, cui communis æstimatio commensuratur. ff. si certum petatur. l. cùm quid. & l. vinum. & in istis cadit regula de casibus certis & commensuratis. Quædam sunt, quæ non habẽt intrinsecam bonitatem: vt ire Romam, fossam fodere, & similia: & tunc interesse singulare non possumus metiri penes interesse commune: & nõ cadit in talibus: quia non afferunt tantam vtilitatem respectu vniuersorum, quantum respectu singularis personæ: & sic interesse omnino difforme & non conforme. & hoc propter esse propter qualitatem inhærẽtem personæ ff. ad exhibend. l. populi. & no. ff. de eo quod certo loco. l. iij. §. fin. Item propter necessitatem incumbentem personæ ff. de seruis expor. l. serui venditor. §. final. & l. seruus ea. Item propter affectionem iustissimam. ff. manda. l. cùm seruus. Ea enim qualitas, quæ communis non est, sed singularis mensurat interesse singulare, vt quia pater: sed qualitas communis est, quæ mensurat interesse commune: vt quia homo, nõ quia filius. ff. ad l. Fal. l. pretia rerum. post princip. Nam talis natura communis est. ff. de accus. l. hos accusare. §. si. Simile dicimus ff. de procur. l. in popularibus. in princ. Distinctio ergo legis est in tribus. Quædam enim sunt res, quæ per se naturaliter vtiles sunt ex quãtitate, vt frumentum: vel natura, vt bos. Quædam quæ ex accidenti: vt purum factum, quod cõmuniter non deducitur, nec cadit in commercijs & in actibus hominum: vt ire Romam. nec communiter est in vsibus hominum. Bal.

¶ De lucro nota quòd est lucrum rei & lucrum spei. Spei est multiplex. quoddam enim est pendens ex insidijs fortunæ: vt Institu. de verb. obl. §. ex conditionali. In hoc non omnis potentia deducitur in actum. ff. de condict. ob cau. l. quod seruus. sed distrahitur de potentia propinqua, & remota. Quoddam est dependens ex facto meo & alterius. ff. ad l. Falcid. l. pretia rerum. in fine. Quoddam pendens ex mora aduersarij. ff. ex quibus causis maio. l. sciendum. & l. deniq;. Quoddam pendens ex verisimilibus coniecturis. ff. de eo quod certo loco. l. iij. in fine.

¶ Lucrum autem præsumptionis, voco lucrum temere præsumptum. ff. ad exhiben. l. penul. C. de senten. quæ pro eo quod inter. l. prima. §. penulti. Lucrum enim vt veniat in iudicio, debet esse verisimile, & non aberrare à iustitia naturali: vt lucrum vsucapionis, & lucrum vsurariæ prauitatis: vt no. ff. de furtis. l. si quis auxilium. §. si. per gl. & Dy. lucrum rei quoddam cohærens est: vt si emi bono foro, puta pro decem mercantiam, quæ valet xv. tunc vel postea cœpit ea valere. sic enim ditantur mercatores. Quoddam est separatum à re, quod accedit magis contemplatione personæ quàm rei, vel iusta ratione. vide infra, eodem. §. nota ꝙ quidam. §. & hoc dico. &c. ¶ Nunquid interesse singulare dicatur pretium. Gloss. dicit quòd sic. Sed textus dicit contrarium: vt l. pretia rerum. & probatur exemplo, si seruus tuus me offendat, ego multum tibi darem pro eo habendo & iugulando. l. penul. ff. de condictio. ob cau. & tamen illud nõ dicitur pretium: quia delinquendo nemo fit pretiosior. Nam si esset pretium, ergo factus esset pretiosior delinquendo. quod est falsum. ergo nomine pretij absolutè probato, non continetur interesse singulare. Bald. Qualitas enim inhærens subiecto, habet denominare subiectum singulare. secundùm Aristo. Vnde interesse, quod concernit singularẽ qualitatẽ inhærentem personæ dicitur interesse singulare. argu. ff. de acquirend. hæreditate. l. Paulus. §. finali. & C. de imponenda lucrati. descrip. l. j. libr. x. & nota ꝙ tota l. j. C. de senten. quæ pro eo quod interes. loquitur de interesse singulari. ¶ Et not. ꝙ aut debetur res, aut factum. Institu. de verbo. oblig. §. non solùm. Res autem debetur tribus modis. In quantitate: & sub hoc vocabulo comprehendo omne corpus. In genere: & sub hoc cõprehendo formalem generis obligationem: quæ tamen in executione obligationis erit species. ff. de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus. & l. iij. ff. qui & à quibus. & in istis tribus, scilicet quãtitate, specie, & genere, consistit quædam naturalis certitudo interesse communis, quæ taxat singulare interesse, nec duplum excedit: quia nimietas est odiosa legi, sicut infinitas. ff. de contrahen. empt. l. in lege. & ibi nota. Præterea & lex taxat pœnas. Aut debetur factum, & in hoc nõ consistit per naturam facti aliqua certitudo interesse communis. Et hoc ideo tacitè cõtrahendo, videtur habitus respectus ad interesse singulare, quod substantiã obligationis facti probet: vt ff. manda. l. si procuratorẽ. §. manda. & ff. de seruis. l. quoties. & facit quod not. ff. de ver. ob. l. stipulationes nõ diuiduntur. §. Celsus. & l.

certi conditio.in princi.ff.si certum petatur.in glo.quæ incipit,inculcatio verborum.& in glo.quę incipit,dic certū.Accedat prędictus quòd in obligationibus facti magis ponderatur interesse: quia factum nō cōsideratur principaliter per se,sed propter interesse: quę cōuentio simpliciter per se est intelligenda.ff.de pręto.stipu.l.fi.ff.rē ratam haberi.l.cōmissa.vi de l.eo.§.& nota quod aut merū. ¶ Et not. ꝙ quædam sunt quæ habent plurimum iuris,vt dationes.quędā plurimū facti,vt scribere librum,& similia,quędam mista sunt,& habent plurimum iuris & plurimū facti : vt traditio ex causa emptionis.ff.de vsuris l.si stipulatus. Adeo nanꝗ ius continet,vt si agatur ne ius transferatur,nō est emptio: quia & si non actualiter,tamē potentialiter debet interuenire iuris translatio:vt ff. de cōtrahen.emptio.l.cū manu sata.§.fin. in habentibus plurimū iuris, id est, in quibus tota forma obligationis in iure cōsistit,licet in executione obligationis factū versetur,vt l.traditionibus.C.de pact.& de leg. secūdo. l.Męuius.§.fundo.nō venit interesse iure actionis : nec est in petitione, sed in executione.Insti.de leg.§.si res.ff.de legatis secundo.l.non dubiū. tamen hoc interesse taxatur: & eius condemnatio moderatur per dictā l.j.licet veniat officio iudicis:in mistis venit interesse iure contractus, & iure optimo,i.iure actionis debetur : & indem taxatur in puris factum. Glos.dicit non taxari per legem,sed per facti contingentiam:vt l.quatenus.ff.de regulis iuris.Sed hoc videtur falsum:quia in contractu locationis locator tenetur ad purum factum:id est,ad patientiam : & tamen taxatur interesse.Sed respon.quòd potius patientia est in executione obligationis, magis propter aliud,i.propter fructus rei, qui habent certam quantitatem vel naturam,quam propter se.ff.de fur.l.si seruus.§. locati. & hoc in locatione rei.Sed ista solutio non concludit in locatione operę vel rei & operę.vt ff.loca.l.sed addes.§.item cùm quidam. & ideo dicsecundùm Petr.& Barto.quòd etiam ista dicitur certus propter mercedē conuentam,quæ conuentio mercedis cadit super certo & incerto : & in correlatiuis vnum propter aliud redditur certum & intelligibile.l.j.ff.de reb.dub.Præsumitur ergo quòd illud factum tantum valeat , quantum. locatum fuit.ff.de dona.causa mortis.l.mortis causa.§. Tina.& ideo duplum huius tanquam interesse communis vel conuenti excedi non potest.Et idem sentit Iacob. Butriga. & sic ex adiuncto aliquid certificatur,& coarctatur.ff.de vino tri.& oleo legato.l.fina.§.cui dulcia.Baldus. Item nota ꝙ quoddam est interesse rei.Quoddam circa rem. Quoddam extra rem.Interesse rei est bonitas rei,vt pretium: vt l.vinum.ff. si certū petatur. & l.cùm quid.& l.in h.c.ff.de tritica.de act. empt.l.rem.§. final. Interesse circa rem est quod rei accedit : vt hæreditas seruo relicta : & istud etiam venit tanquam cohęrens & connexum.ff.ad leg. Aquil.proinde.§.item causæ corpori cohęrentis.ff.de euict.l.venditor hominis . Et bene dico circa rem.Nam dictio circa,apposita super rebus,accessionem significat,non principalitatem:vt l.Rutilia.ff.de contrahend.empt.& ff. de ser.rust.prędi.l.qui duo prędia.Officium enim istius dictionis mercenarium est nobilis & interesse istud circa rem cognoscitur hoc modo, quia sequitur rem quocunꝗ vadat:& in rem,non in personam propositum est.Item nota ꝙ interesse intra rem,seu circa rem, est quādo ipsa res quæ fuit deducta in contractu,ęstimatur,vel fructus eius.Interesse extra rem est,quando alia res est,quę non fuit in contractu deducta:quod nūquam venit ex mera natura contractus,quia non fuit de hoc cogitatum, sed venit interdū ex natura altera ratiōe doli vel culpæ latæ. ff. de actio. empti.l.Iulianus.vel ratione delicti: vt l.Aqui.quia sapit pœnalitatem.ff. ad l.Aquil.l.proinde.Interesse extra rem omnino separatur à re conuenta,& est id,quod non accedit rei,sed peritię.ff.ad l. Aquil.l.iij.ff.de admi. tut.l.Titium & Męuium.§.altero.Hic tamen quandoꝗ venit: quādoꝗ succedit pretium loco rei.ff.de rei vend.l.mater.ff.de distra. pigno.l.j.de verbo.signi.l.Labeo.Damnum enim & commodum eius esse debet, qui suo periculo negotiatur.ff.de rei vendi.l.si nauis.§.j. Item est extrinsecum,quod accedit ratione fortunę:vt si familia fame perit.Nō enim mora erat ad hoc ordinata: quia mora nō excedit fines eius quod debetur: vt l.si sterilis.§.cùm per venditorem . Et hoc dico de interesse damni & lucri.nam lucrum,quod est in re,venit:vt emi pro quinꝗ,quod valet octo.l.j.ff.de act.empti.ff.de mino.l.in causę.l.a ij.§.j.lucrum extra rem nō venit:vt si habuissem equum,vicissem hostem:vidissem facta mea, & similia.sic ff.man.l.idemꝗ.§.idem Labeo.Lucrum circa rem est, vt hęreditas delata:vt d.l.venditor hominis.¶ Item prodesse lucrum,lucrū radicatum est quasi damnum:vt ff.de bonis quæ liber.l. liberto octuaginta. lucrum mercaturæ solitę venit.l.iij in fi.ff.de eo quod cert.lo.insolitæ nō venit.l.fi.C.de peri.& commo.rei vendi.& ff.de neg.gest.l.si quis negotia.& similia.In lucro enim attenditur aptitudo & consuetudo: in dāno attenditur actio:vt no.io l.iij.in fi.ff.de eo quod cer.lo. ¶ Itē no.interesse lucri,ꝙ aut lucrum erat bonū,sed non ęquum: & nō cōsideratur:vt l.sciēdum.ff.ex quib.cau.ma.coniuncta l.j.ff.de iusti.& iu. Aut bonū & ęquū: & tunc aut fundatur super contractu vel quasi. delicto vel quasi: & venit . Aut nō habet fundamentū: & nō venit:vt l.Proculus.ff.de dam.infe. Satis tamē est pro fundamento ius cōmune.ff. ne quid in loco publico.l. j.§.meritò. ¶ Affectio duplex.Quędam ęstimabilis cōmodo pecuniario: quædam,quę numerario pretio ęstimari non potest.Itē non est considerandas affectio qualis est:sed qualis esse debet cum moderamine:regulari enim debet affectio. ¶ Itē interesse singulare, quod limitatur ad duplū, est interesse singularis vtilitatis vel affectionis causatę à singulari vtilitate non nuda cū cogitatione.& vtilitas ista bene cadit in sensum & in notitiam.Bald.¶ Opponitur ꝙ interesse veniat vltra duplum:vt l.ratio.§.fi. ff.de act.emp.Solutio.Ibi non loquitur de interesse singulari, sed de rei ęstimatione: vt l.vinum.ff.si certum peta.& ff.de verb. obli.l. quoties in diem.Secundò opponitur ꝙ veniat vltra.ff.de act.empt.l.Iulianus. Solutio.Ibi fuit dolus in cōtrahendo,secundū Placen. vel in tradendo secundū gl.vel ibi loquitur de interesse cōmuni,secundū gl.Oppono ad idē.ff. ad l.Aqui.l.proinde.ff.de incē.rui.& naufra.l.j.§.Senatus.Sol. Ibi loquitur in maleficiis & pœnalibus actionibus : vel ibi est simplum interesse cōmune,non duplum:vt no.Dy.Insti.de act.§.omnes.Oppono ad idem de l.venditor hominis.ff.de euic.Solutio.Ibi est interesse commune, & accessorium rei,quod rem sequitur: & potest peti totū:quia interesse cōmune est paruum interesse hincinde:sed singulare interesse est respectu petentis,& pœna respectu conuenti. Ideoꝗ arctatur,vt d.l.j. ne quis eū. & l.penul.§.oppono ad idem.ff.de in litem iuran.l.videamus.§.iurare.Solutio.hic interesse veritatis,ibi affectiōis:in quo casu dico ꝙ poterit esse minus duplo,non plus:per hanc legem,secundùm Iac.de Are.Opponitur ꝙ non debeat duplicari interesse commune, sed cōuentum.ff. de act. emp.l.Titius.Solutio.Ibi speciale,vt interesse commune non possit peti vltra duplum conuentum:ne facto venditoris emptor minus oneretur. argu.ff.de rei vendi.l.in fundo.Pe. dicit ꝙ illa l. Titius.idem dicit quod l.j.C.de senten.quæ pro eo quod inter.quod est falsum: quia lex, Titius. loquitur de communi æstimatione,& eam taxat: hic autem de singulari. Oppono ad idem ff.de euic.l.cùm fundus.Solutio.Ibi de culpa conuentionali,hic de legali.nā dupla conuentionalis,refert se ad pretium conuētum,non ad commune.Oppo.ꝙ pœna,sine vlla moderatione possit peti:vt Insti.de inuti.stipu.§.alteri.Solutio vt per Dyn. Instito. de act.§. omnis.sed Iaco.dicit ꝙ petitur quantacunꝗ sit : licet per nomina multiplicantia.Fallit in arrhis.C.de spon.l.fi. in stipulatione euictionis. vt l.si dictum.Hoc sentit gloss.Institu.de actio.§. omnis. Pro hoc l. Celsus.ff. arbi.tu.vt glos.arguendo de pact.ad legem.ff.de euict.l.si ita quis. Et est ratio differentię:quia per nomina multiplicantia, terminus referens arctatur ad terminum ad quem fit relatio aliqua:sed in absoluta promissione,cessat relatiua adiectio:quia non est ibi relatio aliqua.argu.ff de contrahend.emptio.l. venditionis.in ratione sui . Oppo.quòd interesse non veniat in lucro:vt l.si sterilis.§.cū venditorem. de act. empti. etiam si sit probabile,honestum,& certum.Solutio,vt per doct.& io l.ij.ff.de eo quod cer.lo.per Guliel.¶ Extra scias ꝙ ad l.Iulianus.Iac.de Ra.dicit ꝙ venditor tenetur per verbum ad tradendum: & per aduerbium ad factum negatiuum de culpa,quod absit,etiam leui,quæ venit ex natura contractus quæ tacita obligatio per aduerbium, quia in facto ideo in solutum interesse petitur,secundùm Iac.quod reprobo:quia habet mutuam recompēsationem,vt dixi superius. Vel dic cùm Iaco. ꝙ recompensatio relatiua, respicit lucrum,non damnū.Sed obligatio doli,respicit etiam dolum: vt l. Iulianus. & hæc vera. Bald. Item scias ꝙ Pet.extra opponit de l. liber homo.§.fina.ff.de verb.oblig.vbi petitur totum interesse singulare, puta pœnæ incursæ, & venit etiam vltra duplum.Solu.Ibi datio reputatur factum:nā datio in persona tua non est datio quo ad me, sed factum.ff. de solu.l.qui reo.§. qui Romę. & sic non habet certā q̄titatē vel naturā, secundū Barto.sed falsum est ꝙ ipsa quantitas,cū ex seipsa constet,habet certā naturam & mensurā.Nam vt concludendo dixerim,quantitas,pondus,mensura,species,genus & factum, quod habet mutuā præstationem de aliquo prędictorū generū dicitur certa q̄titas quo ad hanc legem.Casus autem incerti dicuntur,vbi cōmune interesse non cadit. vel nō constat de eo: vel vbi est factū sine recompensatione,vel cū pari recompēsatione:vt facio vt facias.Et ideo ad l.liber homo.dic ꝙ ibi res, quæ debet, non afferebat interesse cōmune agenti.& ideo non venit totum singulare.Ibi enim non affert nisi solutio alteri fienda intrinsecā vtilitatē rei & dominiū:licet afferat cōmodū liberationis.Bald.¶ Pœtendere interesse,est quoddam pati:& si est passio cōmunis,i. cōmuniter considerata, est interesse commune.si singularis,est singulare. Et est simile ꝙ vbi nō cadit interesse intra rem,venit extra rē.ff.de in lit.iur.l.nūmis. & de edē. l.argentarius.§.cùm autem.iuncta l.post q̄. de pactis.nisi fidē.l.j.C. de dona.l.locùm.§.condemnatio.ff.de ta.exhi.Et no.ꝙ omne interesse, similiter in q̄titate consistit.ff.de re iud.l.si quis ab alio.§.fi. & venit in contractibus innominatis,etiā do vt des.ff.de rerum permu.l.j. in fi. & not. Insti.de actio.§.actionum.& C.de sentē.quæ pro eo quod inter.l.j. Cū ergo diffiniuit interesse,quod est damnū,expone,i.q̄titas dāni.& sic de lucro verbalis expositio est.Bal.Et no.ꝙ aut merum factū debet,ex dispositione legali: & tunc pręcisè debetur siue debeatur ex dispositione prohibitoria:vt ff.de noui operis nunciatione.l.stipulatio.§.fine.vel ex pręcepto legis.arg.ff.de pollicitatio.l.de pollicitationib. Aut debet ex contractu:& tunc aut facti executio continet publicam vtilitatē : & debet pręcisè.ff.de no.ope.nū.l.stipulationi.§.fine.in gl.ordinaria.aut prætoris authoritate:& tūc cōsidera vtrū prior cogitauerit de facto an de interesse.i.d est,cōsidera naturā stipulationis prętorię.ff. de pręto.stip.l. sed & hęc.§ pręto r.& l.nō cogēdū.§.Sabinus. Aut solam cōtrahentiū volūtatem: & tunc aut est actū ꝙ pręcisè debeatur:& pręcisè debetur:vt no.ff. de dona.l.hęreditas.Aut nō est actū ꝙ pręcisè:& tunc aut affert interesse:

iustum verè & interpretatiuè: & sufficit, vt no. in l.j.ff.de actio.emp. Aut nõ est iustũ, s. l. tẽ interpretatiuè: vt quia domino, cui permissa est restitutio displicet: & tunc precise: vt ff.de rei vẽdica.l.is, qui dolo. cũ l.seq. Aut factũ debetur ex vltima volũtate: & tunc aut eius impletio respicit pietatem, aut decus publicum: & precisè debetur: vt ff. de lega.ij.l. fideicõ.§. si non opem. Nam commutatio fieri non potest. ff. de vsufru.l. legatũ. si respicit priuatum interesse, idem q̃d in contractibus. Bal. Et not. q̃ licet commutetur inter esse, non fit nouatio: quia venit ex dispositione legali ex qua nouatio nõ fit: quia stipulatione, non lege, nouatio peruenit l. fina. C. de noua. & probatur ex coniunctione duarum legum. ff. de condi. furt. l. si condicat & l. in re furtiua. de verb. ob. l. scire debemus. §. fi. Sed in pœna dic vt per Gul. in §. si pactis. ¶ De interesse vtrum possit peti iure actionis: certum est q̃ sic de interesse cõuento: sed de interesse cõmuni & singulari dic quòd aut petitur ratione moræ, aut culpæ, aut ratione euictionis. Si ratione moræ, aut est factũ merum, & peti potest iure tacitę conuentionis: vt in d.§. Celsus. Aut factum mixtum: & dic vt in l.j. de act. emp. Aut datio: & tunc aut ex contractu nominato, aut ex innominato. Primo casu pręcisè est obligatio ad rem. Secundo casu est interesse in obligatione. Si ratione culpæ dic vt in l. eleganter. §. fin. ff. de dolo. & in actione emp. l. Iulianus qui est in obligatiõe. Idem si ratione euictionis. Bal. in his quæ in se non continent publicam vtilitatem, attenditur interesse extra rem, secundùm quosdam. Idem si in se, sed non respectu creditoris. ff. de verb. obli. l. liber homo. §. fi. vel vbi fuerat cogitatum de illo extrinseco interesse. Nam id quod tacitè agitur, attendi debet, vt not. in simili eo tit. l. eum qui certarũ. in prin. & ff. quando dies leg. ced. l. Firmio. Bald.

S V M M A R I V M.

1 Pœna temerè seu calumniosè litigãtis quę sit.
2 Temerè litiganti, semper est pœna pecuniaria imponenda.
3 Temerarius circa propriam scripturam, vel numerationem sibi factam, si de mendacio conuincatur, in duplum est puniendus.
4 Consuetudo in diuersis curijs, circa pœnas infligendas, est varia.
5 Calũniosè episcopũ accusans, qua pœna teneatur.
6 Quęlibet fere ciuitas, sua statuta circa pœnarum inflictionem obseruat.
7 Statutum semper debet aliquid operari.

De pœna temere litigantium.[a] Rub.

DIcto De expensis & interesse ad quæ temerè litigantes teneantur vtile est vt de alijs eorum pœnis aliqua annectamus. ¶ 1 † Pœna igitur temere seu calumniosè litigantis est, quia quandoq; fit infamis per sententiam: quandoq; ipso iure puta actionem fur. vi bo. rap. & iniuriarum, de dolo & sepul. vio. & expilatę hęreditatis, & in actione in factũ contra mulierem calumniosè missam in poss. s. cau. vent. & in act. tute. mandati, depositi, & pro socio, quę directè infamant: vt hæc omnia probant Insti. de pœna teme. liti. §. ex quibusdã. vj. q. j. infames. & c. quicunq;. C. de appel. l. procõsulib. xxij. q. v. si quis coniunct. lxxxvj. distin. religiosum. & §. de dila. iur. ver. vt aurẽ. & melius in repertorio nostro, in ti. de infamia. ¶ 2 † Item temere litiganti, semper imponit pecuniaria pœna: puta si filius vel libertus sine venia iudicis, parentes vel patronũ in ius vocauerit: punitur in quinquaginta aureis: vt Insti. de poe. te. liti. in fi. & si soluẽdo nõ sit, verberib. castigat. ff. de in ius vocan. l. pe. & fi. ij. q. j. prohibentur. xij. q. ij. qui manumittuntur. iiij. q. ij. ver. item lex insi. Item in actione l. Aquil. & in actione legatorum vi relictorum

De pœna temere litigantium. Rubrica.

¶ Vide quod dixi suprà de expensis. quod Io. de Deo ibi receperat de Summa Azo. Insti. de pœna teme. litig. hic ponit author omittens etiam quod Ioan. omiserat. Dixerat enim Azo q̃ in genere tradi poterãt tres pœnæ, scilicet corporalis, pecuniaria, & famæ. quod de prima dixerat Azo omiserunt isti clerici & prælati. Sed Innocentius eis maior, id non carauit, qui de illa posuit in decretali, qualiter & quando. ij. de accu. in gl. magna quæ incipit, dicit Inno.

b ¶ Perdit illud. Posuit Ioan. de Deo, sed dicere debuit cùm Azo. perdit arbitrium deditionis noxæ. & sic dicit lex. Non poterit ergo illud dare pro noxa actori inuito, quod prius poterat.

c ¶ Breuiter secundùm Io. de Deo vbi suprà, quia finita sunt verba Azonis, quæ ponere voluit author. Hoc dico propter id, quod dixi supra. & quia dabat etiam Azo casum legis, cùm de indebito. quem ponit decretalis vltima de solutio. subdebat etiam Azo q̃ isti sunt legales tramites. cõtra calumniantium iniquitates, de quibus loquitur proœmium Institutionum. in prin. vbi de hoc.

d ¶ Versiculo primo. Vbert. de Bo. recitabat super l. tutoris. C. ad l. Iul.

de vi pub. & pri. hanc quęstionem fuisse Ianuę: & hoc habito cõsiliu peritorum, diuersarum ciuitatum fuit lege municipa. obtentum super maleficio. & si expressè non tollat legem communem: tamen tacitè illam tollere, & solam municipalem debere seruari. Et facit quod no. Insti. de offi. iud. in prin. Et fertur Albe. Papi. simpliciter hoc dictum tenuisse: cui aliqui assentiunt, si apparet mens statuti volentis suam pœnam subrogare pœnæ legali. ar. ff. si quis cau. si eis. §. qui iniuriarum. Facit de bap. maiores. post principium. Alias secus secundũ ipsos. Ipse tamen Vber. in ciuil. vbi de agente criminaliter ĩ charta. vj. Ioan. de Deo in libro secundo sub eodem titulo, consuluit accusationem fieri vtraque lege, vt iudex vtraq; vel altera punire possit, prout volet: sed si cogatur eligere statutum. quia posterius. ff. de iure codicillorum. l. diuus. Gui. de Suza. in l. iiij. C. de sepulcro violato. tenet q̃ ambabus pœnis puniri non debet. Quia non debet quis fieri duabus legibus reus. ff. de accu. Senatus. in fi. sed quantum plus est in vna quàm in reliqua. ff. vi bono. rapto. l. j. de actio. & obligationibus cùm ex vno. & lege qui seruum. & l. quoties. §. j. & l. plura. vnde consuluit illam maiorem legalem imponendam, quæ includit minorem, quã imponit statutum: & sic satisfiet vtriq;. Vide quod not. in d. l. iiij. notauit Cyn. in vlti. quęstio. & quod dicit Iac. de Bel. in q. quam posuit C. de requi. re. in iij. membro. q. qui tenet legem municipalem derogare iuri communi in loco &c.

ADDE an per pœnam statuti, sit sublata pœna legis, Bald. consil. ccxx. iij. lib.

punitur pœna dupli. Insti. eo. §. aduersus. & xiiij. q. ij. obla. & c. clerici. Item negans per mendaciũ se possidere, perdit possessione. ff. de rei vend. l. pe. Itẽ in noxali, si negat se possidere seruum vel animal quod dedit noxam, perdit illud[b]. ff. de noxa. si seruus depositus. §. si negauerit. ¶ 3 † Item temere litigãs circa propriã scripturã, vel circa numerationem sibi factam, si conuincatur de mendacio per testes, vel per instrumenta, punitur in duplũ. Si autem conuincatur per sacramentum sibi delatum, punitur tantùm in expensis: vt in authen. de triẽ. & se. §. studiũ. Item vocans alium temere in ius, punitur circa viatica & sumptus litis. ff. de iud. eum quem. extra, de pœnis. calumniam. C. de fru. & lit. expen. l. j. & ij. de quo dic vt suprà, de expensis. ¶ 4 † Breuiter[c] circa pœnas huiusmodi inferẽdas, te referas ad varias consuetudines, quæ in diuersis curijs obseruantur. lxxvj. distin. vtinam extra, de eo qui mit. in pos. causa rei seruã. c. cùm venissent. Quædã tamẽ personæ sunt, quæ non tenentur ad hanc iuris acerbitatem. C. de episco. aud. tam de meritis. De hoc vide supra de actio. seu peti. §. sequitur. ¶ 5 † Itẽ qui calumniosè accusat episcopum, etiam coram iudice competenti, punitur in xxx. ponderibus auri: vt C. de episco. & cleri. si quis per calumniam. in princi. ¶ 6 † Sed quæritur vtrum leges maleficia punientes, locum habeant hodie, cũ ferè quęlibet ciuitas sua statuta habeat super quolibet beneficio, præsertim in Italia? Quidam dicunt q̃ statutum municipale tollit leges de hoc tractantes. argumen. ff. de iudi. cùm prætor. ff. de pœnis. hodie. C. de infamib. & si seuerior. ¶ 7 † Statutum enim debet aliquid operari. & facit ff. de pœnis. l. prima. & l. interpretationem. Alij contra, q̃ iudex siue Potestas possit imponere pœnam legis si sit maior: quia sic iurat. in auth. iusiurã. quod præ. extra, de iureiuran. venientes. Item si condemnat in maiori: ergo & in minori. ff. de arbitr. de hoc s. tit. proximo. §. primo. ver. primo[d].

Bald. De pœna temere litigantium Rubrica.

An pœna statuti tollat pœnam iuris communis, versicu. fina. per G. C. de sepulcro vio. l. qui sepulcra. per Cyn. vide supra de accu. §. ij. Statutum si sit legi contrarium, derogat legi: quia posterius est. j. tit. j. in prin. G.

Speculi Do. Gulielmi Durandi, simulque annotationum Ioannis Andreæ, Baldi, ac reliquorum, Partis Secundæ, Finis.

LVGDVNI,
Excudebat Thomas Bertellus.

Regestum.

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt vv xx yy zz A B C D E F G H I K L M N O. Omnes sunt terniones.


NOSCE
TEIPSVM